ἀνδρός ἐστιν, ἃ μὲν οἶδεν ἐξόμνυσθαι, τῶν δὲ μὴ γινομένων πίστιν ἐθέλειν ἐπιθεῖναι. Demoſthenes κατὰ Νεαίρ. Καλῶ δ᾽ Ἵππαρχον ὑμῖν, καὶ ἀναγκάζω μαρτυρεῖν, ἢ ἐξόμνυσθαι κατὰ τὸν νόμον, ἢ κλητεύσω αὐτόν, id eſt, denunciatione teſtimonii obſtringam & damnabo apud vos. vtitur & actiua voce, vt idem περὶ στεφάνου, Καὶ ταῦθ᾽ ὅτι ἀληθῆ λέγω, πρῶτον μὲν ὑμῖν μαρτυρήσουσι τῶν τούτοις παρόντων οἱ ἰδόντες· οὐ γὰρ ἐξομνύναι ἐθελήσειν αὐτοὺς οἶμαι. Ferè autem paſſiuè vtuntur omnes. Signi- *Ἐξομνύναι.* ficat etiam ἐξόμνυμαι abiuro, & cum iureiurando inficior. Plato lib. le- *Ἐξόμνυσθαι.* gum x i i, τῶν δὲ ὁπόσα ἐξαρνηθέντι καὶ ἐξομοσαμένῳ κέρδος μέγα φανερὸν εἶναι δοκεῖ, ταῦτα δὲ διὰ δικῶν, ὅρκων χωρὶς κρίνεσθαι ξύμπαντας τοὺς ἐπικαλοῦντας ἀλλήλοις. quibus verbis vetat iuſiurandum deferri in iudicio propter periuria. Eiuro magiſtratum, hoc eſt repudio, & excuſo quippiam ne magiſtratum gerere cogar. Ariſtot. in quarto Politi. Περὶ δὲ τὰς ἀρχὰς τοῦτο σοφίζονται, μὴ ἐξεῖναι ἐξόμνυσθαι τοῖς ἔχουσι τὸ τίμημα. vel magiſtratu me abdico. Syneſ. κατ᾽ Ἀνδρονίκου, Οὐκ ἐξομοῦμαι τὴν ἱερωσύνην, μήποτε δυνηθείη τοσοῦτον Ἀνδρόνικος. Et ἐξόμνυμαι τὴν πρεσβείαν, eiuro legationem, hoc eſt, iureiurando affirmo obire me legationem non poſſe. ÆSchi. περὶ παραπρ. Ἀρρώστως δὲ ἔχων, τὴν μὲν πρεσβείαν οὐκ ἐξωμοσάμην, ἀλλ᾽ ὑπεσχόμην πρεσβεύσειν, ἐὰν ὦ δυνατός. Libanius πρεσβευτικῷ πρὸς Ἰουλιανόν, Ἐγὼ δὲ εὐθὺς μὲν ἐξωμοσάμην, ὦ βασιλεῦ, καὶ πολὺ ποιήσειν πρότερον ἢ τοῦτο, id eſt, confeſtim eiurare cœpi huius legationis munus. Ἐξόμνυσθαι ἕτερον, eſt iureiurando eum excuſare qui iudicio non adeſt, aut euocatus præſto non eſt. Idem, Τὸν δὲ ἀδελφὸν τὸν ἐμαυτοῦ, καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν, καὶ τὸν ἰατρὸν ἔπεμψα, οὐκ ἐξομουμένους ἐμέ· οὐ γὰρ ὁ νόμος ἐᾷ τὰς ἐκ τοῦ δήμου χειροτονίας ἐν τῇ βουλῇ ἐξόμνυσθαι· ἀλλὰ τὴν ἀρρωστίαν μου δηλώσοντας. Demoſthenes, Καὶ λαβὼν τὸν ἰατρὸν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ προσελθὼν τῇ βουλῇ, ἐξωμόσατο ἀρρωστεῖν τουτονί, Excuſauit, quòd diceret ægrotare. Lingua noſtra vernacula vt alia multa, ſic hoc etiam à Græcis habet: Exoniare enim appellant iureiurando excuſare eius abſentiæ cauſam, qui vadimonio obſtrictus eſt, quaſi ἐξόμνυσθαι: & Exoniatos vulgus appellat, vulnere aut mutilatione cauſarios, qui detrectare iure militiam poſſunt. Προσκαλέσασθαι *Προσκαλέσασθαι.* etiam ſignificat aduocare, aſciſcere, hoc eſt, προσλαμβάνειν τινά, & ſocium ad bellum euocare. Ἐκκαλεῖσθαι prouocare & perlicere. Poly. in pri. Ὁ δὲ *Ἐκκαλεῖσθαι.* Κεκίλιος θεωρῶν αὐτὸν καταπεθαῤῥηκότα, καὶ σπουδάζων ἐκκαλεῖσθαι τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ, συνεῖχε τοὺς στρατιώτας ἐντὸς τῶν πυλῶν. Idẽ, Φθείροντος δὲ τοὺς καρποὺς αὐτοῦ μέχρι τῆς πόλεως, ἔμενεν ἐπὶ τῆς ὑποκειμένης γνώμης ὁ Κεκίλιος, ἕως αὐτὸν ἐξεκαλέσατο διαβῆναι τὸν πρὸ τῆς πόλεως ποταμόν. Προκαλοῦμαι verò aliud ſignificat, licet aliquã- *Προκαλοῦμαι.* do apud authores errore librariorum alterum pro altero legatur, vt apud Lucianũ, Φόνου τάχα προκεκλήσῃ με, vbi non πρὸ ſed πρὸς legẽdum: vt apud Ariſtophan. νεφέλαις, Σὺ δὲ νὴ τὸν Ἑρμῆν προσκεκλήσεσθαί γέ μοι δοκεῖς, εἰ μὴ ἀποδώσεις τἀργύριον. ἀντὶ τοῦ διὰ μαρτύρων εἰς δικαστήριον ἀπαιτήσεσθαι. *Προσκαλοῦμαι.*

*Παρακαταβολή.* Παρακαταβολὴ actionis genus eſt, qua qui experiri volebant, pecuniam deponebant: moris enim fuit, vt qui hoc genere experiebantur aut contendebant, hoc eſt, vt tam actor quàm reus apud acta decimam partem æſtimationis litis deponerent, mulctam ſcilicet futuram temere litigãtis. Demoſthenes πρὸς Μακάρτατον, Καὶ τοῦ κήρυκος κηρύττοντος εἴ τις ἀμφισβη-

τεῖν ἢ παρακαταβάλλειν βούλεται τοῦ κλήρου τοῦ ἀγνίου ἢ κατὰ γένος, ἢ κατὰ διαθήκας, οὐκ ἐτόλμησε παρακαταβαλέσθαι, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ ἐδίκασεν ὅτι οὐδαμόθεν αὐτῷ προσῆκεν οὐδὲν τοῦ κλήρου τοῦ ἀγνίου. Iſæus περὶ τοῦ Φιλοκτ. κλήρ. Ὅτε γὰρ αἱ ἀνακρίσεις ἦσαν πρὸς τῷ ἄρχοντι, καὶ οὗτοι παρακατεβάλοντο ὡς ὑπὲρ γνησίων τῶν δ' Εὐκτήμονος ὄντων, ἐρωτώμενοι ὑφ' ὑμῶν τίς εἴη αὐτῶν μήτηρ, καὶ ὅτου θυγάτηρ, οὐκ εἶχον ἀποδεῖξαι. Idem ὑπὲρ τοῦ Νικοστρ. κλήρ. Καὶ εἰ μὲν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὡμολόγουν εἶναι τὸ Νικοστράτου, περὶ δὲ τοῦ κλήρου μόνου διεφέροντο, οὐδὲν ἂν ἔδει ὑμᾶς σκέψασθαι, ἀλλ' ἢ τί διέθετο ἐκεῖνος ὁ Νικόστρατος, ὃν ἀμφότεροι ὡμολόγουν· νῦν δὲ πῶς οἷόν τε τῷ ἀνδρὶ δύο πατέρας ἐπιγράψασθαι; τοῦτο γὰρ Χαριάδης πεποίηκε· αὐτός γε γὰρ ἔλαχε Νικοστράτου τοῦ Σμικροῦ. τούτοις δὲ τοῦ Θρασυμάχου λαχοῦσι παρακατέβαλεν, ὡς τὸν αὐτὸν ὄντα. Quem locum, quoniam difficilis eſſe ſatis mihi viſus eſt, quò iuuenum labori ſtudióque cõſulerem, vertendum eſſe duxi, hoc modo, Et quidem ſi de Nicoſtrati nomine inter eos conueniret, de eius verò hæreditate inter ſe contenderent, nihil aliud vobis videndum eſſet, iudices, niſi quid ille teſtamento ſtatuiſſet, cuius nomen confeſſum eſſet: Nũc autem quonam pacto fieri poteſt, vt eiuſdem viri duo patres in intentionibus de hæreditate certantium edantur & perſcribantur? Nanque id Chariades ipſe fecit: quippe qui lege agere inſtiterit de Nicoſtrati hæreditate Smicri filii, idémque ſponſione certare cum his qui bonorum poſſeſſionem petierunt Nicoſtrati Thraſymachi filii, quaſi ſcilicet vterque Nicoſtratus idem eſſet & Smicro & Thraſymacho natus. Quo in loco figura Attica notanda eſt in fine. Sic Ariſtot. in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Καὶ σοφωτέρους τοὺς τεχνίτας τῶν ἐμπείρων ὑπολαμβάνομεν, ὡς κατὰ τὸ εἰδέναι μᾶλλον ἀκολουθήσασαν τὴν σοφίαν, id eſt, ἀκολουθησάσης. Theophraſt. in tertio περὶ φυτῶν, Τοῦτο δὲ οὐχ ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον καὶ ἄλλως, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ πειρᾶσθαι μηδένα, μηδὲ φυλάττειν, Non quia non poſſit & alio modo fieri. Demoſth. περὶ ςεφάνου, Δεινὸν καὶ γόητα καὶ σοφιστὴν καὶ τὰ τοιαῦτ' ὀνομάζων. ὡς ἐὰν πρότερός τις εἴπῃ τὰ προσόνθ' ἑαυτῷ περὶ ἄλλου, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα, καὶ οὐκ ἔτι τοὺς ἀκούοντας σκεψομένους τίς ποτ' αὐτός ἐστιν ὁ ταῦτα λέγων, accuſatiui pro genitiuis, Quaſi verò ſiquis ea probra, quibus ipſe præditus eſt, alteri ipſe prior obiecerit, continuo ita futurum ſit, nec qui hæc audiuerint, non ipſi æſtimaturi ſint, quinam homo ille ſit qui hæc protulerit. Iſocra. in Panegyri. Ὥσπερ ὁμοίως ἀμφοτέρους δέον ἔχειν, ἀλλ' οὐ τοὺς μὲν ἀσφαλῶς, τοὺς δ' ἐπιδεικτικῶς, tanquam oporteat. Inde illæ locutiones ἐξὸν & ἐνὸν & προσῆκον & παρὸν, & ſimiles imperſonales. Grego. Μὴ κατασοφισθῇς ταῖς ταφαῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, ἄδηλον ὂν εἰ πάλιν ἐξαναστήσῃ τῶν τάφων, Cum incertum ſit & ignotum: de Lazaro loquens. Syneſ. Ὁ δὲ οὐκ ἐβάδισε τὴν ἐπὶ Βιθυνίας, οὐδὲ τῆς συλλαχούσης αὐτὸν καθέδρας ἥψατο, μέλον δὲ περὶ ἡμῶν, ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρειν ἂν καί τις ὡς ἰδιώτῃ προσφέρηται, Tanquam nihil eius interſit, ſiquis hîc cum eo vt cum priuato agat. Per omnia vero tempora ſic vtuntur Attici. Xenophon, Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, ὅτι ἤδη τοῦτο παρήγγειλε τοῖς Πέρσαις παρασκευάζεσθαι, ὡς αὐτίκα δεῆσον ἐπιδιώκειν, Edixit Perſis, vt itineri ſe accingerent, videlicet tanquam confeſtim cedentes eſſent ipſi conſecuturi. Plato in Prot. Δόξαν δὲ ἡμῖν ταῦτα ἐπορευόμεθα. Quo in loco, quod mirere, non caſus tantum pro caſu, ſed numerus etiam pro numero po-

*Ἀττικισμός.*

*Ὥσπερ δέον.*

*Ἐξὸν, ἐνόν, & ſimilia.*
*Ἄδηλον ὄν, & ſimilia imperſonalia.*

*Ὡς δεῆσον.*

*Δόξαν ἡμῖν ταῦτα.*



ſitus eſt, hoc modo, δοξάντων ἡμῖν τούτων, cum hæc inter nos conueniſſent: niſi ſit locus mendoſus, pro δόξαντα, vt apud Xenophontem in tertio ἑλληνικῶν, Δόξαντα δὲ ταῦτα, καὶ περανθέντα, τὰ μὲν στρατεύματα ἀπῆλθε, τὸ μὲν βαρβαρικὸν εἰς Τράλλεις, τὸ δὲ ἑλληνικὸν εἰς Λεύκοφρυν. Exiſtimo autem Platonem δόξαν ſingulariter dixiſſe, vt ἀττικώτερον eſſet ſchema: quo modo enim neutra pluralia ſingulari verbo iungunt, ſic participium iungere ipſe voluit, ac ſi diceret, ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἡμῖν ἔδοξε. Sic Xenoph. in quarto ἀναβά. Δόξαν δὲ ταῦτα, ἐκήρυξαν οὕτω ποιῆσαι. Latini ſcriptores vt plæraque Græcorũ, ſic hoc imitatione aſſequi conati ſunt. Liuius, Et ne ibi quidem nunciato quo pergerent, tantùm conuocatos milites monuit, via omnes irent, nec diuerti quenquam, aut excedere ordine paterentur. id eſt, οὐδὲ τότε ἐξαγγελθὲν ὅποι πορεύοιντο. Lyſ. Προσταχθὲν γὰρ αὐτῷ ἀναγράψαι τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος, ἀντὶ μὲν Σόλωνος αὑτὸν κατέστησε νομοθέτην. Polyb. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν σιωπῇ ἐδείπνουν, ὥσπερ τοῦτο ἐπιτεταγμένον αὐτοῖς ὑπὸ κρείττονός τινος. Hoc in exemplo non imperſonaliter prolatum eſt, ſicut nec in illo Platonis, & altero Xenoph. nouiſſimè trãſlatis. Liuius etiã rectis participiorum vſus eſt imperſonalium. Liberas religione mentes turbauit rurſus nũciatum, Fruſinone infantem natum eſſe quadriẽnio parem. Idem alibi, Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem ſignum pugnæ dare poſſet. Id quod, vt opinor, ipſe auſus eſt, Græcorum licentia adductus. Ariſtot. figura ſuperiore ſine participio vſus eſt in primo Politi. Ὁ νόμος ὁμολογία τίς ἐστιν, ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα, τῶν κρατούντων εἶναί φασι. τοῦτο δὴ τὸ δίκαιον. πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ὥσπερ ῥήτορα γράφονται παρανόμων, ὡς δεινόν, εἰ τοῦ βιάσασθαι δυναμένου ἔσται δοῦλον, καὶ ἀρχόμενον τὸ βιασθέν, Hoc ius quidam legiſlatorum iniquæ rogationis, quaſi oratorem & rogatorem accuſant: quippe graue fore ac periculoſum, ſi is qui uim intulit, imperium ac dominium inuiolatum habebit. Interdum autem illa figura ſenſum obſcuriorem efficit, vt apud Iſocrat. περὶ εἰρήνης, Χρὴ δὲ τοὺς νοῦν ἔχοντας, περὶ μὲν ὧν ἴσασι, μὴ βουλεύεσθαι· περίεργον γάρ· ἀλλὰ πράττειν ὡς ἐγνώκασι. περὶ ὧν δ' ἂν δὲ βουλεύωνται, μὴ νομίζειν εἰδέναι τὸ συμβησόμενον, ἀλλ' ὡς δόξῃ μὲν χρωμένοις, ὅ, τι δ' ἂν τύχῃ δὲ γενησόμενον, οὕτω διανοεῖσθαι περὶ αὐτῶν, Sed ita de iis ſentire & ſtatuere, vt ad quod ſuſcipiendum opinione adducti ſint, in eo caſus temeritatem valituram meminerint. Plato lib. decimo de repub. pulcherrimam ſentẽtiam Atticiſmo exornauit. Λέγει που ὁ νόμος, ὅτι κάλλιστον ὅτι μάλιστα ἡσυχίαν ἄγειν ἐν ταῖς συμφοραῖς, καὶ μὴ ἀγανακτεῖν, ὡς οὔτε δήλου ὄντος ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ τοῦ τοιούτων, οὔτε εἰς τὸ πρόσθεν οὐδὲν προβαῖνον τῷ χαλεπῶς φέροντι, οὔτε τι τῶν ἀνθρωπίνων ἄξιον ὂν μεγάλης σπουδῆς, ὅ, τε δεῖ ἐν αὐτοῖς ὅτι τάχιστα παραγίνεσθαι ἡμῖν, τούτῳ ἐμποδὼν γιγνόμενον τὸ λυπεῖσθαι, τῷ βουλεύεσθαι περὶ τὸ γεγονός. Hîc Plato miſcuit vtrunque caſum, & cum nullum ſit participium imperſonale, à genitiuo ad accuſatiuum tranſiit, coniunctione intermedia. Itidẽ Demoſth. ἐν τῷ περὶ παραπρεσβ. Τίς ὁ πείσας ὑμᾶς μόνον οὐκ ἐπὶ ἐρυθρὰν θάλασσαν πρεσβείας πέμπειν, ὡς ἐπιβουλευομένης μὲν ὑπὸ Φιλίππου τῆς ἑλλάδος, ὑμῖν δὲ προσῆκον προορᾶν ταῦτα, καὶ προΐεσθαι τὰ τῶν ἑλλήνων. Ξενοφ. in ſecundo παιδείας, ἢ καὶ οἴει, ἔφη ὁ Χρυσάντας, ψηφίσασθαι ἂν τὸ πλῆθος συνελθὸν, ὥστε μὴ ἴσον ἕκαστον

*Δόξαντα δὲ ταῦτα, ἀντὶ τοῦ δοξάντων.*

*Ablatiuus à participio imperſonali.*

*Rectus à participio imperſonali.*

*Coniunctio inter diuerſos caſus.*

τυγχάνειν, ἀλλὰ τοῖς κρατίστοις καὶ τιμαῖς καὶ δωρεαῖς πλεονεκτεῖν; ἔγωγ᾽, ἔφη ὁ Κῦρος, οἴομαι, ἅμα μὲν ὑμῶν συναγορευόντων, ἅμα δὲ καὶ αἰσχρὸν ὂν ἀντιλέγειν, μὴ οὐχὶ τὸν πλεῖστα καὶ πονοῦντα καὶ ὠφελοῦντα τὸ κοινόν, τοῦτον καὶ μεγίστων ἀξιοῦσθαι, Atqui, inquit, ita opinor populum plebiſcito ſciturum, ſimul vobis legi patrocinantibus, ſimul quòd turpe ſit refragari, & cætera. Eadem figura cum Platone vſus eſt. Verùm illi ſuperiori locutioni, δόξαν δὲ ταῦτα, ἐκήρυξαν, & reliqua, non abſimilis eſt, quatenus ad loquendi licentiam attinet, illa Terentii in prologo Heautontimor. Facite æqui ſitis, date creſcendi copiam nouarum. & Ciceronis in Philipp. quinta, Cædis faciendæ, bonorum diripiendorum, vrbis, agrorum ſuis latronibus condonandi. Quem locum ita eſſe legendum, ex aliis eius locis intelligimus, vt in præfatione alterius rhetoricorum, exemplorum eligendi poteſtas. Et in quinto de Finibus, Aut non dolendi cauſa, etiam ſi aſſequi nequeas: aut eorum quæ ſecundum naturam ſunt, adipiſcendi, etiam ſi non adipiſcare. Sic Tranquil. in Aug. Permiſſa iocandi licentia, diripiendíque pomorum & obſoniorum, & miſſilium. Hi (vt opinor) authores non teneri ſe arbitrati ſunt legibus & interdictis τῶν τεχνολόγων, qui aiunt τοῖς συνδέσμοις συνάπτειν μὲν εὐθεῖαν εὐθείᾳ, καὶ ὅλως πτῶσιν πτώσει, καὶ χρόνον ὁμοίως χρόνῳ, καὶ ἔγκλισιν ἐγκλίσει, & alia. Quorum præcepta interdum contempſiſſe, an capitale apud criticos, aut flagitioſum apud ſuperſtitioſos, aut ignominioſum apud eorum diſcipulos meritò exiſtimetur, ex iis quæ ſubtexentur hoc loco, & alibi ſparſim cum res & occaſio ita nata fuerit, lectores arbitrabuntur.

Τὰ τῶν τεχνικῶν παραγγέλματα ἐστὶν ὅτε ἀμελητέα

Plato in Politico, Ἰατρὸν μέλλοντα ἀποδημεῖν καὶ ἀπέσεσθαι, præſens cũ futuro coniunctione vinxit. Author puriſſimus Iſocr. περὶ εἰρήνης, ἀόριστον τῷ παρατατικῷ ſubdidit, Ἐλυμαίνοντο δὲ τὴν Πελοπόννησον, καὶ μεστὴν πολέμων καὶ στάσεων ἐποίησαν. Plato in Apolog. Ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον αἱροῦμαι ὧδε ἀπολογησάμενος τεθνάναι, ἢ ἐκείνως ζῆν. ζῆν ἀντὶ τοῦ ζῆσαι dixit. eſſe autem poteſt τεθνάναι, vt ἑστάναι, quod tamen non affirmo contra multorum ſententiam. Iſocr. in Trapez. Ἐδεῖτο δέ μου συγγνώμην ἔχειν αὐτῷ, καὶ συγκρύψαι τὴν συμφοράν, pro συγκρύπτειν. Et in Παραγραφ. Ὥστε ἑπτακοσίων μὲν δικαζόντων, τετάρων δὲ καὶ δέκα μαρτυρησάντων, οὐδεμίαν ψῆφον μετέλαβε. Et rurſus in eodem, Τῶν μὲν ἄλλων ἀσμένως ἀπαλλαττομένων, τῶν λειτουργιῶν, καὶ τῶν μὲν ἀνηλωμένων, αὖθις μεταμέλον, τὰ δὲ λοιπὰ ἀποκρυπτομένων, à genitiuo ad accuſatiuum tranſiit, vt figura ſupradicta vteretur, μεταμέλον, ἀντὶ τοῦ μεταμέλοντος ſcribens: cuius ſimile illud Dinarchi κατὰ Δημοσθ. Συμπολιτευόμενος τῶν ὑμετέρων ἐναντίον διειλεγμένος Νικάνορι, καὶ κεχρηματικὼς ἐν Ὀλυμπίᾳ περὶ ὧν ἐβουλήθης, σχεδὸν νῦν σεαυτὸν κατασκευάζεις, προδότης ὢν καὶ δωροδόκος, ὡς ἐπιλησομένους τούτους τῆς σῆς πονηρίας, καὶ οὐ δώσων δίκην ὑπὲρ ὧν εἴληφας πεποιηκώς, accuſatiuum figuratum nominatiuo iunxit, Quaſi verò hi obliturí ſint tuum ſcelus, nec tu pœnas daturus ſis compertæ rei capitalis. AEſchines κατὰ Τιμοκράτ. Ἐπειδὴ δὲ τὴν δημηγορίαν διαβολὴν, καὶ τοῖς εἰρημένοις λόγοις ἐπὶ τὰ χείρω διεξέρχεται, οὔτ᾽ ἂν ἀποδραίην, οὔτ᾽ ἂν τῶν εἰρημένων οὐδὲν ἀρνησαίμην, οὔτ᾽ αἰσχύνομαι ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον φιλοτιμοῦμαι, & modum & tempus variauit. Idem ἐν τῷ περὶ παραπρεσβ. Φάσκων γὰρ νεώτατος εἶναι πάντων, τὴν τάξιν τοῦ πρώτου λέγειν οὐκ ἂν ἔφη παραλιπεῖν, οὐδ᾽ ἐπιτρέψειν τινί, αἰνιττό-



μενος εἰς ἐμέ, προκαταλαβόντα τὰ Φιλίππου ὦτα, τοῖς ἄλλοις λόγον μὴ καταλιπεῖν. à præterito infinitiui, ad futurum indicatiui tranſiit. Idem, Κατεπλάγη μὲν γὰρ παραστῆσαι τῷ μὲν φυγόντι, θαρρεῖν ὅταν αὐτὸς δεῦρο παρῇ ἤδη, ἐκπεπλῆχθαι δὲ τῷ κατηγόρῳ καὶ πεφοβῆσθαι περὶ αὐτοῦ, tempus tantum mutauit.

*Temporis mutatio.*

Syneſ. Σὺ δὲ ὑγιαίνοις, καὶ ἀσπάσαι τοὺς μακαρίους ἑταίρους, modũ mutauit.

*Modi mutatio.*

Idem ad Theophilum, Πρὸς ταῦτα ὁ Παῦλος ἐπεχείρησεν μὲν ἀντιλογίας κομίσαι τινάς, ὅτι τε προκατέσχηκε τὸν λόφον, καὶ ἐκκλησίας παλαίτερον ἀπεδέδεικτο, πρὶν τὸν εὐλαβέστατον Διόσκορον ἀποδείξασθαι τοῦ χωρίου δεσπότην, & modum & tẽpus mutauit. Iſocrates περὶ τῆς ἀντιδόσεως, Συνίσασι γὰρ τοῖς μὲν διὰ φιλοπραγμοσύνην ἐμπείροις τῶν ἀγώνων γεγενημένοις, τοὺς δὲ ἐκ φιλοσοφίας ἐκείνων τῶν λόγων, ὧν ἄρτι προεῖπον, τὴν δύναμιν εἰληφότας, à datiuo ad accuſatiuum tranſiit, ludens in varia verbi conſtructione.

*Caſus mutatio.*

Dicunt enim σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀπαιδεύτῳ ὄντι, vt Demoſth. περὶ στεφάνου, Δεδιὼς καὶ τρέμων, καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν, ἐφ᾽ οἷς σαυτῷ συνῄδεις ἀδικοῦντι, Ob conſcientiam ſcelerum. Quod Fabius imitatus eſt in tertio de inſtitut. orat. Sed non ſuſtineo eſſe conſcius mihi diſſimulanti.

*Σύνοιδα ἐμαυτῷ. σύνοιδα σαυτῷ.*

Dicunt etiam σύνοιδα ἐμαυτῷ τοῦτο ἡμαρτημένον. Idem, Οἷς ταῦτα αὐτῷ συνῄδει πεπραγμένα. Syneſ. Τοῦτο γοῦν αὐτοῖς συνειδότες, ὅτι οὐδὲν κακὸν τῇ πόλει ἐψηφίσαντο. Effertur & per rectum. Plato in Apolog. Ἐγὼ γὰρ δὴ οὔτε μέγα, οὔτε σμικρὸν σύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν. Iſocrat. πρὸς Φίλιππον, Ἄλλως τε ὅταν καὶ μηδὲν σαυτῷ συνειδῇς ἐξαμαρτάνων. Ponitur σύνοιδα etiam ἀντὶ τοῦ οἶδα καὶ γινώσκω, id eſt, noui, vt idem περὶ εἰρήνης, Συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους ὑπὸ τῶν κολακευόντων ἀναστάτους γεγενημένους. Aliquãdo cum datiuo, vt apud eundem in Archid. Συνειδότες Ἀθηναίοις ἐκλιποῦσι τὴν χώραν, ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ἐλευθερίας. Et iis duobus modis vſus eſt Iſocrat. in eo loco quo de nunc agitur. Hoc idem ſi aſſerere de Latinis aggrediamur, res nobis ſit neceſſe eſt cum Laurentio Vallenſi elegantiæ & puritatis orationis aſſertore & patrono.

*Laurentius Vallenſis.*

Cicero in quadam epiſtola, Neque te monere audeo præſtanti prudentia virum, nec confirmare maximi animi hominem.

*Caſus in eadem oratione variati.*

Et in ſecundo de natu. deorum, Itaque plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis quæ ad neruos reſonãt in cantibus. Id quod fortaſſe fecit, ne cornuum diceret, vt ſpecierum & ſimilium, quæ vitanda eſſe cenſebat, vt in Topicis ipſe ſcripſit. Tametſi in ſecunda Philippica voluptatis cauſa tantum fecit. Id enim, inquit, vnum in terris, egeſtatis, æris alieni, nequitiæ, perditis vitæ rationibus, perfugium eſſe dicebas. In quibus tamen exemplis nulla eſt coniũctio. Idem modum mutauit intermedia coniunctione ad Atticum ſcribens, Nuſquam facetius miſerrimam vitam vel ſuſtentabo, vel (quod multo eſt melius) abiecero. Et pro Quintio, Vadimonium mihi non obiit quidam ſocius & affinis meus, quicum mihi neceſſitudo vetus, cõtrouerſia de re pecuniaria recens intercedit: poſtulóne à prætore vt eius bona mihi poſſidere liceat, an cum Romæ domus eius, vxor, liberi ſint, domum potius denunciem? Hîc indicatiuum cum ſubiunctiuo iunxit.

*Modus per cõiunctionem variatus.*

Alibi in eadem tempora diuerſa coniunxit, Mihi ſi quid deberetur peterem, ac iudicio iampridem abſtuliſſem. In ſecundo de Finibus, Num

etiam P. Decius cum ſe deuoueret, & equo admiſſo in mediam aciem Latinorũ irruebat, aliquid de voluptatibus ſuis cogitabat? Idem in tertio, Eas ipſas catalepſeis propter ſe adſciſcendas arbitrantur, quòd habeat quiddam in ſe quaſi complexum & continens veritatem. Diuerſa tempora coniunxit. Et in ſomnio Scipionis, Ille autem me complexus atque oſculans, flere prohibebat. Vt ad rem redeamus, ſicut apud Romanos ſacramentum & ſponſio (de quibus in annotationibus in pandectas ſatis diſſeruimus) pœnariæ erant actiones, ita apud Græcos παρακαταβολή, quo nomine non modò ſponſionis iudicium, ſed etiam ipſa pecunia depoſita ſignificatur, id eſt, τὰ πρυτανεῖα. Ariſtoph. νεφ.

*Παρακαταβολή.*
*Πρυτανεῖα.*

Οὐκ ἂρ ἀποδώσεις; Στρε. οὐχ ὅσον γέ μ' εἰδέναι.
Δα. ἄπειμι. καίτοι γ' ἴσθ' ὅτι
Θήσω πρυτανεῖ', ἢ μηκέτι ζῴην ἐγώ.
Στρε. Προσαποβαλεῖς ἄρ' αὐτὰ πρὸς ταῖς δώδεκα.

ac diceret, παρακαταβαλεῖς σοι. συνωνύμως enim dicitur παρακαταβολὴ καὶ τὰ πρυτανεῖα. Deponebatur enim ea pecunia in Prytaneo. Idem ἐν σφηξί,

Κἄξω τούτου τὰ τέλη χωρίς, καὶ τὰς πολλὰς ἑκατοστάς,
Πρυτανεῖα, μέταλλ', ἀγοράς, λιμένας, μισθούς, καὶ δημιόπρατα.

Vbi interpres, Πρυτανεῖα, φησί, ἃς κατέβαλλον δεκάτας τῶν χρεῶν οἱ δανεισταὶ ὑπὲρ παραστάσεως τῶν χρεωφειλετῶν, ὡς ἀπαιτηθῶσιν. Prytanea, inquit, ſunt decimæ nominũ, quas dependebant fœneratores pro viatoribus, aut iudicum apparitoribus, qui debitores ſiſtebant iudicio, vt iis exhibitis & coram accitis, creditores cum ipſis experirentur: inde etiam ſportulæ iudicum ſoluebantur, omniſque apparituræ iudicialis. Idem Ariſtoph. ἐν νεφέλαις,

*Prytanea.*

Πᾶς γάρ τις ὀμνύς, οἷς ὀφείλων τυγχάνω,
Θείς μοι πρυτανεῖ', ἀπολεῖν μέ φησι κἀξολεῖν.
Νῦν οὖν δικαζέσθων. ὀλίγον γάρ μοι μέλει.

Verba ſunt debitoris calumniatoris & litigioſi: vbi interpres, Πρυτανεῖα δὲ τὰ νῦν παρὰ ῥωμαίοις σπόρτουλα. ἦν δὲ ἀργύριόν τι, ὅπερ κατετίθεσαν οἱ δικαζόμενοι ἀμφότεροι, καὶ ὁ φεύγων καὶ ὁ διώκων. Dicemus & alibi de hoc vocabulo nonnihil, ſi occaſio tulerit.

*Λαγχάνω δίκην.*

Λαγχάνω δίκην, Latinè ſignificat Dicto iudicium, litem intendo, edo iudicium & actionem. Quod etiam Subſcribere iudiciũ dicitur. Demoſt. κατὰ Μειδίου, Ἡνίκα τὰς δίκας ἔλαχον τῆς ἐπιτροπῆς τοῖς ἐπιτρόποις μειρακύλλιον ὢν κομιδῆ, Cùm primùm tutelæ experiri cum tutoribus meis cœpiſſem adhuc adoleſcentulus exiſtens. In cauſis etiam capitalibus ſignificat poſtulare & accuſare. Idem in eadem, Ἐγὼ δ' αὖ τοὐναντίον οἶμαι, εἰ τοῦτον ἀφῆκα, λελοιπέναι μὲν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τὴν τοῦ δικαίου τάξιν, φόνου δ' ἂν εἰκότως ἐμαυτῷ λαχεῖν. οὐ γὰρ ἦν μοι βιωτὸν τοῦτο ποιήσαντι, Ego verò, iudices, è diuerſo rem interpretãdam exiſtimo, vt ſi hunc reum miſſum faciam, viri boni officium deſeruiſſe videar, mihíquemet ipſe cædis iudicium dictauiſſe. neque enim mihi, ſi hoc in me admitterem, cauſa ſupereſſet cur vitam propagarem. Idem, Δίκην δὲ τούτῳ λαχὼν ὕστερον τῆς κακηγορίας, εἷλον ἐρήμην, Cum autem iniuriarũ cum eo ob maledicta expertus eſſem, indicta cauſa dãnaui, hoc eſt, cum ille ad iudicium non affuiſſet. Vnde Ἐρημοδίκιον, & ἐρήμη δίκη dicta, de quo

*Ἐρήμην ἑλεῖν.*
*Ἐρημοδίκιον. Ἐρήμη δίκη.*



in annotationibus diximus. Λαγχάνω à more priſco deductũ: ſortes enim à iudicibus ducebantur, & quæ prima dica ex vrna exierat, prima agebatur. vnde illud Vergilianũ, Nec verò hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes, Quæſitor Minos vrnam mouet. Et illud Satyrici, -improba quanuis Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam. id eſt, in iudicum ſortitione ac reiectione ſubdolè verſatus eſt, vel in ſuffragiis tabellaribus enumerandis. Cic. in Ver. Deinde cæteras dicas omnes illo foro M. Poſthumius quæſtor ſortitus eſt, hanc ſolam tu illo conuentu reperiere ſortitus. Et rurſus, Poſtea venit tibi in mentem, è lege Rupilia ſortiri dicas oportere. Alibi, Aduenit dies, quo die ex inſtituto dicas ſortiturum edixerat. Verùm litigator litem λαγχάνει, hoc eſt, ſortitur, & ſorte exeũtem in iudicium deducit. Prætor dicas ſortitur ἐν τῷ κληροῦσθαι, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῷ καθιέναι τοὺς κλήρους εἰς τὸν καδίσκον, hoc eſt, ſortibus miſſis & eductis, controuerſiarum agendarum ordinem conſtituit, vel quæſtionum exercẽdarum: ita vt Romæ iudiciis publicis præeſſet, pecuniariis autem controuerſiis audiendis recuperatores daret, vt nos in Pandect. annotauimus. Dicitur & Εἰσάγειν τὴν δίκην. Demoſth. κατὰ Στεφάνου, Φόνου δίκην εἰσάγων, οὐκ ἀδικήματος οὐδενός, id eſt, ſola inuidia impulſus, nullius criminis reũ in iudiciũ protrahens. Plato in Apolog. Τὸν μὲν γὰρ διαφθείροντα τοὺς νέους, ὥς φῄς, ἐμὲ εἰσάγεις τουτοισὶ καὶ κατηγορεῖς. Sed alibi plenius hoc dicetur, cum primùm locus occurret. Ἀντιλαγχάνειν verò eſt viciſſim litem intendere, actori & victori quæſtionem referre: quod iuris ſtudioſi hodie recõuenire dicunt. Erat autem apud Atheniẽſes Ἀντίληξις veluti παλινδικία huiuſmodi, quum quiſpiam in iudicium vocatus, non reſponderat, aut vadimonium promiſſum deſeruerat, aut quum per præconem inclamatus, ad nomen nõ reſponderat, eremodicio damnabatur, vt hodie fit. Quód ἐρήμην ἁλίσκεσθαι καὶ ἡττᾶσθαι dicitur, & αἱρεῖσθαι, vt ſuperius dictum eſt. Huic porrò ſic cauſa lapſo, intra duos menſes licebat iudicium illi reſortiri ſecundum quem cauſa indicta iudicata fuerat, alioquin tantæ pecuniæ damnabatur, quãtam pecuniæ ſummam in intentione ſua actor petendam cenſuerat, iúdiciúmque ex eo tempore in rem ſemel iudicatam tranſiſſe cenſebatur. Præterea qui ὑπὸ τῶν διαιτητῶν, id eſt ab arbitris etiam præſentes, & diſceptata vtrinque controuerſia damnati fuerant, iis ius erat ad iudices prouocare, qui ἐφέχοντες vocabãtur, ibíque controuerſiam denuo diſceptare, vt hodie à præſidibus & præfectis, curiæ ſummæ appellantur: ídque Ἀντιλαγχάνειν δίκην vocabatur. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Ἀλλὰ τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαχεῖν ἐξῆν αὐτῷ δήπου, καὶ πρὸς ἐμὲ τὸ πρᾶγμα καταστήσασθαι πρὸς ὅνπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν ἡ δίκη· ἀλλ' οὐκ ἐβούλετο, At licebat illi iudicium reſortiri, ſententiámque arbitri nullam eſſe, & irritam defendere, mecúmque litem negotiúmq; inſtituere, quócum ab initio fuerat: quod ille facere non voluit. Ab eo more ſortiendarum litium, lingua vernacula ſortiri iuriſdictionem vocat, eſſe in diſceptatione & ditione alicuius præfecti. Reſortitionémque pro imperio & ditione, id eſt, ἀντὶ τῆς ἐπικρατείας dicit: ſic enim Græcè vocatur. Xenoph. Ὅ,τι γὰρ ἄν τις λάβῃ παρὰ τοῦ τυράννου, οὐδεὶς οὐδὲν αὑτοῦ νομίζει,

*Λαγχάνω. Sortes.*
*Sortiri dicam & dicas.*
*Κληροῦσθαι.*
*Εἰσάγειν τὴν δίκην. Εἰσάγειν τὸν ἀντίδικον.*
*Ἀντιλαχεῖν.*
*Ἀντίληξις. Παλινδικία.*
*Ἐρήμην ἁλίσκεσθαι.*
*Reſortiri iudicium.*
*Ἀντιλαγχάνειν τὴν μὴ οὖσαν.*
*Ἐπικράτεια.*

[Ἐπικρατεῖν. Ἐπικρατούμενοι.] πρὶν ἔξω τῆς τούτου ἐπικρατείας γενέσθαι).Et ἐπικρατῶ ῥῆμα. Pauſ. Αὐτός τε Μακεδονίας τῆς ἄνω, καὶ τῶν Θεσσαλῶν ἐπεκράτησε. Et ἐπικρατούμενοι imperio ſubditi & ditioni. Plut. Οἱ δὲ παρέδωκαν ἑαυτοὺς, καὶ πόλεις, καὶ νήσους ὧν ἐπεκράτουν. In [Ἡ μὴ οὖσα. Iudicium nullum. Teſtamentum nullum.] ſuperiore autem exemplo ex Demoſt. ἡ μὴ οὖσα dicitur Iudiciũ nullum, vt Latini iuriſconſulti loquuntur, & Teſtamẽtum nullum. Cic. in prætura vrbana, Minutius quidam mortuus eſt, eius teſtamentum erat nullum, lege hæreditas ad gentem Minutiam veniebat. Nullum pro irrito [Οὐκ οὖσα. Οὐκ ὄντες νόμοι.] poſuit, & lege abrogato. Οὐκ οὖσα etiam dicitur ἡ μὴ οὖσα. & οὐκ ὄντες νόμοι, nullæ & irritæ. Iulianus Ἀλεξανδρεῦσι, Ἀλλὰ μὴ τόλμη μηδὲ ἀπονοίᾳ χρησάμενον, ὥσπερ οὐκ οὖσιν ἐνυβρίζειν τοῖς νόμοις. Cæterum τῇ μὴ οὔσῃ δίκῃ ſimilis eſt [Ἡ ἀνάδικος δίκη.] ἡ ἀνάδικος, & fortaſſe eadẽ. Idem Demoſth. πρὸς Βοιωτὸν, Καὶ τὸ αὐτό μοι πατρὸς καὶ δήμου προσαγορευομένου, τὴν δίκην ταύτην, περὶ ἧς νῦν δικάζομαι, ἀνάδικον ἐποίησεν, id eſt, denuo iudicandam: & iudicium nullum, propter nominis communionem ſcilicet, & perſonæ indiſcretam ſimilitudinem. Andocid. περὶ μυστηρίων, Τὰς δὲ δίκας, καὶ τὰς διαίτας ἐποιήσατε κυρίας εἶναι, ὁπόσαι ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει ἐγένοντο, ὅπως μήτε χρεῶν ἀποκοπαὶ εἶεν, μήτε δίκαι ἀνάδικοι γίγνοιντο, ἀλλὰ τῶν ἰδίων συμβολαίων αἱ πράξεις εἶεν, Vt ne tabulæ nouæ fierent, & res iudicatæ reſcinderentur, ſed ex pactionibus priuatis & nominibus experiri li- [Χρεῶν ἀποκοπαί. Σεισάχθεια. Χρεοκοπία. Χρεοκοπεῖσθαι.] ceret. Χρεῶν ἀποκοπαὶ ſunt nouæ tabulæ, quaſi æris alieni deciſiones. Quæ etiã Σεισάχθεια dicitur, quaſi onus excuſſum. Plut. in Cæſ. Καὶ σεισαχθείᾳ τινὶ ἐκούφιζε τοὺς χρεωφειλέτας. Cui ſimilis eſt Χρεοκοπία. Nam χρεοκοπεῖσθαι debito fraudari ſignificat, decocta ſcilicet pecunia.

[Δίκην διδόναι.] Δίκην διδόναι, eſt κολάζεσθαι. Plato in Gorg. Οὐκοῦν ὁ κολαζόμενος δίκην διδοὺς, δίκαια πάσχει. Idem, σκεψώμεθα δὲ τῇδε, τὸ διδόναι δίκην καὶ τὸ κολάζεσθαι δικαίως, [Dare pœnas.] ἀδικοῦντα, ἆρα τὸ αὐτὸ καλεῖς; Πω. ἔγωγε. Virg. Dabis improbe pœnas. Cic. [Dedere Pendere Expetere] pœnas dedere dixit ad Atticũ lib. v i i i, Euolare cupio, dedo pœnas temeritatis meæ. Alibi ad eũdẽ, maximas pœnas pẽdo temeritatis meæ. Pœnas [Δίκην ὑπέχειν.] verò expetere eſt Τιμωρεῖν, vt infrà dicetur. Δίκην ὑπέχειν eſt iudiciũ ſubire, ἀπολογεῖσθαι. Demoſth. πρὸς Φορ. Ὡς δέον παρὰ μὲν τῷ Θεοδότῳ τῷ ἰσοτελεῖ ὑπέχειν αὐτοὺς δίκην ἄνευ παραγραφῆς· ἐπειδὰν δὲ εἰς τὸ Ἀθηναίων δικαστήριον εἰσέρχωμεθα, μηκέτ' εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην. Idẽ, Ἐπειδὴ δὲ τὸ συμβόλαιον ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἐμπορίῳ γέγονε, [Δίκην εἰπεῖν.] μὴ φάσκειν τούτους παρ' ὑμῖν ὑφέξειν τὴν δίκην. Δίκην εἰπεῖν eſt cauſã dicere, ad verbũ, apud Xenoph. in i i i i. ἀπομνη. de Socrate, Τὴν τε δίκην πάντων ἀνθρώπων ἀνεκτότατα καὶ ἐλευθεριώτατα καὶ δικαιότατα εἰπὼν, καὶ τὴν κατάγνωσιν τοῦ θανάτου πρᾳότατα ἐνέγκας. [Δίκη.] Δίκη interdũ eſt ſuppliciũ, vnde illud δίκην διδόναι, quo etiã Plato in Phæd. [Δίκας διδόναι.] vſus eſt. Et ibidẽ, Αὕτη γὰρ ἡ δίκη ὑπὸ τῶν δικαστῶν αὐτοῖς ἐτάχθη. Δίκας διδόναι eſt [Pœnas pẽdere] quod Cicero pœnas pendere dixit, hoc eſt, vindictam permittere, dedere [Δίκας ἀπαιτεῖν. Expetere pœnas.] reum, vt in eũ animaduertatur. Et δίκας ἀπαιτεῖν, eſt pœnas expetere, quo etiam Liuius vſus eſt poſt Ciceronem. Pauſanias in pri. Ἠλιακῶν, Ὡς δὲ ἔμαθεν τὸν αὐτόχειρα τῶν παίδων ἡ Μολιόνη, ἐνταῦθα οἱ Ἠλεῖοι δίκας τοῦ φόνου παρὰ Ἀργείων ἀπῄτουν· τηνικαῦτα γὰρ ἔτυχεν ὁ Ἡρακλῆς ἐν Τίρυνθι οἰκῶν. μὴ διδόντων δὲ σφίσι δίκας τῶν Ἀργείων, οἱ δὲ ἐνέκειντο Κορινθίοις ἐκσπόνδους τὸ Ἀργολικὸν ποιῆσαι πλὴν τοῦ ἀγῶνος τοῦ [Δίκην παρέχειν.] Ἰσθμικοῦ. Dicunt etiam δίκην παρέχειν, ἀντὶ τοῦ δίκην διδόναι. Plato lib. i x de legib. ἡ γὰρ βελτίονα ἡ δίκη, ἢ μοχθηρότερον ἧττον ἐξειργάσατο τὸν δίκην παρασχόντα.



Καθυφίεμαι præuaricor, quod etiam ἐθελοκακεῖν dicitur, & ὑποστέλλεσθαι, & [Καθυφίεμαι.] καταπροΐεσθαι τὴν δίκην, ἢ τὴν κατηγορίαν, καὶ προδιδόναι. Et Καθύφεσις præua- [Καθύφεσις.] ricatio. Plut. in Cice. οὕτω δὲ τοῦ Βέρρου καταδικασθέντος, ἑβδομηκονταπέντε μυριάδων τιμησάμενος τὴν δίκην ὁ Κικέρων, διεβλήθη ἔχειν ὡς ἐπ' ἀργυρίῳ τὸ τίμημα καθυφειμένος. Quo in loco deeſſe verbum τριακοσίων, aut aliud cenſeo, vt in libris de Aſſe dixi. Demoſth. voce actiua vſus eſt, Τὸν δὲ καιρὸν τῶν πραγμάτων ἐάν τις ἑκὼν καθυφῇ καὶ προδῷ τοῖς ἐναντίοις, οὐδ' ἂν ὁτιοῦν ποιῇ, πάλιν οἷός τ' [Καθυφίημι.] ἔσται σῶσαι, Occaſiones autem rerum benè gerendarum ſiquis aduerſariis condonarit & prodiderit, vt quiduis deinde ille faciat, ſeruare res perditas non poterit. Sic alibi, Ἐάν τις καθυφῇ τὰ τῆς πόλεως. Et κατὰ Ἀφόβου, Περὶ μὲν γὰρ ὧν καθυφῆκας, νόμος ἐστὶν, ὃς κελεύει σε ὁμοίως ὀφλισκάνειν ὥσπερ ἂν αὐτὸς ἔχῃς. Baſil. in hexaëme. homil. v. Ἐὰν ἄρα πεισθῶσιν ὅτι περὶ τῆς ἡλίου γενέσεως τὰ περὶ γῆν ἅπαντα διακεκόσμητο, τὸ ἀμέτρου περὶ αὐτὸν θαύματος καθυφῶσιν, id eſt, minus iam ſolem & remiſſius admirentur, nec vt deum colãt, tanquam auctorem omnium terræ fructuum. Hermog. περὶ στάσεων, Γεγαμημένοι τινὲς ἀλλήλοις μοιχείας, καθυφέντες τὰς γραφὰς, ἠμείψαντο τὰς γυναῖκας. Deducta eſt ſignificatio ab iis, qui non pleno conatu aliquid faciunt, ſed conſulto vires ſubmittunt, vt vincantur. Quod in militibus Ἐθελοκακεῖν dicitur. Pauſ. [Ἐθελοκακεῖν.] Καταγνόντες ἐθελοκακῆσαι σφᾶς ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Κάσσανδρον, id eſt, Quòd vinci ſe ignauiter non noluiſſent. Herodi. Εἰωθότων ἀεὶ τῶν βαρβάρων ῥᾷστα ἀποκάμνειν καὶ ἐθελοκακεῖν, id eſt, Cũ barbari ſoliti ſemper ſint fatiſcere facillimè, & quaſi ſponte cedere. cum etiam hoc verbum ſignificet ſpõte deteriora conſectari, & capeſſere. Lucia. Εἴ τις αὐτῶν ὑπὸ πενίας ἐθελοκακεῖ, καὶ πρὸς τὰ ἥττω ἀποκλίνει. Pauſ. etiam pro κακουργεῖν κατὰ τῆς πόλεως, id eſt, malè cogitare, & Reip. mala moliri, σκευωρεῖσθαι. Et itidem Polyb. qui etiã [Σκευωρεῖσθαι. Κακοσπουδεῖσθαι.] κακοσπουδεῖσθαι pro eodem dixit in v. hiſt. ποιεῖται συνωμοσίαν πρὸς τὸν περὶ Λεόντιον καὶ Μεγακλέαν, ὥστ' ἐκείνους μὲν συμπαρόντας ἐπ' αὐτῶν τῶν καιρῶν ἐθελοκακεῖν καὶ λυμαίνεσθαι τὰς τοῦ βασιλέως χρείας, αὐτὸς δὲ χωρισθεὶς εἰς τὴν Χαλκίδα, φροντίζειν ἵνα μηδαμόθεν αὐτῷ χορηγία γίγνηται πρὸς τὰς ἐπιβολάς. ἔστι μὲν οὖν τοιαῦτα συνθέμενος καὶ κακοσπουδασάμενος πρὸς τοὺς προειρημένους, ἀπῆρεν εἰς τὴν Χαλκίδα, id eſt, συγκακουργήσας καὶ κακοπραγμονήσας. Idem in i i i, Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως μεταλλάξαντος τὸν βίον, συμφρονήσαντες Ἀντίοχος καὶ Φίλιππος ἐπὶ διαιρέσει τῆς τοῦ καταλελειμμένου παιδὸς ἀρχῆς ἤρξαντο κακοπραγμονεῖν. Plut. ἐν τῷ εἰ πρεσβ. πολιτευτ. [Κακοπραγμονεῖν.] Πολιτευόμενος ἀεὶ τῷ παρορμᾶν τοὺς δυναμένους ὑφηγεῖσθαι τοῖς δεομένοις, συμπράττειν τοῖς βουλομένοις, διατρέπειν τοὺς κακοπραγμονοῦντας, ἐπιρρωννύναι τοὺς εὐγνώμονας. & κακοπραγμοσύνη apud Polyb. pro ἐθελοκακία καὶ κακουργία. Ὑφίεσθαι [Κακοπραγμοσύνη. Ὑφίεμαι.] etiam eſt cedere, & decedere de eo quod tueri poſſis, ſi velis. Plut. Καὶ ταῦτα λέγω τῶν ἐμαυτοῦ δικαίων ὑφιέμενος, De iure meo decedens. Idem, Φρονήματος οὐδενὶ Ῥωμαίων ὑφιέμενος. Et in Anto. οὐ μὴν ὑφῆκατο τῆς στρατιωτικῆς τόλμης, nec tamen quippiam remiſit. Semper cũ genitiuo, vt in Demetr. Ὡς μὴ δοκεῖν τοῦ φρονήματος ὑφίεσθαι διὰ τὴν ἧτταν, Ne propter cladem acceptã, quicquam remiſiſſe animorum videretur. Et in Serto. Μὴ δ' ἄχρι λόγου τοῦ ἄγαν ἐξουσίας ὑφίεσθαι πρὸς αὐτοὺς, Ne verbo quidem tenus de ſolita deceſſiſſe ſeueritate, quominus ſummè imperiũ exerceret in eos, iuſſque im-

*Ὕφεσις. Καθύφεσις.*

peratoris retineret. Et ὕφεσις contentionis remiſſio, vnde καθύφεσις: huiuſmodi enim eſt præuaricatoris affectus, vt ſe ſubmittere velit aduerſario. Idem Plut. de adulatoribus potentiorum loquens, qui in cenſendo libenter & cupidè faciunt, vt victi eſſe videantur. Διαμηχανώμενοι διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ὕφεσιν καὶ συγκάθεσιν, μὴ πρὸς χάριν ὁμιλοῦντες, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν ἡττώμενοι φαίνεσθαι. Xenoph. Οὐδενὶ ἂν ἀνθρώπων ὑφείμην ἂν οὔτε βέλτιον οὔτε ἥδιον βεβιωκέναι, Nulli hominum in hoc ceſſerim, vt, & reliqua.

*Ὑφειμένος.*

Ὑφειμένος deterior, bonitate inferior. Philopo. in Proclum lib. VI, Οὐ γὰρ ὑφειμένως καλὸν, κακόν ἐστιν. οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ ὁ κόσμος ὁ αἰσθητὸς, καλὸς ἂν εἴη, τοῦ νοητοῦ κατὰ πολὺ ὑφειμένος. Idem, Τοῦτο δὲ εἶπον διὰ τὸ ὑφεῖσθαι τὸ ἐν τοῖς μερικοῖς ζώοις καλὸν παρὰ τὸ τοῦ παντὸς κόσμου.

*Ὑφειμένως. Ὑποστέλλομαι.*

Et Ὑφειμένως ceſſim, remiſſè, parcè, ἐνδεδομένως, καθειμένως, ἠμελημένως, συγκεχωρημένως, ὑπεσταλμένως. Eſt autẽ Ὑποστέλλομαι τὸ ὑφίεμαι & præuaricor, & nõ contẽtis viribus ago. Demoſth. Ἀνάγκη μετὰ παρρησίας διαλεχθῆναι, μηδὲν ὑποστελλόμενον. Sic accipitur cap. XX. Act. Apoſt. Ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων, Vt nihil præuaricatus ſim in iis quæ conducibilia erant.

*Ἀκληρος.*

Ἀκληρος τῶν πατρῴων, exhæres patrimonii.

*Ἐνεχυράζω καὶ Ἐνεχυριάζω. Ἐξενεχυριάζω.*

Ἐνεχυράζειν, καὶ κατενεχυράζειν pignora capere. Et ἐνεχυριάζειν. AEſch. ὃν Δημοσθένης μισθὸν λαβὼν, ἐνεχυρίαζε. Et ἐξενεχυριάζω. Laër. in Menippo, Φησὶ δ᾽ Ἕρμιππος ἡμεροδανειστὴν αὐτὸν γεγονέναι, καὶ καλεῖσθαι. καὶ γὰρ ναυτικῷ τόκῳ δανείζειν καὶ ἐξενεχυριάζειν, ὥστε παμπλεῖστα χρήματα ἀθροίζειν. Ἐνεχυράσαι & ἐνεχυράσασθαι non modò ἐνέχυρα λαβεῖν ſignificat, hoc eſt pignora capere, quod Prætor iubere ſolet: ſed etiam ὑποθεῖναί τι, id eſt, pignori opponere. Conſtruitur cũ accuſatiuo hoc modo, vt Demoſt. κατὰ Ἀνδροτίωνος, εἶτ᾽ ἐπὶ τούτοις, ὡς ὁτιοῦν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, Σινώπην προσενεχύραζε καὶ Φανοστράτην ἀνθρώποις πόρνας, οὐ μέντοι γε ὀφειλούσας εἰσφορὰς, Deinde tanquam quiduis ei liceret facere, Sinopen & Phænoſtraten mulierculas quidem proſtantes pigneratur, ſed quæ nullam collationem deberent.

*Ἐνεχυράζομαι τὰ χρήματα.*

Et ἐνεχυράζομαι paſſiuè, Ariſtoph. νεφελ. Ὑπὸ γὰρ τόκων χρήστων τε δυσκολωτάτων ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ᾽ ἐνεχυράζομαι: à verbo actiuo, ἐνεχυράζω σε τὰ χρήματα.

*Ἐγχυράζω. Ἐγχυριάζω.*

Dicunt etiam ἐγχυράζω καὶ ἐγχυριάζω: quare ἐγκεχυρασμένον ἡ ὑποθήκη dicitur, eo modo formatum, quo ἐγκεκλεισμένον: & ἠνεχυρασμένον, παρὰ τὸ ἐνεχυράζω. Syneſ. ἠνεχυρίαστο dixit, pignori oppoſitum fuerat. apud Demoſth. tamen & AEſch. ſine augmento temporali legitur ἐνεχύραζεν.

*Ἐνεχυρασμός. Pigneratio. Ἀνδρολήψιον. Collationes.*

Ἐνεχυρασμὸς etiã eſt corporum pigneratio, quam Demoſthenes ἀνδρολήψιον vocat, de qua tractatus eſt in nouellis conſtitutionibus Iuſtiniani principis, quæ collationes à iuriſconſultis nunc vocãtur, collatione quinta, ſub his verbis, Vt nõ fiãt pignerationes perſonarum: & Græcè ſic, Περὶ τοῦ μήτε προσώπου, μήτε πράγματος, μήτε χωρίου γίνεσθαι ἐνεχυριασμόν. quo verbo vſus eſt Gregorius decimus in tractatu de iniuriis lib. VI Decretal.

*Ἀνδροληψία.*

ἀνδρολήψιον autem & ἀνδροληψία dicitur, dabatúrque non contra eos qui profugos ſuſcipiebant, ſed contra eos apud quos facinus perpetratum fuerat. Demoſth, κατὰ Ἀριστοκρ. citat verba legis huiuſmodi, Ἐάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή. Idem inferius, ἐὰν δὲ μηδέτεροι τούτων



ἐθέλωσι τὸ ἀνδρολήψιόν φησιν εἶναι μέχρι τριῶν. Philoſtr. γυναικὶ γράφων, & amatoriè ſcribens, τί τὸ καινὸν ἀνδρολήψιον; τίς ἡ τυραννίς; ἕλκεις με ἀπὸ τῶν ὀμμάτων, καὶ σύρεις οὐκ ἐθέλοντα. Nam & pro prehenſione corporis ponitur. Appia. in IIII ciuil. bellorum de proſcriptione centumuirali loquens, in qua ante proſcriptionem quidam rapiebantur ad pœnam, ita inquit, τῷ γὰρ ἐγνῶσθαι μὲν ἀνδρολήψια γίγνεσθαι, μὴ προγεγράφθαι δὲ μηδένα τῶν προκατεγνωσμένων, πᾶς τις ἡγεῖτο αὐτὸς ζητεῖσθαι πρὸς τῶν περιθεόντων. Idem, Εὐθὺς οὖν κατὰ τὴν πόλιν ἀνδρολήψια αἰφνίδια πολλὰ, καὶ τρόποι τῶν φόνων ποικίλοι.

*Ἑαυτῷ, ἀντὶ τοῦ αὐτῷ.*

Hîc obiter dicã quod in proximo Demoſth. loco animaduerti, ὡς ὁτιοῦν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, tanquã ſibiipſi quicquid libet, liceat, ἑαυτῷ pro αὐτῷ poſitum eſſe: id quod apud alios ſcriptores etiam reperitur.

*Ἐπ᾽ αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ ἐφ᾽ αὑτόν.*

Greg. Ὁρῶν οὖν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν ἐπ᾽ αὐτὸν, δρασμὸν βουλεύεται, Videns igitur in ſe motum populi. Hîc relatiuum Greg. pro reciproco poſuit, è diuerſo ac Demoſth. in ſuperiori loco fecit. Ariſt. in decimo Ethic. Συνῳδοὶ γὰρ ὄντες οἱ λόγοι τοῖς ἔργοις, πιστεύονται. διὸ προτρέπονται τοὺς ξυνιέντας ζῆν κατ᾽ αὐτούς, ſecundum ſe, pro καθ᾽ ἑαυτούς. Interdũ hoc ἀμφιβολίαν facit, vt pri. ad Corinth. XV, Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. vbi dubites, ſuis, an eius intelligere debeas. Idem Greg. Ἐπεὶ δὲ ᾔσθετο πολλῶν μὲν δι᾽ αὐτὸν ἐληλαμένων, καὶ ἀγομένων, οὐκ ἠνέσχετο τὸ καθ᾽ ἑαυτὸν ἀσφαλὲς τοὺς ἄλλους περιορᾶν κινδυνεύοντας. δι᾽ αὐτὸν propter ſe dixit.

*Περὶ τῶν συνθέτων ἀντωνυμιῶν, καὶ αὐτοπαθῶν.*

Compoſita enim pronomina pro ſimplicibus, & ſimplicia pro compoſitis accipiuntur. Idem Demoſth. περὶ παραπρ. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο καὶ πάντων ἄριστα ὁ τιθεὶς τὸν νόμον εἶδε, τὸ κρύβδην ψηφίζεσθαι. διὰ τί; ὅτι τούτων μὲν οὐδεὶς εἴσεται τὸν ἑαυτῷ κεχαρισμένον ὑμῶν· οἱ δὲ θεοὶ εἴσονται, Quia nemo reus ſciturus eſt, quis veſtrum ſibi gratiam cõtulerit. vbi etiam αὐτῷ dicere poterat, hoc eſt, quis veſtrũ ipſi ſuffragio ſuo indulſerit.

*Χαρίζεσθαι ἑαυτῷ.*

ἑαυτῷ enim χαρίζεσθαι cum dico, hoc intelligi volo, ipſum animo ſuo obſequi. Idem de Thebanis loquens alibi, Τοὺς μὲν ἑαυτοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας, μήτε τιμῶντες, μήτε θαυμάζοντες. quibus verbis ingratos eos ſignificat. Xenoph. in præfatione παιδείας, Καὶ τοίνυν τῶν ἐθνῶν τούτων ἦρξεν, οὔθ᾽ ἑαυτῷ ὁμογλώττων ὄντων, οὔτ᾽ ἀλλήλοις. Quo in loco ſi οὔτ᾽ αὐτῷ dixiſſet Xenoph. vt plerunque loquuntur, ad perſonam præcipuè reſpexiſſet hoc narrantis, non ad eius perſonam, de quo ipſe loquitur. Id quod imitatus eſt de induſtria Cicero loquens de C. Fannii ſoceri inſtituto his verbis, Quem, quia cooptatus in collegium augurum nõ erat, non admodum diligebat: præſertim quum ille Q. Scæuolam ſibi minorem natu generum prætuliſſet. Nam id ſibi, & ad ſocerum referri & ad Fannium poteſt.

*Cicero à Quintiliano immerito notatus.*

Id quod mirum eſt à Quintiliano ita eſſe notatum in ſepti. vt Ciceronem dicat in amphibologiam incidiſſe: nempe quaſi ſi iterum Cicero id admiſit, dignus ſit qui vapulet. At eiuſmodi eſt ille locus, vt ſimiles multi apud eum ipſum reperiantur, vt ad Lentulum, Virum enim excellentẽ, & tibi deuinctum nõnihil ſuſpicantem propter aliquorum opinionem ſuæ cupiditatis, te abs ſe alienatum, epiſtola retinuiſti. Suæ enim & ad Pompeium & ad aliquos referri poteſt. Hæc meo iudicio accuratè perpenſa, exoluere nos illa religione poſſunt, qua ſcriptorum animos Laurentius obſtrinxit,

*Laurentius.*

homo ſumma laude dignus, tum diligentiæ, tum voluntatis probæ, tum iudicii merito. Is locum Ciceronis in Salluſtium corruptum eſſe affirmare videtur libro ſexto Elegantiarum, quo loco ita legitur, Quòd ſi vita iſtius memoriam vicerit, illam Patres Conſcripti non ex oratione,

*Loci Ciceronis animaduertenda.*

ſed è moribus ſuis ſpectare debetis. eius enim ſcripſiſſe Ciceronem, non ſuis, ipſe cenſet. Id nos ſi admittamus, eadem opera emendandus nobis erit alter locus Philippicæ quartæ, vbi ita legitur, Quod autẽ erat præſidium ſalutis libertatiſque veſtræ, ſi C. Cæſaris fortiſſimorúmque ſui patris militum exercitus non fuiſſet? Emendandum & illud quod legitur in epiſtola ad Octauium, Sin autem ſupra ætatem, ſupra cõſuetudinem, ſupra etiam mortalitatem tuam tibi ſunt omnia tributa, cur aut ingratus crudeliter, aut immemor beneficii ſui ſcelerate circũſcribis ſenatũ? Et ad Atticum quodam loco, Denuncio tibi eum abſolutum iri, neque patronis ſuis tam libentibus, quàm accuſatoribus. Et epiſtola vltima libri quarti, Conſules flagrant inſania, quòd C. Memmius candidatus pactionem in Senatu recitauit, quam ipſe ſuus competitor Domitius cum Coſſ. feciſſet. Si tot loca mendoſa ſunt in eadẽ dictione vt ſuppoſititia, quid iam certæ erit fidei in libris Ciceronis, vnde ferè Latinæ linguæ authoritas ius ſumpſit? Iã verò Plinius num libro viceſimoſeptimo erit etiam emendandus, vbi de Conſerua loquitur? Curatum, inquit, ea ſcio omnibus ferè oſſibus cõfractis prolapſum ex alta arbore putatorem, circundata vniuerſo corpori, aquam ſuam aſpergentibus quoties inareſceret. Quod ne nouè dictum videatur, Cicero ipſe in oratione pro Cælio efficit, Videor, inquit, ieciſſe fundamenta defenſionis meæ, quæ firmiſſima ſunt, ſi nitantur iudicio ſuorum. neque enim vobis ſatis commendata huius ætas eſſe poſſet, ſi non modo parenti tali viro, verum etiam municipio tam illuſtri ac tam graui diſpliceret. In ſecundo Tuſcul. Epicurum autem & Metrodorum non ferè præter ſuos quiſquam in manus ſumit. Et pro Rabi. vbi de Cæſare loquitur, Nec illius animi aciẽ præſtringit ſplendor ſui nominis, nec mentis, quaſi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. Et in Finibus de Epaminonda, Quæſiuit ſaluúſne eſſet clypeus: cum ſaluum eſſe flentes ſui reſpondiſſent, rogauit, & reliqua. Et in Catone, Hic Tito fratre ſuo cenſore, qui proximus ante me fuerat, elapſus eſt. Mihi verò & Flacco probari non potuit tam flagitioſa libido. ſuo pro eius dixit. Non igitur hæc mendoſa ſunt, ſed Græcorũ

*Suus.*

imitatione dicta. Suus enim non modo τὸν ἴδιον ἑαυτοῦ, ſed etiam τὸν ἴδιον ſignificat, ſicut ſui & ſibi & ſe non tantùm ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν, ſignificat,

*οὗ, οἷ, ἕ.*

ſed etiam interdum, οὗ, οἷ, ἕ: quæ etiam apud Græcos vtroque modo accipiuntur, id eſt, αὐτοπαθῶς καὶ μή. Greg. Τοιαῦτα γάρ οἱ συνεγνωκέναι κακά, Sibiipſi conſcium eſſe. Andocid. Ἔφη γὰρ εἶναι ἀνδράποδόν οἱ ἐν Λαυρείῳ, Ait enim ſibi eſſe mancipium. Alibi aliter. Greg. Ἐπειδὴ οἱ φανῆναι πλῆθος πολύ, Poſtquam autem ingens viſa eſt ei multitudo. & ſic ſæpe. Pauſ. Καί οἱ παῖδα γενέσθαι φαέθοντα, ipſíque natum filium eſſe. Idem, ἐφαίνετο δέ οἱ, videbatur autem ei. ſic σφᾶς pro eos identidem ipſe dixit, & σφίσιν ipſis.



contrà, σφῶν ἕνεκα ſe propter, Syneſ. & Xenoph. & Thucyd. σφᾶς pro ſeipſos. Iſocr. σφᾶς αὐτοὺς dixit, id eſt, ſeipſos. Lucanus in quinto circa finem, quæ nox ſibi proxima venit Inſomnis, viduo tum primum frigida

*Sibi, pro ei.*

lecto, ſibi pro ei dixit. Hoc etiam Cicero aliquãdo imitari voluit, vt pro P. Sextio, Res erat & cauſa noſtra eo loci, vt erigere oculos & viuere videretur: quiſquis erat qui aliquam partem ſceleris Clodiani attigiſſet, quocunque venerat, quod iudicium ſibi cunque erat, damnabatur. ſibi pro ipſi apertiſſimè dixit. Alibi contrà in eadem, Quis vnquam Senatum ipſius decretis parere prohibuit? Qui ſi locus vnicus eſſet, dicerem ſuiſipſius legendum eſſe. Sed vt dici poteſt τοῖς ἰδίοις ἑαυτοῦ, & τοῖς αὐτοῦ, & ἑαυτοῦ δόγμασιν ὑπακοῦσαι: ſic poteſt τοῖς αὐτοῦ δόγμασι ſine aſpiratione dici, vt τοῖς σφῶν pro ſuis pluraliter. Idem in Catone circa principium, Quibus enim nihil opis eſt in ipſis ad benè viuendũ, eis omnis ætas grauis eſt. in ipſis pro in ſe dixit. Greg. Καὶ γάρ πως ταῖς καινοτομίαις χαίρουσιν ἄνθρωποι, καὶ τὰ σφῶν ἡδέως κερδαίνουσιν ἁμαρτήματα. Idem, Δεινὸν ποιησάμενοι τὸ σφῶν κράτος περιιδεῖν. Plato, Ἐὰν μὴ σφεῖς κρατήσωσιν αὐτῶν, id eſt, σφῶν αὐτῶν. Quid quòd Attici ὑμᾶς ἑαυτοὺς & ἡμᾶς ἑαυτοὺς dicũt pro αὐτοὺς? Ariſtot. in problemat. ſegmento x x x, Ὅτι ὁ θεὸς ὄργανα ἐν ἡμῖν ἑαυτοῖς δέδωκε δύο, ἐν οἷς χρησόμεθα τοῖς ἐκτὸς ὀργάνοις. Ξενοφ. in ſept. ἑλληνικῶν, Ὥστε περὶ αὐτάς τε τὰς ἀρχὰς καὶ περὶ ἑαυτοὺς ὑμᾶς, τοὺς κυρίους οὕς τινας δεῖ ἀποθνήσκειν, καὶ οὕς τινας μή, ἀγνωμονήσαντες ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα. Cicero Philipp. ſecunda, Non enim à te emit, ſed priuſquam tu ſuum ſibi vẽderes, ipſe poſſedit. ſibi pro οἱ, id eſt ipſi dixit. Et pro lege Manilia, Ex eodem Ponto illa Medea quondam profugiſſe dicitur, quam prædicant in fuga fratris ſui membra in iis locis, qua ſe parens proſequeretur, diſſipauiſſe. ſe pro ἓ vel αὐτὴν dixit, id eſt eam. Cõ-

*Ab illo, pro à ſe.*

trà ab illo pro à ſe dixit in oratione pro Deiotaro, Quid enim retineat per te meminit, non quid amiſerit: neque enim ſe à te mulctatum eſſe arbitratur, ſed cum exiſtimaret multis tibi multa eſſe tribuẽda, quæ minus aſſequi in altera parte potuiſſes, ea ſumeres ab illo, non recuſauit. ab illo (ni fallor) pro à ſe, Cicero dixit, περὶ αὑτοῦ. Xenoph. in primo παιδείας, Ἐδυνήθη δ᾽ ἐπιθυμίαν ἐμβαλεῖν τοσαύτην τοῦ πάντας ἑαυτῷ χαρίζεσθαι, ὥστε ἀεὶ τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ ἀξιοῦν κυβερνᾶσθαι, Id eſt eius, quod & ſua dici Latinè poteſt. Plato lib. decimo de Republica, Ἑαυτοῦ δὲ προσελθόντος εἰπεῖν, ὅτι δέοι αὐτὸν ἄγγελον ἀνθρώποις γενέσθαι τῶν ἐκεῖ, καὶ διακελεύοιντό οἱ ἀκούειν τε καὶ θεᾶσθαι πάντα τὰ ἐν τῷ τόπῳ. ac ſi diceret, ſeipſo autem accedente, illos dixiſſe. οἱ autem pro ſibi dixit, καὶ διακελεύοιντό οἱ. Idem ibidem, Ἐπειδὴ δὲ οὗ ἐκβῆναι τὴν ψυχήν, πορεύεσθαι μετὰ πολλῶν, καὶ ἀφικνεῖσθαι σφᾶς ἐπὶ τόπον τινὰ δαιμόνιον, Cum autem anima eius, vel ſua exiſſet, cum multis iiſſe, eóſque vel ſéque in locum quendam admirandum perueniſſe. Idem in Minoe, Νεμεσᾷ γὰρ ὁ θεὸς ὅταν τις ψέγῃ τὸν ἑαυτῷ ὅμοιον, ἢ ἐπαινῇ τὸν ἑαυτῷ ἐναντίως ἔχοντα, Offenditur enim deus quũ quis ſibimetipſi ſimilem vituperat, id eſt, deo ſimilem, θεοειδῆ: aut ſibimetipſi abſimilem commendat, hoc eſt, quum vir bonus malè audit, aut malus bené. Hîc num dicerent Quintilianus & Laurentius Platonem in Amphibologiã incidiſſe? an loquendi genus potius conſulto elegiſſe? Age vtrum Cicero

imprudens dixit in prætur. Vrba. Verres hac de re oſtendit ſeipſum cogniturum. Et in præfatione de Oratore, Et hoc tempus omne poſt Cõſulatum obiecimus iis fluctibus, qui per nos à communi peſte depulſi, in noſmetipſos redundarent. Et de Prouinciis Cõſularibus, Ardeo, mihi credite Patres Conſcripti, (id quod voſmet de me exiſtimatis,) incredibili quodam amore patriæ. Cato, Iuranto ſeſe oleam non ſurripuiſſe.

*Tute, pro tu.*

In iis exemplis reciprocationis vox eſt, non ſignificatio, vt Tute pro tu apud eundem Ciceronẽ ſæpiſſimè: etſi neſcio quid eſt reciproci, ad quod ſignificandum vox plenæ reciprocationis & αὐτοπαθείας vſurpatur vtraq; lingua: vt apud Cic. in Ver. Rogant eum vt quod ab ipſis abeſſet pecuniæ, curet: ab ſeſe caueat quẽadmodum velit: de illa hæreditate cum Epicrate neminẽ eſſe acturũ. ab ſeſe pro ab ſe dixit: vt ſibimetipſi pro ipſi aliquando ponitur.

*Sui hæredes. Suum ſeruare.*

Quòd autem ſuus hæres, & ſuũ ſeruare, id eſt, proprium, non ſit peculiaris iuriſconſultorum locutio, ſed etiam oratorum fuerit, ex Cicerone patet pro Roſcio Amerino, Sua quenque fraus & ſuus terror maximè vexat, ſuum quenque ſcelus agitat, ſuæ malæ cogitationes conſcientiǽque animi terrent. Et de Aruſp. Reſponſis, Sua concio riſit hominem. Et de Officiis, Expendere oportet quid quiſque hàbeat ſui. id enim maximè decet, quod eſt ſuum cuiuſq; maximé. Et ad Atticum libro decimoquarto, Plura nobiſcũ hic perhonorificè & amicè Octauius, quem ſui Cæſarem ſalutabant, Philippus non. Hæc cũ Laurentius, aut certè eorum ſimilia probet, tamen illud improbat, Suus Ciceronis filius hæres eſt patris inſtitutus. quod dici ratio vetat, vt ipſe affirmat. Quod ſi eſt verũ, Plautus in Mercatore mendoſè illam ſententiam formauit, Iubet ſaluere ſuus vir vxorem ſuam, vrbani fiunt ruſtici. Cic. pro Quintio, Inueniri ratio C. Aquili non poteſt, vt ad ſuum quiſque quamprimùm ſine cuiuſquam dedecore infamiáque perueniat? Hoc eſt, vt proprium ius ſeruet & retineat. Plin. Mulſo conſtant ſuæ dotes, id eſt peculiares.

*Suus, id eſt ſui iuris. Laurentius.*

Suus etiam apud Ciceronem eſt αὐτεξούσιος, vt in quarto Finium, Sempérque erit in diſputando ſuus, id eſt, ſui iuris, & αὐτογνώμων, cum ſuus hæres tamen dicatur ὁ ὑπεξούσιος. Laurentius igitur cũ hæc ſubtiliſſimè καὶ λεπτολογώτατα diſputarit, tamẽ mihi videtur ὅσον μῦς ἐν πίσσῃ, quod aiunt, tãtum in ea diſputatione conflictari. Quinetiam ſeuerus nimium legiſlator Liciniano errore in ſuam ipſe legem incidit: quippe qui libro tertio, capite triceſimotertio ita loquatur, in eo quidẽ exemplari quod legi anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo impreſſum. Huic, inquit, dictioni plenus, Cicero ſemper genitiuũ dedit. De cæteris authoribus non poſſum in vniuerſum pronùnciare, cum multi etiam ſuæ ætatis dederint ablatiuum. ſuæ ætatis dixit, pro eius ſeculi. Et in primo capite libri quarti, Itaque ſic mihi meam ab aliis gloriam præripi moleſtè fero, vt ſuam à me præripi nefas puto. Et capite ſexto, Culpa verò medici perit, qui moriturus non erat, niſi præſto ſibi medicus fuiſſet. adnotaueram & alibi, ſed quædam emẽdata fuerunt, id quod animaduerti quum recentiorem librum, non meum ſed alienum



reuoluerem. Id autem Laurentio non aliâs accidit, quàm ex praua loquentium conſuetudine, quibus aut legendis aut audiendis inuiti erroris contagionem contrahimus, ſimul ex ſermone extemporali & neglecto, cui inter familiares aſſueſcimus, præſertim puræ Latinitatis ignaros: qua noxa fit interdum, vt quædam imprudentibus excidant: id quod aliquando experti ſumus in autographis noſtris, ita vt flagitioſæ culpæ nos perpuderet. Huiuſmodi eſt illud Plinianum de Luna loquentis, Defectus autem ſuos & Solis eorum magnitudinum vmbrǽque indices exiſtere.

*Laurentius.*

Idem author Laurentius, cui linguæ Latinæ inſtauratio magna ex parte debetur, in principio libri ſecundi multa de pronominibus primitiuis doctiſſimè diſſeruit: quo in loco ita inquit, Nemo noſtrum, nemo veſtrum rectè dicitur: non autem nemo noſtri, nemo veſtri.

*De genitiuis noſtrum & neſtrum.*

Rurſus, habete curã noſtri, nõ autẽ habete curam noſtrũ, & reliqua quæ ipſe proſequitur. Quibus ego monitis & præceptis olim intentus, & obtemperare cupiens, tamen quædã animaduerti quæ me vehementiori ſuperſtitione aliquantulum leuauerunt. Legi enim apud Ciceronem in oratione de Aruſpicum Reſponſis, Cepi equidem fructum maximum & ex conſurrectione omnium veſtrum, & ex conuentu omnium publicanorum: vbi Laurentius omnino ex veſtra omnium conſurrectione dicendum contenderet, niſi vehementer falſus ſum. Et de Prouinciis Conſularibus, Ac primùm illud tẽpus familiaritatis ac conſuetudinis quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni cõſobrino noſtro ab omniũ noſtrum adoleſcentia fuit, prætermitto, Id eſt, à noſtra omnium adoleſcentia: vtroque enim modo dici poteſt Ciceronis authoritate. Et de Lege Agraria, Vectigalia locare nuſquam licet, niſi in hac vrbe, hoc loco, hac veſtrum frequentia. vbi etiam veſtra dici potuit. Et de Reditu ſuo ad populum, In concione veſtrum. Et Philippica decima, An verò hoc pro nihilo putas, in quo quidem pro amicitia tua iure dolere ſoleo, efferri hæc foras, & ad Reip. aures peruenire.

*Pro amicitia tua.*

Pro amicitia tua, ipſe Cicero pro eo dixit quod eſt, pro amore quo te proſequor, hoc eſt, qua tu à me diligeris. In quo Cicero Platonem imitatus eſt, qui in Gorgia ita loquitur, Καί μοι μηδὲν ἀπεχθεσθῇς· εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ, Sed vide ne mihi ſuccenſeas: quod enim dicturus ſum, tua dicam beneuolentia, hoc eſt, pro ea amicitia qua in te afficior. Quod ſimile eſt illi Homerico in Necyia, Ἀλλά με σός τε πόθος, σά τε μήδεα, φαίδιμ' ὀδυσσεῦ, σή τ' ἀγανοφροσύνη μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα. Significat enim Anticlia ſe filii deſiderio, quem periſſe putabat, vitam finiuiſſe. Nec filii deſiderium patriæ repetendæ, ſed ſuum intelligimus eã dixiſſe. Plinius lib. 2, Quippe manifeſtum eſt Solem interuentu Lunæ occultari, Lunámque terræ obiectu, ac vices reddi, eoſdem Solis radios Luna interpoſitu ſuo auferẽte terræ, terráque Lunæ. Suo pro ſui dixit, ſícque in antiquis legitur.

*In ſuam tutelam uenire.*

Inde illa antiqua locutio, In ſuam tutelam venire, hoc eſt, ſuarum rerum, ſuíque regimen. Quare ſiquis omnia quæ apud antiquos leguntur, exigat ad ea quæ Laurentius nobis præſcripſit, ſæpe erit quaſi in ſalebris hærendum. Ipſe Cicero ad Atticum

quodam loco, Papyrius (inquit) Petus vir bonus amatórque noſtri. Et ad eundem libro x i, Furius eſt illic mihi inimiciſſimus, qui miſit filium non ſolum ſui deprecatorẽ, ſed etiam accuſatorem mei. vbi etiam meũ dicere potuit. Qui hæc & ſimilia animaduerterit, deſinet admirari cum Laurentio illud Terentianum, Noſtri nos pœnitet. Deſinet etiam fortaſſe illud Tullianum emendanti aſſentire, ad Curionem ſic ſcribentis, Eam autem vnius tui ſtudio me aſſequi poſſe confido. cum idem in Vatinium ita ſcripſerit, Quid ergo præſtantius mihi potuit accidere, quàm omnes hoc ciues meos iudicare, ciuitatis ſalutem cum vnius mei ſalute coniunctam? Si enim mea ſcripſiſſet, legeretur mea vnius, non vnius mea. Qui loquendi modus etiam à Græcis tractus eſt, vt illud Ariſtoph. in Pluto,

Τὸν ἐμὸν μὲν αὐτοῦ τοῦ ταλαιπώρου σχεδὸν
Ἤδη νομίζων ἐκτετοξεῦσθαι βίον.

Lucian. Ὅλως δὲ τὰ μὲν οὗτοι ἀπαθῶσι τοῦ κακοδαίμονος. Greg. Ἐμὸς ὁ κίνδυνος, ἐμὸν τὸ γέρας τοῦ τῆς σῆς ψυχῆς οἰκονόμου, καὶ τελειοῦντός σε διὰ τοῦ βαπτίσματος.

Idem Ariſtoph. Ἀχαρν.

Καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν ψευδαρτάβαν
Τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν. Δι. ἐκκόψειέ γε
Κόραξ πατάξας τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως.

Id eſt, Vtinam elidat tuum legati oculum. Homerus Iliad. ſecundo,

Βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων,
Νεστορέῃ παρὰ νηὶ Πυλοιγενέος βασιλῆος.

Quod ipſum poëticum eſt, ſed tamen ad imitationem pronominum dictum. Illud verò oratorium in tertio, Δαὴρ γὰρ ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, εἴποτ' ἔην γε. Verum vt addam hîc quod inſuper dicendum de pronominibus habebam: quandoquidem ea quæ adhuc diximus, eius me admonere videntur: Theodorus Gaza vir linguæ ſuæ peritiſſimus (vt de lingua Latina nũc taceam) in quarto Grammaticæ ita inquit, Ἔστι γεμὴν πληθυντικῶν ἡ κοινὴ κατὰ πάντων προσώπων εἰπεῖν, ἑαυτοὺς ὠφελοῦμεν, ὠφελεῖτε, ὠφελοῦσι· οὐκ ἔτι δὲ καὶ ἑαυτὸν ὠφελῶ, ἢ ὠφελεῖς. διελέγχεται γάρ τοι ἀκαταλλήλως ἔχον ὑπὸ τοῦ ἐμαυτὸν καὶ σαυτόν. Hoc dixit ille vir diligentiſſimus, eadem religione loquendi ductus apud ſuos, qua Vallenſis apud Latinos. In cuius tamen ſanctiones tam nobis inquirere licuit, quàm in illius ſuperioris. Itaque hîc auctoritates magnorũ auctorũ Theodori auctoritati opponendas eſſe duximus, vt lectores iis vtantur, ſi ipſis videatur. Xenoph. in II ἀπομνη. vbi Herculem Prodici commemorat, Οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους, verba ſunt virtutis ad voluptatem. Et rurſus, Τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ, id eſt σαυτῆς, vt paulò póſt. Et in ſexto παιδείας, Σὺ δ' ὃς ἐπὶ πᾶσιν ἄρχεις, παράγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ ἐφορᾶν ἑκάστῳ τοὺς καθ' ἑαυτόν, Id eſt, impera tuis. Cui ſimile eſt Ioannis duodeuiceſimo, Σὺ ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλος σοὶ εἶπε περὶ ἐμοῦ; Idem in primo Pædiæ αὑτοῦ dixit, μηχανᾶσθαι τοίνυν, ἔφη, ὁπόση ἐστὶ δύναμις, τεταγμένος τοῖς αὑτοῦ, ἀτάκτους λαμβάνειν τοὺς πολεμίους. αὑτοῦ ἀντὶ σαυτοῦ dixit. Dinarchus, Διὰ τί οὖν ἐν τῷ δήμῳ συνεχώρεις, ὦ Δημόσθενες, ἐὰν ἀποφήνῃ σοῦ ἡ βουλὴ θάνατον ἑαυτῷ τὴν ζημίαν, id eſt

Theodorus Gaza.

Ἑαυτόν.

Αὑτοῦ.



id eſt σαυτῷ. Lucianus in Apologia περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, Ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτόν, ὡς τὸ εἰκός, λέλεκταί σοι. ἑαυτὸν dixit ἀντὶ σαυτόν. Gregorius, Ἐὰν μικρόν τι τοῦ λόγου παρεκτραπῇς, πρὸς ἑαυτὸν ἐπανάγου, ad teipſum reuertere. Idem Baſilio, Ἀλλὰ σὺ μὲν καρτεροῦ καὶ ἀνδρίζου, καὶ πάντα ἕλκε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν. Iſocrates in Buſiride, Ἵνα δὲ μὴ δοκῶ τὸ προχειρότατον ποιεῖν, ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν εἰρημένων, μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἑαυτοῦ, πειράσομαί σοι διὰ βραχέων δηλῶσαι. In recẽtioribus tamen exemplaribus ἐμαυτοῦ emendatum eſt, aut corruptum fortaſſe, vt multa apud Demoſthenem, temeritate libros corrigentium. Dionyſius de cæleſti hierarchia, Τῆς σῆς δ' ἂν εἴη ἐπιστήμης, ἢ θατέραν τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ἀπολυθῆναι τῆς ἀπορίας, ἢ παρ' ἑαυτοῦ τι τοῦ ὄντως ἀληθοῦς συγγενέστερον ἐξευρεῖν. ἀντὶ παρὰ σαυτοῦ. Cæterum hoc ferè perpetuum eſt, vt pronominibus reciprocis primæ & ſecundæ perſonæ vtantur, vbi reciprocatio eſſe poteſt. Demoſthenes ὑπὲρ στεφάνου, Καίτοι τίνα βούλει σε, Αἰσχίνη, καὶ τίνα ἐμαυτὸν ἐκείνην τὴν ἡμέραν εἶναι θῶ. Idem, Καὶ ἔδωκ' ἐμαυτὸν ὑμῖν ἁπλῶς εἰς τοὺς περιεστηκότας τῇ πόλει κινδύνους. Plato Dionyſio, Νῦν δὲ μέγας ἐγώ εἰμι ἐμαυτὸν παρέχων τῷ ἐμῷ λόγῳ ἑπόμενον. Syneſius, Κατὰ δὲ δελφικὸν γράμμα ἐμαυτὸν ἐγνωκώς, ἀπογινώσκω τὴν εἰς ἥρωας οἰκειότητα. Gregorius, Ἵνα σὺ μάθῃς ῥᾳδίως σεαυτοῦ μὴ ἀπογινώσκειν. Lyſander, Ἐγὼ μὲν πολλὰ τῶν ἐμαυτοῦ εἰς τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν δεδαπάνηκα. Iſocrates, Πολλὰ τῶν ἐμαυτοῦ δεδαπανημένος εἰς τὴν πόλιν. Sic Demoſthenes ὑπὲρ στεφάνου, Εἰ δὲ οἷος ἦν ἐγὼ κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ τάξιν, εἷς ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων ἀνὴρ ἐγένετο, οὐδεὶς τῶν Ἑλλήνων τοῖς παροῦσι κακοῖς ἐκέχρηντ' ἄν. Andocides, Τίνα γὰρ ἀναβιβάσομαι δεησόμενον ὑπὲρ ἐμαυτοῦ. vbi etiam ἐμοῦ dici potuit. Cicero in præfatione dialogorum de Orat. Et hoc tempus omne poſt Conſulatum obiecimus iis fluctibus, qui per nos à communi peſte depulſi, in noſmetipſos redundarunt.

Σύνθετοι ἀντωνυμίαι.

Σφέτερον propriè dicitur quod complures poſſident, ſicque plærunque vſurpatur: ἑὸν verò quod vnus. Ariſtot. in quinto Polit. Πλεονεκτεῖν γὰρ ἀξιοῦντες ὡς σφετέρας, τῆς χώρας ἐξέπεσον. Thucyd. ἃ ἐγένετο πρός τε τὸν βάρβαρον αὐτοῖς, καὶ πρὸς τοὺς σφετέρους συμμάχους. Dicitur etiam de vno, vt apud eũdem Ariſtotel. in quarto Politic. Τοιαύτην δ' ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τυραννίδα μοναρχίαν, ἥτις ἀνυπεύθυνος ἄρχει τῶν ὁμοίων καὶ βελτιόνων πάντων πρὸς τὸ σφέτερον αὐτῆς συμφέρον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ τῶν ἀρχομένων. Polyb. in v. hiſt. Πτολεμαῖος μὲν ἐπὶ τὸ πάσης τῆς συντάξεως εὐώνυμον τῆς σφετέρας, Ἀντίοχος δὲ μετὰ τῆς βασιλικῆς ἴλης, σημήναντες τὸ πολεμικόν.

Σφέτερον. ἑόν.

Πρόστιμον, προστίμημα mulcta & pœna, hoc eſt, ἐπιτίμιον, ζημία, ζημίωμα. Et Προστιμῶ mulcto, cum datiuo & accuſatiuo. Demoſth. Τί γὰρ δήποτε ἄν τις ὀφλὼν δίκην, μὴ ἐκτίσῃ, οὐκ ἐποίησεν ὁ νόμος τὴν ἐξούλης ἰδίαν, ἀλλὰ προστιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ, ob vim illatam mulctare eum iuſſit, pecunia Reipublicæ depẽdenda. Idem, ἂν δὲ βίᾳ τοῦτο ἀφέληται, τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν οἱ νόμοι κελεύουσιν ὅσον περ τῷ ἰδιώτῃ, Id eſt, tanti publicè mulctare, quanti priuato damnatus eſt. Et κατὰ Τιμοκράτ. Καὶ εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προστετίμηται κατὰ νόμον ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμοῦ, ἢ τὸ λοιπὸν προστιμηθῇ, εἶναι αὐτῷ, ἢ ἄλλῳ τινὶ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ὀφλήματος. Verba ſunt legis, quæ ideò aſcribenda cenſui, vt huius verbi vſus & conſtructio facilius percipere-

Πρόστιμον. Προστιμᾶν.

tur. Quòd ſi quis(inquit Legiſlator) eorum qui reliqua, aut æs alienum quouis modo cõtraxerunt, aut pecuniæ damnati ſunt, aut legis ſanctione, aut plebiſcito nexu mulctatus eſt, aut poſthac ea de cauſa nexum inibit, licere ipſi, aut cuiuis eius nomine prædes dare atque expromiſſores

Επάγειν τίμημα.

Reipub. eius ſummæ quam debet. Et Ἐπάγειν τίμημα, eſt agere ad pœnã. Demoſth. Καὶ τίμημα ἐπάγειν ὅ,τι χρὴ ἀποτῖσαι, hoc eſt, Et actionẽ pœnarum

Επάγειν δίκην, ἢ γραφήν.

intendere ad id quod pendere eum oportet. Δίκην ἐπάγειν, eſt litem vel crimen, vel dicam impingere. Terentius in Phor. Si tu illam attigeris ſecus quàm dignum eſt liberam, dicam tibi impingam grandem, δίκην ἐπάξω μεγάλην. Demoſthenes, Ἀμφικτυονικὰς δίκας ἐπάγοντές μοι. Significat etiam diem dicere, hoc eſt, deferre, poſtulare criminis. Idem περὶ στεφάνου, Μετὰ ταῦτα συστάντων οἷς ἦν ἐπιμελὲς κακῶς ἐμὲ ποιεῖν, καὶ γραφὰς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας ἐπαγόντων μοι. Alibi ἐπάγειν αἰτίαν ψευδῆ, falſum crimen intendere: quod alibi dicendum eſt.

Ἀμφισβητῶ.
Ἀμφισβητήσιμος.
Ἀμφισβήτημα.

Ἀμφισβητῶ σοι τούτου, καὶ δικάζομαι, contendo, ambigo, vt Cicero loquitur, hoc eſt, ἐγκαλῶ, certo, litigo. Et Ἀμφισβητήσιμος, contentioſus, controuerſioſus. Et Ἀμφισβήτημα, controuerſia, hoc eſt, res de qua diſceptatur iudicio. Plato in Philebo, pro quæſtione inter diſputantes agitata: vnde

Ἀναμφισβήτητον.

Ἀναμφισβήτητον, non controuerſum, & quod conſtat & conuenit. Ἀμφισβητητικὸς dicitur ὁ ἐριστικὸς, ὁ ἀντιλογικὸς, ὁ περὶ λόγους ἀγωνιστικὸς, acer & argutus in diſceptationibus. Ἀμφισβητῶ περὶ τούτου & πρὸς τοῦτο, non admitto, non concẽdo. Plato in Philebo, Ὁρᾷ οὖν, ὦ Πρώταρχε, πρὸς τίνα λόγον τὸν παρ' ἡμῖν μέλλεις ἀμφισβητεῖν. Et dicitur etiam Δικάζομαί σοι. Odyſſ. λ. Τὴν μὲν ἐγὼ

Δικάζομαι.

νίκησα δικαζόμενος παρὰ νηυσὶ Τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλῆος. AEſch. in epiſt. Οὔτε τινὶ τῶν πολιτῶν δίκην δικασάμενος εὑρεθήσομαι, λαβὼν ἀργύριον. Προσκαλεῖσθαι verò & εὐθύνειν, & κρίνειν, & εἰσαγγέλλειν & γράφεσθαι, & ἐνδεικνύναι de iis dicitur qui criminoſè agũt, hoc eſt, deferre, poſtulare, arceſſere, inſimulare. Demoſthenes κατὰ Μειδίου, Εἰ μὴ προβεβλημένον αὐτὸν, ἀλλ' ἐδικαζόμην, Si eum non criminali iudicio aggreſſus eſſem, ſed ciuili. Non tamẽ hæc omnia promiſcuè ita accipiuntur, quin aliqua ſit inter hæc verba differentia, ſi pro-

Ενδείκνυσθαι.

prietatem ſpectare quis velit. de quibus etiam alibi dicemus. Ἐνδείκνυσθαι dicuntur, qui ob id cauſam dicunt, quòd circa publica ſecus aliquid ad-

Ἔνδειξις.
Ἐνδείκτης.
Εἰσαγγελία.
Γραφή.
Εἰσαγγέλλειν.

miſerunt. Et Ἔνδειξις huiuſmodi delatio, & ἐνδεῖκται delatores. Quod verbum lingua noſtra vernacula retinuit. Εἰσαγγελίαν eſſe aiunt de rebus perperam factis. Γραφὴν de leg bus perperam latis. Demoſthenes περὶ στεφάνου, Οὐκοῦν ἐν μὲν οἷς εἰσηγγελλόμην ὅτε ἀπεψηφίζεσθέ μου, τότε ἐψηφίζεσθε τὰ ἄριστά με πράττειν. Plutarch. Περὶ ὧν εἰσηγγέλθη καὶ διεβλήθη πρὸς τὴν σύγκλητον. Iſæus, Οὔτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν ἄρχοντα εἰσαγγελίαις ἔνεστιν, οὐδ' ἐὰν μηδεμίαν τῶν ψήφων οἱ εἰσαγγείλαντες μεταλάβωσιν, Id eſt delatores. Demoſthenes, Πύρρον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐνδειχθέντα δικάζειν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ, θανάτῳ ἐζημιώσατε. Idem, Τούτου δ' αἴτιον, οὐδ' ἐμὲ ὑπό τινων πεπεισμένον ἐνδεῖξαι τουτονὶ, detuliſſe. Syneſ. Σπαράττεται γὰρ ὑπὸ τῶν ἐνδεικτῶν κακῶς ἐπιφυόντων τῇ Κυρήνῃ. Id eſt, à quadruplatoribus & ſycophantis, quos ipſe θηρία vocat.

Κρίνω.

Κρίνω etiam accuſo dicitur, & diẽ dico. Antiph. Καὶ κρίνω προδόντα αὐτὸν



καὶ τοὺς νεὼς, καὶ τὰ ἕδη, καὶ τὰ τεμένη, καὶ τὰς ἐν τοῖς νόμοις θυσίας, reum ago, defero. Plutarch. in Cæſ. Δολοβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας, accuſauit repetundarũ. Appianus de Cæſare qui vxorem dimiſerat ob ſuſpicionẽ adulterii, Καὶ τὸν μὲν Κλώδιον τὸν καλὸν ἐπίκλην, ἐπὶ Ἰουλίᾳ τῇ γυναικὶ, ὁ μὲν καῖσαρ οὐκ ἔκρινεν ὑπερφαρέσχοντα τῷ δήμῳ, καίπερ ἀποπεμψάμενος τὴν γυναῖκα. Athen. Κρινο- Κρίνεσθαι.

μένη δὲ ὑπὸ Εὐθίου τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἀπέφυγε, Rei capitalis accuſata, abſoluta eſt. Demoſthenes περὶ στεφάνου, Εἰ ἐκρινόμην μὲν ἐγὼ, κατηγόρει δ' Αἰσχίνης, Φίλιππος δ' ἦν ὁ κρίνων, Si ego cauſam dicerem accuſatore AEſchine, & Philip

po iudice. Eſt etiã κρίνειν idem quod ἐξετάζειν & δοκιμάζειν καὶ βασανίζειν, quod Κρίνειν.

etiam Ἀνακρίνειν dicitur: de quo verbo in annotationibus in pandectas di Ανακρίνειν.

ximus. Ἀνακρίνειν, percunctari ſignificat: ſed ἀνάκρισις etiam iudicum eſt Ανάκρισις.

pro poteſtate reos vel teſtes interrogantium. Demoſth. κατ' Ὀλυμπιοδώρου, de multis hæredibus contendentibus, & inter ſe percunctantibus, quod fieri ſolebat, Καὶ ἐπειδὴ ἀνεκρίθησαν πρὸς τῷ ἄρχοντι ἅπασαι αἱ ἀμφισβητήσεις, καὶ ἔδει ἀγωνίζεσθαι ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἀπαρασκεύαστοι ἦμεν παρεσκευασμένοι πρὸς τὸ ἤδη ἀγωνίζεσθαι ἐγὼ καὶ Ὀλυμπιόδωρος οὑτοσί. Eſt etiam ἀνάκρισις, ἐξέτασις ἐφ' ἑκάστης ἀρχῆς διδομένη περὶ τῶν δικῶν περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα. Eſt etiam vt diuinatio, quæ iudicia publica præcedit, vt Ciceronis diuinatio, & de iudi-

cio conſtituendo proluſio. Dicitur etiam ἐπανακρίνω τὸ ἀνακρίνω. Dio- Επανακρίνω.

nyſ. ad Demophilum, Καὶ εἰ τὸν ἄρχοντα δικαιοῦντά τινας ἢ καταδικάζοντα παρεστώς τις ὑπ' αὐτῷ τεταγμένων ἐπανακρίνειν ἐτόλμησεν, ἅμα καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβάλλειν ἔδοξε, id eſt, percunctari auſus eſſet, & cauſam ſententiæ ſuæ rogare. Demoſthenes, Τότε γὰρ ὅτε Τίμαρχον ἔκρινες, ἐξῆν σοι κατηγορεῖν, καὶ λέγειν ὅ, τι ἐβούλου, id eſt, Tum quum Timarchum in diſcrimen famæ atque opinionis vocabas, quum de eo quæſtiõnem habendam exercendámque curabas. Ἀνακρίνειν etiam eſt ἐλέγχειν, vt inquit Chryſoſt. primæ ad Corinth. 11, enarrans illud, Ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει τὰ πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. & capite quarto, Ὁ δὲ ἀνακρίνων με κύριός ἐστιν, id eſt ἐξετάζων, qui me explorat & perpendit & æſtimat. Ad eoſdẽ Corinth. cap. x. Μηδὲν ἀνακρίνοντες, διὰ τὴν συνείδησιν. ſignificat ἐξετάζοντες καὶ πυνθανόμενοι, vt inquit idem Chryſoſt. Κρίνομαι τὴν θανάτου κρίσιν, & τὴν ἐπὶ θανάτῳ, vt in illo ſuprà citato exemplo Athenæi. Demoſthenes, Ὅτ' ἐκρίνετο τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν θανάτου. Xenophon in OEcon. Ἤδη ἔφη, ὦ Σώκρατες, καὶ διαλημμένως πολλάκις ἐκρίθην, ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, Iam verò, ô Socrates, inquit ille, ſæpiſſimè cauſam dicere mihi contigit & accuſari, præciſa etiam illa iudicii formula, vt aut capitis pœnam, aut pecuniæ penderem. Sequitur autem apud Xenoph. Ὑπὸ τοῦ, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε; ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἔφη. Sic etiam verti poteſt, & vt arbitror illi loco congruentius, Iam verò, ô Socrates, ſæpiſſimè mihi contigit, vt cauſam dicerem in diſcrimẽnque vocarer, ſolenni illa formula, & præciſa, quid me pœnarũ vel luere vel pendere oporteret. Plato in Politico, ὧν δ' ἂν καταψηφισθῇ, τιμᾶν ὅ, τι χρὴ παθεῖν αὐτῶν τινας ἢ ἀποτίνειν. Σωκ. Ὁκοιοῦν ὅγε θέλων καὶ ἑκὼν ἐν τοῖς τοιούτοις ἄρχειν, δικαιότατα ὁτιοῦν πάσχοι ἢ ἀπο-

τίνοι, dignus eſt qui vel ſupplicio vel mulcta afficiatur. Inde illud Demo- Ὅ,τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι.

ſthenis quod ſuprà citauimus, τὸ τίμημα ἐπάγειν ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Di-

afficit: cui ſupplicio & apud nos & alibi pluribus in vrbibus nomen eſt Corrigere, tanquam ea quæ praua ſunt, iudicium ipſum corrigat.

Εὐθύνεσθαι. Εὐθύνειν. Εὔθυνος.

Εὐθύνεσθαι igitur eſt, εἰς ἐξέτασιν ἄγεσθαι, quaſi in diſquiſitionem vocari. Εὐθύνειν etiam eſt eum magiſtratum gerere, qui εὔθυνος dicitur. Plato libro duodecimo de leg. de his legendis loquens, Οἰκούντων δὲ ὅσον ἂν εὐθύνωσι χρόνον, ἐν τῷ Ἀπόλλωνός τε καὶ ἡλίου τεμένει, ἐν ᾧπερ ἐκρίθησαν, id eſt, quandiu Cẽſores magiſtratuum fuerint. Huiuſmodi autem Cenſores Plato à Triũuiris creari conſtituíque voluit, qui Triumuiri omnium ciuium ſuffragiis legerentur, vt omnium viri optimi. Τούτοις δὲ ἑξῆς πρώτῳ μὲν ἐνιαυτῷ δώδεκα εὐθύνους ἀποδεῖξαι, iam quinquagenarios vſque ad quintũ & ſeptuageſimum annum. Idem, Ἥτις δ' ἂν τῶν ἀρχῶν μὴ ὁμολογῇ κεκρίσθαι δικαίως, εἰς τοὺς ἐκλεκτοὺς δικαστὰς εἰσαγέτω τοὺς εὐθύνους· καὶ ἐὰν μὲν ἀποφύγῃ τὰς εὐθύνας, αὐτῶν τῶν εὐθύνων κατηγορείτω ἐὰν θέλῃ. Dicuntur autem εὔθυνοι quaſi correctores τῶν σκολιῶν καὶ καμπύλων.

Εὐθυντής.

Quare etiam εὐθυντὰς appellat eos, ῥᾴδιον μὲν οὐδαμῶς εὑρεῖν τῶν ἀρξάντων ἄρχοντα ὑπερβάλλοντα πρὸς ἀρετήν· ὅμως δὲ πειρατέον εὐθυντάς τινας ἀνευρίσκειν θείους.

Κατευθύνω.

Et κατευθύνω, quod ſic conſtruitur vt καταδικάζω, καταγινώσκω cum genitiuo & accuſatiuo. Idem περὶ τῶν τὰ ὅπλα ἀποβαλόντων loquens, τούτῳ μήτ' οὖν στρατηγὸς, μήτ' ἄλλος ποτὲ τῶν κατὰ πόλεμον ἀρχόντων, ὡς ἀνδρὶ στρατιώτῃ χρήσηται, εἰ δὲ μή, κατευθύνειν αὐτοῦ τὸν εὔθυνον, ἂν μὲν ἡ τοῦ μεγίστου τιμήματος ὁ τάξας τὸν κακόν, χιλίας· ἂν δὲ τοῦ δευτέρου, πέντε μνᾶς. hoc eſt, mulctet eum Cenſor mille drachmis, ſi quidem primum cenſum cenſus eſt, vel primario cenſu.

Collegium τῶν λογιστῶν.

Erat autem collegium τῶν λογιστῶν, apud quos licebat primo cuique volenti accuſare malè geſti magiſtratus. Id quod Cicero libro tertio de legibus dixit his verbis, Apud eoſdẽ Cenſores ii qui magiſtratu abierint, edant & exponãt quid in magiſtratu geſſerint, de iiſque Cenſores præiudicẽt. Hoc in Græcia fit, publicè cõſtitutis accuſatoribus, qui quidem graues eſſe non poſſent, niſi eſſent volũtarii. Quocirca melius eſt rationes referri, cauſámque exponi Cenſoribus, integrá tamẽ legem accuſatori iudicióque ſeruari. Eodem pertinent illa verba Ciceronis in Piſonem, Centum prope annos legem Heliam & Fuſiam tenueramus, c c c c iudicium rationémque Cenſoriam: quas leges auſus eſt non nemo improbus, potuit quidem nemo cóuellere: quam poteſtatem minuere, quo minus de moribus noſtris quinto quoque anno iudicaretur, nemo tam effuſè petulans conatus eſt. Hæc ſunt, ô carnifex, in gremio ſepulta conſulatus tui. Sed quod Cicero in ſuperiore loco dixit, integrá tamen legem accuſatori iudicióque ſeruari, eo pertinet, vt intelligamus

Cenſoriæ animaduerſiones

animaduerſiones Cenſorias præiudicia fuiſſe, non iudicia: Nam qui à Cẽſoribus notati aut præteriti fuerant, poſtea poſtulari apud ſubſellia poterant, vbi niſi damnarentur, pro nihilo erat Cenſoria animaduerſio. Quid autem ſit præiudicium nos aliquando explicauimus: ſed facilè eſt intelligere ex Quintiliano libro quinto.

Προκατάγνωσις. Προκαταγινώσκω.

A Græcis Προκατάγνωσις dicitur: & Προκαταγινώσκω verbum, quo Demoſthenes vſus eſt in oratione κατὰ Μειδίου in peroratione, περὶ καταχειροτονίας τοῦ δήμου loquens: quod verbũ genitiuo iungitur & accuſatiuo, vt καταγινώσκω. Dicitur etiam Προκατεγνωσμένη δίκη, quæ præſumpta opinione damnata eſt, antequam cauſa agatur, vt apud Demoſthe. περὶ στεφάνου in principio, Τοῦτο δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδέν, οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι, & reliqua.

Præiudicatæ res, non iudicatæ.

Quod autem animaduerſio Cenſoria non rei iudicatæ, ſed tantum præiudicatæ vim habuerit, Cicero ipſe pro Cluentio declarat his verbis, Video igitur, iudices, animaduertiſſe Cenſores in iudices quoſdam illius conſilii Iuniani, cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. Hic primum illud commune proponam, nũquam animaduerſionibus Cenſoriis hãc ciuitatem ita contentam vt rebus iudicatis fuiſſe, & cætera.

Εὐθύνας διδόναι.

Εὐθύνας διδόναι ſic dicunt vt δίκην δοῦναι, id eſt, pœnam pendere, & rationem reddere. Qui enim in ratione reddẽda damnabãtur, poſtea pœnam luebant: Quare εὐθύνη vtrunque ſignificat, ſcilicet ἐξέτασιν καὶ τιμωρίαν.

Εὐθύνειν.

Et εὐθύνω, τὸ εἰς ἐξέτασιν ἄγω, hoc eſt, in alicuius geſta inquiro, & quæſtionem de eius adminiſtratione exerceo, vel exercendam curo, & κολάζω, καὶ τιμωροῦμαι, καὶ προστιμῶ. Εὐθύνω etiã, vt dixi, dirigo, id eſt, τὸ κατ' εὐθεῖαν ἄγω.

Εὐθύνας ὀφλεῖν.

Εὐθύνας autem ὀφλεῖν, eſt damnari repetundarum, vt Romani loquũtur. AEſch. ὁ δ' αὐτὸς ἀνὴρ μικρὸν ἐπισχὼν ἔξεισιν ἐκ τοῦ δικαστηρίου, κλοπῆς ἕνεκα τὰς εὐθύνας ὠφληκώς.

Ἀποφέρειν δίκην.

Ἀποφέρειν δίκην καὶ γραφὴν, & Ἐκφέρειν idem denotant quod præcedentia verba, hoc eſt, ἐπάγειν, κατηγορεῖν, κρίνειν, εὐθύνειν. AEſch. κατὰ Κτησιφ. Ἀπηνέχθη γὰρ ἡ κατὰ τουδὶ τοῦ ψηφίσματος γραφή, οὐχ ὑπὸ τῆς πόλεως, ἀλλ' ὑπὸ τῆς εἰς Ἀλέξανδρον ἐνδείξεως μέ φῄς ἀπενεγκεῖν, ἔτι Φιλίππου ζῶντος. Idem, Ἀλλὰ διαλιπών, καὶ πρὸς τὴν πολιτείαν οὐ πυκνὰ προσιών, ἀπήνεγκα τὴν γραφήν. Demoſthenes, Αἰσχίνης ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφήν. Huic verbo noſtrum Deferre reſpondere videtur.

Ἐκφέρειν.

Ἐκφέρειν eſt indicare & prodere: de quo verbo cum aliis ἀπὸ τοῦ φέρω compoſitis dicemus.

Αἰκίας δίκη.

Αἰκίας δίκη, actio iniuriarum ob verbera: δίκης εἶδος ἰδιωτικόν, priuatum eſt iudicium. Δίκη δὲ κακηγορείας, eſt iniuriarum actio ob maledictum.

Βλάβης δίκη.

Βλάβης δίκη actio damni dati. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Τῶν μὲν ἱματίων καὶ τῶν χρυσῶν στεφάνων τῆς διαφθορᾶς, καὶ τῆς περὶ τὸν χορὸν ἁπάσης ἐπηρείας, βλάβης δίκην ἰδίαν μοὶ προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν. Actio verò ob pauperiẽ à quadrupede factam dicitur βλάβης δίκη τῶν τετραπόδων: quã legẽ Solõ tulit, auctore Plut. in eius vita.

Βλάβης δίκη τετραπόδων. Φεύγων δουλείας.

Φεύγων δουλείας, qui ſtatus controuerſiam patitur, ſic dicitur, vt φεύγων ξενείας, qui peregrinitatis reus eſt. Et φεύγων ἀνδροφονίας, homicidii reus.

Στέργειν τοῖς ὡρισμένοις ὑπὸ τοῦ δικάζοντος, Ἐμμένειν τοῖς κριθεῖσιν, τοῖς γνωσθεῖσιν ἐφησυχάζειν, τοῖς κεκριμένοις ἐναπομένειν, τοῖς δεδογμένοις ἐναναπαύεσθαι, Acquieſcere rebus iudicatis, & re iudicata, vt Cicero locutus eſt. Dicitur & ἀτρεμεῖν ἐπὶ τοῖς δικασθεῖσιν, vt ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀτρεμεῖν Plut. hoc eſt, rebus præſentibus acquieſcere, res nouas non moliri. Dicitur & ἀγαπῶ καὶ ἀρκοῦμαι τοῖς δεδικασμένοις, acquieſco arbitrorum ſentẽtia. Dicitur & ἁπλῶς per accuſatiuũ,

Ἀγαπῶ καὶ στέργω.

ἀγαπῶ καὶ στέργω τὴν κρίσιν, ἢ τὰ ἐγνωσμένα, hoc eſt, prouocare nolo. Iſocr. Ὥστε καὶ τοὺς ἀφεστῶτας μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ὁμόρων ζητεῖν ἐπάρχειν, Ita vt qui ab eis deſciuerant, non iam acquieſcerent in libertate, niſi

etiam finitimis imperaret. Demoſthe. in ſecunda Philip. Οὓς διὰ μὲν πλεονεξίαν τὰ παρόντα ἀγαπήσειν οἴεται, διὰ δὲ σκαιότητα τῶν τρόπων, τῶν μετὰ ταῦτα οὐδὲν προόψεσθαι, Contentos fore præſenti rerum ſtatu. Ariſtoph. στέργων σκοροδάλμῃ cum datiuo, ἀντὶ ἀρκούμενος. Demoſth. στέργων ἐπὶ τούτοις. Plut. in Anto. Νικῶ δὲ στέργω μὲν τὰ παρόντα. Lucia. Εἰ δέ τις αὐθαίρετος εἵλετο, στέργειν ἐστὶ δίκαιον τοῖς ἐγνωσμένοις, acquieſcere iis quæ ipſe ſtatuit & elegit. Cum vero ἀντὶ ἐρᾷ καὶ φιλεῖ ponitur, accuſatiuum poſcit. Athen. Ἀλκιβιάδης Μεδοντίδος τῆς Ἀβυδηνῆς ἐξ ἀκοῆς ἐρασθεὶς, ἔστερξε, καὶ ἔπλευσεν εἰς Ἑλλήσποντον. Plutar. de Auguſto, τὴν δὲ ἀδελφὴν ὑπερφυῶς ἔστεργε. Inde φιλοστοργία.

*Φιλοστοργία.*

*Τῶν κτημάτων ἐπιλαμβάνεσθαι.*

Τὰ ὑπάρχοντα, τὰ κτήματα, τὰ ὄντα, τὰ ἐνέχυρα, bona & pignora. Inde Ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν κτημάτων τοῦ μὴ κατατεθεικότος τὴν καταδίκην, eius pignora capere, qui iudicatum non ſoluit. Ἅπτεσθαι τῶν ἐνεχύρων τοῦ μὴ ἐκπληροῦντος τὰ κεκριμένα, qui iudicatum non facit.

*Υπερήμερος.* *Υπερημερία.*

Λαμβάνειν ὑπερήμερον τὸν δικασθέντα, καὶ τῶν κτημάτων αὐτοῦ λαμβάνεσθαι, ἢ ἅπτεσθαι, in poſſeſſionem bonorum eius mitti, qui intra diem nõ adfuit, aut rei iudicatæ non paruit. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Δίκην δὲ τούτῳ λαχὼν ὕστερον τῆς κακηγορίας, εἷλον ἐρήμην, οὐ γὰρ ἀπήντα. λαβὼν δὲ ὑπερήμερον καὶ ἔχων, οὐδενὸς ἡψάμην πώποτε τῶν τούτου. Et ὑπερημερία, Idem κατὰ Εὐέργου, Ἐπειδὴ γὰρ ὦφλον αὐτοῖς τὴν δίκην, προσελθὼν τῷ Θεοφήμῳ, μελλούσης μοι ἤδη ἐξήκειν τῆς ὑπερημερίας, ἐδεήθην αὐτοῦ ἐπισχεῖν μοι ὀλίγον χρόνον. id eſt, Cum ea dies, in quam diem ego iudicatum facere debebam, iam exitura eſſet. Genitiuo autem iungitur ὑπερήμερος. Lucianus, ὑπερήμερος τῆς προθεσμίας, qui iam elapſo tempore non præſtitit quod ſpopondit, qui ad diem non ſatiſfacit: atque eam ob cauſam alio vocabulo ἐκπρόθεσμος dicitur, & ὑπερπρόθεσμος. Lucia. Ὁ δ' ἠγανάκτει, λέγων ὑπερήμερον εἶναι, καὶ ἐκπρόθεσμον τοῦ ὀφλήματος. Legitur & ἐκπροθεσμεῖν verbum in Pandectis Græcis pro eo, quod in mora eſſe iuriſperiti dicunt. Contra, ἐμπροθέσμως τι ποιεῖν, eſt ἐντὸς τῆς προθεσμίας ποιεῖν. Lucianus, Ἐψηφίσαντο δὲ καὶ ἡμᾶς ἐμπροθέσμοις ἐκπέμπειν ἐκ τῆς νήσου, τὴν ἐπιοῦσαν μόνον ἡμέραν ἐπιμείναντας. Ἀπαντᾶν πρὸς τὴν κυρίαν, ἀπαντᾶν πρὸς τὴν δίκην, obire diem vadimonii, & adeſſe ad iudicium die vadimonii. Κυρία enim dicitur dies vadimonii, vel dies legitimus, & ſtatus. Demoſthenes κατὰ Μειδίου, Καὶ ἐπειδὴ ἧκεν ἡ κυρία τοῦ νόμου, οἶδα μὲν οὐκ ἀπαντήσαντα Μειδίαν ἐπὶ τὴν δίαιταν, ἀλλὰ καταλιπόντα. γενομένου δὲ ἐρήμου κατὰ Μειδίου ἐπιστάμεθα, & reliqua. verba ſunt teſtium. κυρία hîc pro die ſtato à lege ponitur. Idem, Καὶ τὴν μὲν κατὰ τοῦ διαιτητοῦ γνῶσιν, ἣν ἀπρόσκλητον κατεσκεύασεν, αὐτὸς κυρίαν αὑτῷ πεποίηκεν· ἣν δ' αὐτὸς ὦφλεν ἐμοὶ, προσκληθεὶς εἰδὼς, οὐκ ἀπαντῶν ἄκυρον ποιεῖ. Hoc loco κυρίαν γνῶσιν dixit, id eſt, ratam iudicis cognitionem: ἄκυρον verò irritum. Et cognitionẽ quidem, inquit, τῶν ἀρχόντων κατὰ τοῦ Στράτωνος τοῦ διαιτητοῦ, tametſi ἀπρόσκλητον, id eſt, nulla Stratonis in ius vocatione inſtitutam, ratam ipſe ſibi fecit ſua fraude: Vadimonium verò, id eſt, diem iudicio ſiſtendi quo mihi erat obſtrictus, irritum facit & antiquandum, quum ad iudicium non adfuerit, quum id vadimonium non obierit, quum iudicio ſiſtendi ſponſionem nõ præſtiterit, &, vt Ciceronis verbo loquar, cum ipſe non ſtiterit, ſciens & pru

*Εκπρόθεσμος. Υπερπρόθεσμος. Εκπροθεσμεῖν. Εμπροθέσμως. Απαντᾶν. Κυρία. Απρόσκλητος.*



dens ſe rectè atque ordine in iudicium vocatum eſſe. Dicemus nonnihil in ſequentibus, quod ad eius loci expoſitionem pertinebit, quum διαιτᾶν verbum enarrabimus: eſt enim locus ille orationis ſubobſcurus. Κυρία autem ἡμέρα dicitur quaſi rata & fixa, ad quam qui non adfuerit, moram purgare nequit, vt quidem ius erat conſtitutum apud antiquos & Græcos & Romanos. Erat enim deſerti vadimonii pœna, ignominia, vt ex oratione ipſa κατὰ Μειδίου liquet his verbis, Πείσας δὲ τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, κλητῆρ' οὐδ' ὅντινοῦν ἐπιγεγραμμένος, κατηγορῶν ἔρημον, οὐδενὸς παρόντος, ἐκβάλλει καὶ ἀτιμοῖ τὸν διαιτητήν. Bona enim poſſidebantur eius, qui in eremodicium incidiſſet. Cicero pro Quintio, Ergo Hercule cuius bona ex edicto poſſidetur, huius omnis fama & exiſtimatio cum bonis ſimul poſſidetur, de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè, tacitè, obſcuréque cõceditur. Et paulò poſt, Itaque maiores noſtri raro id accidere voluerunt, prætores, vt conſideratè fieret cõparauerũt: viri boni quum palàm fraudãtur, quũ experiundi poteſtas non eſt, timidè tamẽ & pedetentim iſtuc deſcẽdũt, vi atque neceſſitate coacti, inuiti, multis vadimoniis deſertis. Edictum enim bona poſſidendi excipiebat & ſequebatur edictum bona proſcribendi, vt ipſe ibidem dicit. Quare in eadem oratione cauſam deſerti vadimonii, cauſam capitis vocat. Vadari autem eſt Κλητεύειν. verùm de hoc verbo Vadari & Vadimonium enarratius in Pandectas diximus: redditis etiam locutionibus Græcis, quas hîc addere ſuperuacuum eſſe viſum eſt. Τὴν κυρίαν ἐγγράψαι, diem vadimonii in acta referre, Demoſtheni. Et κυρίας ἐνεστώσης, appetente die vadimonii. Κυρία autem non modo diem vadimonii ſiſtẽdi, ſed etiam προθεσμίαν ἡντινοῦν ſignificat, ἢ πᾶσαν ἡμέραν τεταγμένην, ἢ ἀποτεταγμένην, quem Latini ſtatum diem & ſtatutũ dixerunt. Dicitur & ὡρισμένη dies præſtitutus. Cicero de Aruſp. Reſponſis, Statas ſolennéſque cerimonias dixit. Liuius, Statum & ſolenne bellum: de Volſcis loquens. Η κυρία à Syneſio dicta eſt dies fati & mortis vadimonii. Sic enim inquit ad Theophilum, εἰ προσαπελάσειε Λαμπωνιανῷ τὸ χρεὼν, καὶ ἡ κυρία παρεῖναι δοκοῖ, πᾶσιν ἐφῆκα τοῖς τότε παρεσομένοις πρεσβυτέροις, κοινωνίας αὐτῷ μεταδοῦναι. In eadem oratione Demoſthenis διδόναι τὴν ἔρημον, ſignificat ſecundum præſentem de abſente, vel contra abſentem pronunciare: quod forenſi noſtro vocabulo, Dare defectum dicitur. Ὁ δὲ καταλαμβάνει τοὺς ἄρχοντας ἐξιόντας, καὶ τὸν Στράτωνα ἀπιόντα, ἤδη τὴν ἔρημον δεδωκότα. Vt autem occaſionem datam ex inſtituto noſtro non omittamus, locum eiuſdem orationis verbis ſupradictis proximum adſcribendum eſſe duximus & enarrãdum. Οὑτοσὶ διαιτῶν ἡμῖν (inquit) ὁ Στράτων, ἐπειδή ποθ' ἧκεν ἡ κυρία (πάντα δ' ἤδη διεξεληλύθει τὰ ἐκ τῶν νόμων, ὑπωμοσίαι καὶ παραγραφαὶ, καὶ οὐδὲν ἔτ' ἦν ὑπόλοιπον) τὸ μὲν πρῶτον ἐπισχεῖν ἐδεῖτό μου τὴν δίαιταν, ἔπειτα εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀναβαλέσθαι· τὸ τελευταῖον δ' ὡς οὔτ' ἐγὼ συνεχώρουν, οὔθ' οὗτος ἀπήντα, τῆς δ' ὥρας ἐγίγνετο ὀψὲ, κατεδιῄτησε, Hic Strato qui nobis arbiter erat controuerſiæ, quum aliquando veniſſet dies vadimonii (omnia autem iam præterierant quæ leges litigatoribus indulgent, dilationum poſtu-

*Κυρία ἡμέρα. Vadimonij deſerti pœna ignominia. Bona poſſideri. Κλητεύειν. Κυρίαν ἐγγράψαι. Κυρίας ἐνεστώσης. Ερημον διδόναι.*

lationes, exceptiones, nihílque iam erat reliquum, primum orare me inſtitit vt arbitrium prorogarem & ſuſtinerem, deinde vt in craſtinum reiicerem: poſtremo quum ego diutius rem prolatari nō permitterem, nec iſte ad iudicium ſiſteret, & iam ad ſerum horæ ſtatæ ventum eſſet, Strato arbitrium contra hunc pronunciauit.

Ἀναβολαί. Ὑπωμοσίαι. Ἀναβολαὶ ἔνορκοι. Ὑπόμνυσθαι.

Ἀναβολαὶ ſunt dilationes. Ὑπωμοσίαι ſunt dilationes quæ iureiurando poſtulantur & impetrantur, hoc eſt, ἔνορκοι ἀναβολαὶ, dilationes propter ſonticum morbum, aut aliam legitimam cauſam impetratæ. Et ὑπόμνυσθαι verbum, ὃ ὑπερτίθεσθαι καὶ ἀναβάλλεσθαι τὴν δίκην, προφάσει ἀποδημίας ἢ νόσου. Idem, Ταύτῃ τῇ μαρτυρίᾳ πρότερος εἰσελθὼν, οὐ παραγραφομένου ἐμοῦ, οὐδ' ὑπομνυμένου, nec præſcriptione vtente, nec certamen prolatante. Xenoph. Τούτων δὲ διαχειροτονουμένων, τὸ μὲν πρῶτον ἔκριναν τὴν Εὐρυπτολέμου· ὑπομοσαμένου δὲ Μενεκλέους, καὶ πάλιν διαχειροτονίας γινομένης, ἔκριναν τὴν τῆς βουλῆς, id eſt, rem comperendinante, rem differendam cenſente & petente, quominus res tum iudicaretur intercedente. Idem Demoſthenes περὶ στεφάνου, Καίτοι πόσα μὲν χρήματα τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν, ἢ τοὺς δευτέρους καὶ τρίτους οἴεσθέ μοι διδόναι, ὥστε μάλιστα μὲν μὴ θεῖναι τὸν νόμον, εἰ δὲ μὴ, καταβάλλοντα μὲ ἐᾶν ἐν ὑπωμοσίᾳ, Primum quidem vt ne legem illam ferrem: ſin minus, certè vt ne perferrem, ſed prorogari rem ſinerem, & in aliud tempus reiici. Διαφέρει τοῦ ἐξόμνυσθαι, de quo ſuperius dictum eſt.

Ἔστω κύρια τὰ κριθέντα. Τὰ διαιτηθέντα ἔστω κύρια.

Ἔστω κύρια τὰ κριθέντα, his verbis ſignificabant ſe nolle ad aliud maius iudiciū prouocare. καὶ τὰ διαιτηθέντα ἔστω κύρια, hoc eſt, Et quod arbitri ſtatuerint, id ſemel ius ratúmque eſto, καὶ μηκέτι μεταφέρειν ἐξέστω εἰς ἕτερον δικαστήριον. Demoſthenes κατὰ Μειδίου refert huiuſmodi verba legis, Ἐὰν δέ τινες περὶ συμβολαίων ἰδίων ἀμφισβητῶσιν, ἐξέστω αὐτοῖς αἱρεῖσθαι ὃν ἂν βούλωνται διαιτητήν· ἐπειδὰν δὲ βούλωνται κατὰ κοινὸν, μενέτωσαν ἐν τοῖς ὑπὸ τούτου γνωσθεῖσιν. καὶ μηκέτι καταφερέτωσαν ἀπὸ τούτου εἰς ἕτερον δικαστήριον ταυτὰ ἐγκλήματα, ἀλλὰ ἔστω τὰ κριθέντα ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ κύρια. vbi non καταφερέτωσαν, ſed μεταφερέτωσαν legendum cenſeo.

Τὸ κῦρος.

Κῦρος auctoritatem & firmamentnm & ratam fidem ſignificat & probationem. Plato in Gorg. Αἱ δὲ πολλαὶ τῶν τεχνῶν πλείους τοὺς λόγους ἔχουσι τῶν πράξεων, καὶ τὸ παράπαν πᾶσα ἡ πρᾶξις καὶ τὸ κῦρος αὐταῖς διὰ λόγων ἐστί. τούτων τινά μοι δοκεῖς λέγειν καὶ τὴν ῥητορικήν.

Κύρωσις.

Suprà Κύρωσιν pro eodem dixerat. τῆς δὲ ῥητορικῆς οὐδέν ἐστι τοιοῦτον χειρούργημα, ἀλλὰ πᾶσα ἡ πρᾶξις καὶ ἡ κύρωσις διὰ λόγων ἐστί. Sic Sophocles mea ſententia vſus eſt in Electra, ἡ δὲ νῦν ἴσως Πολλῶν ὑπάρξει κῦρος ἡμέρα καλῶν, Hodiernus autem dies fortaſſe pignus nobis erit, & certum omen attulit, ratámque ſpem aduentantis fortunæ melioris: vt ſit κῦρος βεβαίωμα καὶ ἀσφάλισμα. Galenus in primo Therapeu. κῦρος pro capite & cardine ponit, & pro eo fermè, quod Plinius indicaturam appellat, Ἐν τούτῳ γάρ ἐστι κῦρος τῆς διδασκαλίας, id eſt, In hoc eſt præcipuum munus & præuertēdum. Et in decimo de febribus loquens, Ἐπεὶ ἐν τῷ ψῦξαι καὶ ὑγρᾶναι τὸ κῦρος τῆς θεραπείας ἐστὶν, Præcipua functio, ratáque medicatio.

Κύριον ποιῆσαι.

Κύριον ποιῆσαι, ſignificat dare auctoritatem & poteſtatem. Demoſthenes περὶ παραπρεσβ. Γράφω ψήφισμα βουλεύων, τὴν βουλὴν ποιήσαντος τοῦ δήμου κυρίαν, ἀπιέναι τοὺς πρέσβεις τὴν ταχίστην, Cum eſſem tum Senator, id eſt, βου-



λευτὴς, rogationem tuli, cum populus rem ſenatui permiſiſſet, vt primo quoque tempore legati proficiſcerentur. Dicitur etiā αὐτοκράτορα ποιῆσαι.

Αὐτοκράτωρ πρεσβευτής.

Eſt enim Αὐτοκράτωρ πρεσβευτὴς, legatus qui cum poteſtate mittitur. Xenoph. in ſecundo Ἑλληνικῶν, Μετὰ ταῦτα ᾑρέθη πρεσβευτὴς ἐς Λακεδαίμονα αὐτοκράτωρ, δέκατος αὐτός. Demoſthenes in eadem, ὧν μὲν τοίνυν αὐτοκράτωρ ἦν ἐγὼ κατὰ τὴν πρεσβείαν, τοῦτον ἔχετε τὸν τρόπον ὑμῖν. Andocid. περὶ τῶν μυστηρίων, Ψηφισαμένης δὲ τῆς βουλῆς, (ἦν γὰρ αὐτοκράτωρ,) ᾤχοντο ἐπ' αὐτὸν Μέγαράδε, id eſt, κυρία γὰρ ἦν ἡ βουλὴ τοῦ ψηφίζεσθαι. Αὐτοκράτωρ δύναμις, merum imperiū. Polybius de Politia Romanorum, Τῶν ὑπάτων αὐτοκράτορα δύναμιν ἐχόντων περὶ τὰς πολέμου κατασκευὰς, αὐτοκράτορα δὲ ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἐξουσίαν, id eſt, merū imperium & plenam ſummámque poteſtatem. Αὐτοκράτωρ eſt etiam qui ſui eſt arbitrii. Thucydides, καὶ ἡ ξύμπασα πόλις οὐκ αὐτοκράτωρ ἑαυτῆς οὖσα τοῦτ' ἔπραξε. Xenoph. in ſecundo ἀπομνημονευμ. de Hercule Prodici loquens, Φησὶ γὰρ Ἡρακλέα, ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι, δηλοῦσιν εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας, ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι, Qua in ætate adoleſcentes iam ſuæ tutelæ facti, ſtatim præ ſe ferunt vtram viam inituri ſint. Hoc enim ſignificare puto, etiam ſi Cicero in primo Officiorum aliter ea verba vertit.

Αὐτεξούσιος.

Eſt enim αὐτοκράτωρ qui ſui iuris eſt, hoc eſt, ὁ κύριος αὐτὸς ἑαυτοῦ, ὁ αὐτεξούσιος, qui ſuæ iam tutelæ permiſſus eſt. Αὐτοκράτωρ etiam eſt qui plenum habet imperium, καὶ κράτος ἀνυπεύθυνον, vt Ariſtoteli ὁ παμβασιλεύς.

Παμβασιλεύς. Κύριον.

Κύριον etiam dicitur præcipuum & antiquiſſimum, id eſt, πλείστης ἐπιμελείας ἄξιον. Ariſt. in Panath. Ἀλλ' ἵνα μὴ πολλὰ τοιαῦτα λέγων, πόρρω τοῦ καιροῦ γίγνωμαι, καὶ δὴ πρὸς αὐτὰ τὰ κύρια τοῦ λόγου τρέψομαι. Lucia. Καὶ τὴν ψυχὴν, ὅπερ σοι κυριώτατόν ἐστι, κοσμήσω καλλίστοις κοσμήμασι.

Τὰ κυριώτατα μέρη. Καίρια.

Τὰ κυριώτατα μέρη τοῦ σώματος Galenus principalia membra vocat, quæ etiam Καίρια dici poſſunt. Greg. εἰς βασιλ. Ἵνα μὴ ταυτὸν πάθωμεν τοῖς ἀπειροτέροις τῶν ἀθλητῶν, οἳ τὴν ἰσχὺν ἐν τοῖς εἰκῇ παλαιομένοις καὶ παρέργοις κενώσαντες, ἥττους ἐν τοῖς καιρίοις εὑρίσκονται, καὶ ἐξ ὧν τὸ νικᾶν ὑπάρχει. Demoſthenes, Καὶ τὰ κύρια ἄττα ποτ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων, id eſt capita, & ii qui ſummam reipub. in manibus habent. Sic Ariſtot. in ſecundo Politic. τὸ κύριον τῆς πόλεως vocat τοὺς πολιτευομένους.

Κύριος.

Κύριος etiam dicitur qui iuriſdictionem habet. Dinarch. κατὰ Δημοσθέν. de Areopagitis loquens, Κυρία βουλὴ δικάσαι περὶ τοῦ σώματος καὶ ψυχῆς ἑκάστου τῶν πολιτῶν, νῦν ἐπὶ τοῖς κατὰ Δημοσθένους ἀποπεφασμένοις χρήμασιν ἄκυρος ἔσται τοῦ δικαίου. Ἄκυρον vocat βουλὴν, τὴν μὴ κυρίαν οὖσαν, καὶ ἐπικράτειαν οὐκ ἔχουσαν, quæ ius dicere non poteſt, τὴν μὴ κῦρος καὶ κράτος ἔχουσαν τούτου.

Κύριος νόμος.

Κύριος νόμος, eſt lex quæ vim & auctoritatem obtinet, & quæ non eſt abrogata. AEſch. κατὰ Τιμάρχ. Ἐὰν μὲν γὰρ κολάζητε τοὺς ἀδικοῦντας, ἔσονται ὑμῖν οἱ νόμοι καλοὶ καὶ κύριοι.

Κυριώτερον.

Κυριώτερον etiam dicitur cuius fides eſt exploratior, cui magis credimus. Ariſtoteles περὶ ἐνυπνίων, Καὶ τῇ ἐπαλλάξει τῶν δακτύλων τὸ ἓν δύο φαίνεται, ἀλλ' ὅμως οὔ φαμεν δύο· κυριωτέρα γὰρ τῆς ἁφῆς ἡ ὄψις· εἰ δ' ἦν ἡ ἁφὴ μόνη, κἂν ἐκρίνομεν τὸ ἓν δύο. Sic alibi, τὸ κύριον καὶ τὸ ἐπίκυρον dicit id, cuius iudicium eſt ratum, & non fallitur. Is etiam qui aliquem habet in poteſtate, dicitur eſſe κύριος, vt ἐπίτροπος: iique qui puellas aut fœminas dabant nuptui, quia earum erant

Ἐπίτροπος.

aut tutores aut curatores, dicebantur κύριοι, vt apud Demoſth. κατὰ Νεαίρας, Ὁ νόμος κελεύει ἐάν τις ἀποπέμπῃ γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα· ἐὰν δὲ μὴ, ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς τοκοφορεῖν, καὶ σίτου εἰσόδιον εἶναι δικάσασθαι ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῷ κυρίῳ, Alioqui niſi repudiatæ reddiderit dotem, ſeſquicenteſimam dotis penſitare. Licere illi qui mulierem habet in poteſtate, rei vxoriæ agere, aut ex ſtipulatu ad dotis repetitionem.

Κυριεύω.

Κυριεύω inter alia ſignificat Potior. Polyb. in quinto, Τῶν δ' ὅπλων καὶ τῆς ἀποσκευῆς ἐκυρίευσε πάσης. Idem, Τῶν δὲ βοηθησάντων ἐκυρίευσε δύο μακρῶν πλοίων αὐτάνδρων, in poteſtatem ſuam redegerunt.

Σίτου δίκη.

Σίτου enim δίκη appellabatur rei vxoriæ actio. Idem Demoſth. κατὰ Ἀφόβου, Οὐ γὰρ διδόντος τούτου σῖτον τῇ μητρί, τὴν δὲ προῖκα ἔχοντος, οὐδὲ τὸν οἶκον μισθοῦν ἐθέλοντος, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιτρόπων διαχειρίζειν ἀξιοῦντος, ἐποιήσατο λόγους περὶ τούτων ὁ Δημοχάρης. Idem, Ταύτην τὴν προῖκα οὔτε αὐτήν, οὔτε τὸν σῖτον ἀπέδωκε.

Σῖτος.

Σῖτος eſt annua penſitatio ad alimētum viduarum & pupillorum, quæ dabatur à curatoribus bonorū, vel à viris vxoribus repudiatis, vt in exemplo ſuperiore. Meminit Harpocration.

*Tutores mulieribus dabantur apud Athenienſes & Romanos.*

Vt autem Athenienſium iure, ſic etiam Romanorum (vt videtur) fœminis tutores olim dabātur, ſine quorum auctoritate nihil conſtituere dotis poterant. Id enim ex Cicerone intelligimus in oratione pro Cecinna, his verbis, Iſte veſter teſtis, qui auſus eſt dicere, feciſſe videri eum, de quo ne cuius rei argueretur quidem ſcire potuiſſet, ipſe nunquam auderet iudicare deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixiſſet. Et ex eodem in Topicis, vbi de differentia loquitur, Eius (inquit) generis hæc ſunt: non quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipſi mulieri ſine tutore auctore ſoluas: ita quod pupillo aut pupillæ debeas, rectè poſſis eodē modo ſoluere. Et in oratione pro L. Flacco, Hæc Flacco nō probaſſe te miraris? cui quæſo tandem probaſti? emptiones falſas prædiorum, proſcriptiones cum mulierculis aperta circunſcriptione feciſti: tutor his rebus, Græcorum legibus, adſcribendus fuit. Polemocratem ſcripſiſti mercenarium & adminiſtrum cōſiliorum tuorum: adductus eſt in iudicium Polemocrates de dolo malo, & de fraude à Dione, huius ipſius tutelæ nomine.

Κύριος τοῦ ἀνθρώπου.

Is tutor à Demoſthene ὁ κύριος τῆς ἀνθρώπου vocari ſolet, ſine quo auctoritatem accommodante, nihil Athenienſes mulieres alienare patrimonii ſui poterant. Liuius libro IIII, Decadis quartæ, Maiores noſtri nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine auctore voluerunt, in manu eſſe parentum, fratrum, virorum: nos, ſi diis placet, iam Rempub. etiā capeſſere eas patimur.

Κύριος.

Poſtremò Κύριος dicitur qui ſummā habet poteſtatem, & vt diximus αὐτεξούσιος rei cuiuſcunq;. Polybius de Polit. Rom. Τιμῆς δὲ καὶ τιμωρίας κύριος ὁ δῆμος, id eſt, αὐτοκράτορα τὴν ἐξουσίαν ἔχει. Et κύριός εἰμι τούτου, hoc eſt muneris & curationis meæ. Idem, Τούτου δὲ κυρία ἡ σύγκλητος, ἀντὶ, τούτου δὲ μέλει τῇ συγκλήτῳ, τοῦτο ἐπιμελές ἐστι τῇ συγκλήτῳ. vt Demoſth. οἷς ἐπιμελές ἦν κακῶς ἐμὲ ποιεῖν. Dicitur etiam τούτου ἡ σύγκλητος ἐπιμελεῖται, πρόνοιαν τούτου ποιεῖται, τοῦτο διαχειρίζει, ἢ φροντίζει, ἢ μεταχειρίζεται. τοῦτο ἐπιτέτραπται ἡ βουλή, ἢ ἐμπεπίστευται, τούτου αὐτοκρατορικὴν δύναμιν ἢ ἐξουσίαν ἔχει. τοῦτο ἐπὶ τῇ



συγκλήτῳ ἐστί, ταῦτα δι' ἐπιμελείας ἔχει. hæc enim fermè idem ſignificant.

Διαγινώσκειν eſt pro poteſtate iudicare, & ius dicere, vt iudex in ſua prouincia. Significat etiam ſtatuere & deliberare. Διαγινώσκειν.

Ἐξαιτεῖσθαι τοὺς κρινομένους, noxæ & periculo reos eximere, ex reis eximere, rei pœnā deprecari gratia vel auctoritate, reū expoſcere. Ἐξαιτεῖσθαι. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Παιδία γὰρ παραστήσεται, καὶ κλαιήσεται, καὶ τούτοις αὐτὸν ἐξαιτήσεται, Pueros enim ſuos producet lachrymabundus, eorúmque miſericordia ſeipſum à vobis ſeruabit, hoc eſt, eorúmque lachrymis ſeſe condonari poſtulabit. Valerius lib. IX de Pompeio, Ille verò non etiam in foro erubuit P. Scipionem ſocerum ſuum legibus noxium quas ipſe tulerat, muneris loco à iudicibus depoſcere. Lyſ. ὑπὲρ Πολυκράτ. Ἦ δεινά γ' ἂν πάθοιμεν, εἰ τοὺς μὲν οὐχ οἵους τε ὄντας ἐξάρνους εἶναι μὴ οὐ χρήματα ἔχειν ὑμῶν, τούτοις δὲ ἀφεῖτε ἀνδρὶ ἐξαιτουμένῳ. Ἐξαίτησις, deprecatio. Ἐξαίτησις. Demoſth. Καὶ οὔτε τῶν συγγενῶν, οὐθ' ἡ τῶν φίλων ἐξαίτησις ὠφέλησεν αὐτόν. AEſch. Ἐξαιτοῦνται γραφὰς τῶν παρανόμων, id eſt, poſtulant reorum delationes, hominúmque reatus ob maleficia condonari precibus ſuis. Eſt autem παρανόμων γράφεσθαι, κατηγορεῖν τοῦ παράνομα γράφοντος. Γράφεσθαι παρανόμων, καὶ Γράφειν παράνομα. Demoſth. pro Cteſiph. ſiue ὑπὲρ στεφάνου, Εἰ μὲν εἰσαγγελίας ἄξια πράττοντά με ἑώρα, εἰσαγγέλλοντα, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς κρίσιν καθιστάντα παρ' ὑμῖν· εἰ δὲ γράφοντα παράνομα, παρανόμων γραφόμενον, hoc eſt, Si me vidiſſet rogationem ad populum ferentem legibus contrariam, aut contra legum interdicta aliquid promulgantem. Idem πρὸς Λεπτίν. Νῦν δὲ μαρτυρίαν καθ' ἑαυτοῦ καταλείπων ὅτι παρανομεῖ, τουτονὶ τὸν νόμον ὅμως ἐνομοθέτει. Παρανομεῖν vocat legem legibus contrariam ferre. Παρανομεῖν. Eſt etiam παρανομεῖν τὸ ἀδικεῖν. & Παρανομεῖσθαι ἀδικεῖσθαι, & contra leges & iura malis affici. Παρανομεῖσθαι. Idem, Εἶτ' ἐὰν ἠδικῆσθαι καὶ παρανενομῆσθαι δοκῶ, βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια δέομαι.

Ἐξαιτεῖν autem ſignificat expoſcere aliquem ad pœnam. Ἐξαιτεῖν. Quæ ſignificatio contraria eſt præcedenti. Iſocrat. in Trapez. Ἐπιστέλλει δὲ τοῖς ἐνθάδε ἐπιδημοῦσιν ἐκ τοῦ Πόντου, τὰ χρήματα παρ' ἐμοῦ παραλαβεῖν, καὶ αὐτὸν εἰσπλεῖν κελεύειν· ἐὰν δὲ μηδὲν τούτων ποιῶ, παρ' ὑμῶν ἐξαιτεῖν, Quòd ſi pecunias tradere illúcque nauigare recuſarem, vt me à vobis dedi ſibi poſtularent. Sic ſe Demoſthenes ἐξαιτεῖσθαι ὑπὸ Φιλίππου, καὶ ὑπ' Ἀλεξάνδρου dicit, id eſt ad pœnam expoſci. Ἐξαιτεῖσθαι. *Expoſci. Depoſci.* Eſt autem expoſcere & depoſcere, dedendum petere, & ἐξαιτεῖσθαι, ὑπ' ἐχθροῦ τινὸς αἰτεῖσθαι. *Expoſcere & Depoſcere.* Liuius libro octauo de bello Macedonico, Legatos deinde miſit ad depoſcendos auctores defectionis: ciuitatem in pace futuram, ſi id feciſſent, pollicens. ſilentium præ metu cæterorum fuit: quos autē nominatim depopoſcerat, ipſi ſe ituros profeſſi ſunt. Idem, Legati ad expoſcendos violatores fœderis extemplo Lacedæmonem miſſi ſunt. Ἐξαιτεῖν etiam eſt expoſcere ſeruum ad quæſtionem, cui ἐκδιδόναι, id eſt offerre & dedere, reſpondet, & παραδιδόναι. Demoſth. πρὸς Ἀφόβου, Ἔτι δὲ τὸ πρᾶγμ' ἂν ἐξελέγξαι ζητῶν, ἐξήτησεν ἄν με τὸν παῖδα τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας, ἵν' εἰ παρεδίδουν, μηδὲν δίκαιον λέγειν ἐδόκουν, Iam verò ſi rei veritatē reperiri expetiuiſſet, ſeruum me vtique exhibere torquendum poſtulaſſet, qui teſtificationes ipſas ſcripſerat: vt ſi dedidiſſem, veritate per tormenta comperta, nec ius ego in hac cauſa, nec æquum poſtulare viderer, qui ſci-

licet ψευδομαρτυριῶν agerem: & inferius, ἐμοῦ δ' ἐκδόντος τὸν παῖδα περὶ τούτου βασανίζειν αὐτοῖς, οὐκ ἠθέλησε παραλαβεῖν : vbi notandum ἵνα coniunctionem

Ἵν' ἐδόκουν.

cum indicatiuo iunctam eſſe, ἵν' ἐδόκουν, ἀντὶ τοῦ ἵνα δόξαιμι. Sic apud Xenophontem in primo παιδείας, Εἰ δὲ ἐκ ταύτας ἀποφύγοι τὰς κύνας, τοὺς πόρους αὐτῶν ἐκμανθάνων, καὶ πρὸς οἷα χωρία φεύγειν αἱροῦνται οἱ λαγῷ, ἐν τούτοις τὰ δίκτυα δυσόρατα ἐνεπετάννυεν, ἵνα ἐν τῷ σφόδρα φεύγειν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπίπτων ἐνέδυ. Id eſt, vt ipſe ſe indueret in retia, ἵν' ἐνδύσαιτο. Lucia. εἰ γάρ τι, ἔφη, τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοῖς στέφεσθαι, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς, ἀντὶ ἀνασπῷεν.

Μὴ ἀπαγορευτικὸν μετ' ὁριστικοῦ.

Μὴ etiam ἀπαγορευτικὸν ſimiliter cum indicatiuo pro optatiuo & ſubiunctiuo iungitur, cum præteriti vocibus & cum præſentis. Demoſth. Καὶ τὸν χρόνον γενέσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολύν, δέδοικα μή τινα λήθην, ἢ συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμπεποίηκεν. Idem, τὴν δὲ εἰρήνην μέν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, δέδοικα μὴ λελήθαμεν, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ἐπὶ πολλῷ, ἄγοντες, Vereor ne non intelligamus nos pacem ita agere & colere, vt qui verſuram magno fœnore faciunt. Thucyd. Νῦν δὲ φοβούμεθα μὴ ἀμφοτέρων ἡμαρτήκαμεν. Plato cum præſenti in Phæd. Ἀλλὰ φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι, ἢ ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ. Idem per ἀόριστον, Καὶ ἅμα βλέψας εἰς τὸν Κέβητα, εἶπεν, ἀλλὰ μή που, ὦ Κέβης, καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν, Sed vereor ne quid te quippiam horum conturbarit. Philoſtratus etiã per parataticon cum aoriſto, Δέδοικα μὴ οὐδ' ἡσυχίαν ἦγαγεν, ἀλλ' ἐνώχλει καθεύδοντι. Odyſſ. quinto, Δείδω μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἶπεν.

Καρποῦσθαι.

Καρποῦσθαι, vti, frui. Demoſth. κατ' Ἀφόβου, Ἔδωκεν ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπώσασθαι. Significat etiam exhaurire & conſumere fructum alicuius prædii & redditum. Demoſth. de matre AEſch. Τελοῦσα μὲν ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ καθαίρουσα καὶ καρπουμένη τὰς τῶν χρωμένων οἰκίας, ἐξέθρεψε τοσούτους τουτονί. Idem alibi, Εἰ βούλοιντο χώραν ἔχειν καὶ καρποῦσθαι τὰ αὐτῶν, id eſt, ſi regionem pacatam habere vellẽt, & frui ſuis bonis. Καρποῦσθαι fructum elicere, fructuoſum facere. Theophraſtus in quarto, Φασὶ δὲ δεῖν οὕτω ποιεῖν, ὅταν ἤδη δοκῇ ἡ ἄμπελος καταφέρεσθαι, κλήματά τε ἐπιβάλλειν, καὶ καρποῦσθαι ἐνιαυτόν, id eſt, palmites ſummittere, & fructum in annum elicere. Καρποῦσθαι τὴν σχολήν, id eſt frui otio Syneſius dixit eos qui ſtudent philoſophiæ. Lyſ. in Apolog. τοῦ δήμου καταλύσ. Ἴστε γὰρ Ἐπιγένην καὶ Διοφάνη ἰδίᾳ μὲν καρπωσαμένους τὰς τῆς πόλεως συμφοράς, δημοσίᾳ δὲ ὄντας μεγίστων κακῶν αἰτίους, Priuatim quidem fruentes calamitatibus publicis, hoc eſt, in calamitate publica priuatim ſeſe oblectantes, ſibi & genio ſuo indulgentes : vel potius, ex incommodis publicis ſua comparantes commoda. Idem Theophilo, Καρποῦνται δὲ τὰς τιμάς, ἐκεῖ περινοστοῦντες ὅπου κερδαλεώτερον. Thucyd. καρπίζεσθαι vtitur pro καρποῦσθαι.

Καρπίζεσθαι

Theoph. autẽ καρπίζεσθαι ἀντὶ τοὺς καρποὺς ἀποδρέπεσθαι, quod pene idem eſt. Καρπιζόμενα etiam appellat ea ſemina quæ terram exhauriunt, & extenuant: quæ Defrugare terram à Latinis dicta ſunt penè ad verbum, vt apud Plinium, Segetem ne defruges. Theophraſt. Καρπίζεται τὴν γῆν μάλιστα πυρός, διὸ καὶ ἀγαθὴν ζητεῖ χώραν. Idem, Ἐπικαρπίζεται δὲ σφόδρα ὁ αἰγίλωψ. Dicitur etiam ἐκκαρπίζεσθαι. Ἐκκαρπίζω verò fructus decerpo & percipio. Ἐκκαρποῦμαι etiam eſt exhaurio & extenuo facultates alicuius, &

Defrugare.
Ἐπικαρπίζεσθαι
Ἐκκαρπίζω.
Ἐκκαρποῦμαι.



percipio earum fructus. Demoſth. κατὰ Τιμοκράτ. Ἵνα τὸν πολὺν χρόνον ὑμᾶς τινὲς ἐκκαρπουμένων, ἐκ πολλὰ τῶν ὑμετέρων διηρπακότων, μὴ δ' ἃ κλέπτοντες φανερῶς εἰλήφθησαν, καταθῶσι. Sic Greg. Τὸ ἅγιον ἐκκαρποῦσθαι μέγα ἐτίθετο, id eſt, quæſtui habere res ſacras atque diuinas. Et Ἐκκάρπωσις fructuum & commodorum perceptio, & vſus rei fructuoſus. Dicitur etiam Ἐπικαρπία. Idem Demoſth. κατ' Ἀφόβου, Καὶ τὰς μὲν σφετέρας αὐτῶν οὐσίας ἐκ τῆς ἐπικαρπίας διῳκήκασι, καὶ τἀρχαῖα τῶν ὑπαρχόντων ἐκ τῶν ἐμῶν πολλῷ μείζω πεποιήκασι. Plato libro x i i legum, Χρημάτων εἰσφορᾶς πέρι τῷ κοινῷ, τετιμῆσθαι μὲν ἕκαστον τὴν οὐσίαν, ἕνεκα πολλῶν χρεῶν, καὶ τὴν ἐπέτειον ἐπικαρπίαν ἐν γράμμασιν ἀποφέρειν ἀγρονόμοις φυλέταις, Et ſenſus ſui annuũ redditum profiteri in commẽtarios relatũ ſuæ tribus apud agronomos. Ariſtot. ἐπικαρπίαν, quæſtum appellat, & fruges meſſéſque ἐπικαρπίας vocat.

Ἐκκάρπωσις.
Ἐπικαρπία.

Παρανοίας δίκην γράφεσθαι τοὺς πατέρας lege Athenienſium liberis licebat, quemadmodum patribus filios abdicare. Plato lib. x i legum, Διαφοραὶ πατέρων τε πρὸς αὐτῶν παῖδας γίγνονται, καὶ παίδων πρὸς γεννήτας μείζους ἢ χρεών· ἐν αἷς οἵ τε πατέρες ἡγοῖντ' ἂν δεῖν τὸν νομοθέτην νομοθετεῖν, ἐξεῖναι σφίσιν ἐὰν βούλωνται, τὸν υἱὸν ὑπὸ κήρυκος ἐναντίον ἁπάντων ἀπειπεῖν κατὰ νόμον μηκέτ' εἶναι· υἱεῖς τε αὖ σφίσι πατέρας ὑπὸ νόσων ἢ γήρως διατιθεμένους αἰσχρῶς, ἐξεῖναι παρανοίας γράφεσθαι. Qui autem bona ſua dilapidabant, οἰκοφθόροι dicebantur, & verbum οἰκοφθορεῖν inde deductum. Et dementes autem & prodigi ſub titulo de curatore prodigi à iuriſconſultis appellati ſunt. Idem, Ἐὰν δέ τις τινὰ νόσος ἢ γῆρας ἔκφρονα ἀπεργάζηται, καὶ λανθάνῃ τοὺς ἄλλους πλὴν τῶν συνδιαιτωμένων, οἰκοφθορῇ δὲ ὡς ὢν τῶν αὑτοῦ κύριος, ὁ δὲ υἱὸς ἀπορῇ, καὶ ὀκνοῖ τὴν τῆς παρανοίας γράφεσθαι δίκην, νόμος αὐτῷ κείσθω. Cum autem erat ei bonis interdictum, ἄκυρος τῶν ἑαυτοῦ dicebatur. Idem, Ὁ δὲ ὀφλών, τὸν λοιπὸν χρόνου ἄκυρος ἔστω τῶν ἑαυτοῦ, καὶ τὸ σμικρὸν διατίθεσθαι, καθάπερ παῖς δὲ οἰκείτω τὸν ἐπίλοιπον βίον, Qui autem dementiæ cõpertus eſt, ſuorum adminiſtrandorum poteſtate mulctatus ſit, vt ne tãtulum quidẽ alienare poſſit. Herod. Terpſichore, Κατήλλαξαν δὲ σφέας ὧδε Πάριοι, ὡς ἀπίκοντο αὐτέων ἄνδρες ἄριστοι ἐς τὴν Μίλητον. ὥρεον γὰρ δή σφεας δεινῶς οἰκοφθορημένους, ἔφασάν αὐτέων βούλεσθαι διεξελθεῖν τὴν χώραν. οἰκοφθορημένους dixit eos quorum familiæ ad egeſtatem erant redactæ: vnde κατοικοφθορεῖν. Plutar. in Alcibiade, Ἐγείρας αὐτοὺς καὶ προξενίας κινεῖν τὸν αὐτόθεν πόλεμον ἐπὶ τοὺς ἀθηναίους, τὸ δὲ μέγιστον ἐπιτειχίσαι Δεκέλειαν· οὐ μᾶλλον οὐδὲν διειργάσατο καὶ κατοικοφθόρησε τὴν πόλιν, exhauſit & accidit res eorum. Οἰκοφθορία egeſtas & euerſio familiæ. Plato, οἰκοφθορίαν καὶ πενίαν φοβούμενοι. cui contraria eſt οἰκωφελία, id eſt frugalitas. Odyſſ. ξ'. Τοῖος ἔα ἐν πολέμῳ, ἔργον δέ μοι οὐ φίλον ἔσκεν, Οὐδ' οἰκωφελίη, ἥ τε τρέφει ἀγλαὰ δῶρα.

Παρανοίας δίκη.
Οἰκοφθόροι.
Οἰκοφθορεῖν.
Ἄκυρος τῶν ἑαυτοῦ.
Κατοικοφθορεῖν.
Οἰκοφθορία.
Οἰκωφελία.

Ἐξούλης δίκη, interdictum vnde vi, & iudicium de vi. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Τί γὰρ δήποτε ἄν τις ὀφλὼν δίκην μὴ ἐκτίσῃ, οὐκ ἐποίησεν ὁ νόμος τὴν ἐξούλης ἰδίαν, ἀλλὰ προστιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ. Καὶ πάλιν, Τί δήποτε ἂν μὲν ἑκὼν παρ' ἑκόντος τις λάβῃ τάλαντον ἓν ἢ δύο, καὶ ταῦτα ἀποστερήσῃ, οὐδὲν αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν ἐστίν. ἂν δὲ μικροῦ πάνυ τιμήματος ἄξιόν τις λάβῃ, βίᾳ δὲ τοῦτο ἀφέληται, τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν οἱ νόμοι κελεύουσιν ὅσον περ τῷ ἰδιώτῃ. Ad quorum verborum intelligentiam hoc ſcire oportet, quòd pecuniæ damnato tempus rei iudicatæ fa-

Ἐξούλης δίκη.

ciendæ præſtituebatur: quo elapſo, ſi iudicatum non faciebat, is ſecundum quem iudicatum fuerat, in poſſeſſionem bonorum damnati mittebatur: Qui ſi inde vi expelleretur, iudicium iam non priuatum ſed publicum eſſe incipiebat, hoc eſt, ἐξούλης δίκη, quæ actio erat pœnalis. Ὀφλὼν δίκην dicitur, qui rei iudicatæ debitor eſt: qui ſi non ſoluebat intra terminũ rei iudicatæ, nec patiebatur bona ſua poſſideri, tunc erat res ei etiam cum Repub. non tantùm cum creditore. vt ſiquis hodie pignus prætorium vi auferat, de vi tenebitur. Deducta eſt dictio ἀπὸ τοῦ Ἐξείλλω, τὸ ἐκβάλλω τῆς κτήσεως. Demoſthenes πρὸς Παραίνετον, Οὐκοῦν ὁ μὲν νόμος ἐάν τις ἐξείλῃ τινὰ τῆς ἐργασίας, ὑπόδικον ποιεῖ· ἐγὼ δὲ οὐχ ὅπως αὐτὸς ἐξείλλω τοῦτον, ἀλλ' ὧν ἄλλος ἀπεστέρει, τούτων ἐγκρατῆ κατέστησα, Ego verò non ſolum ipſum nõ eieci, ſed vnde ab alio eiectus erat, ipſum in poſſeſſionem reſtitui. Ariſtides in Panath. Μόνοις γὰρ ἡμῖν ὑπάρχει καθαρὰν εὐγένειάν τε καὶ πολιτείαν αὐχῆσαι· καὶ δυοῖν ὄντοιν ὀνομάτοιν, ἑκάτερον κύριόν ἐστι τῇ χώρᾳ διὰ τὸ ἕτερον, εἰκότως. οἵ τε γὰρ ξένοι διὰ τοὺς ἄλλους πολίτας γνησίους ὄντας, ἀνέχονται τῷ προσρήματι, οἵ τε πολῖται βεβαιοῦσι τὴν ἐπωνυμίαν, τῷ καθαροὶ ξένων εἶναι τὸ ἐξ ἀρχῆς. οὐκοῦν ἐξούλης γε μόνοις ἡμῖν, εἰ οἷόν τε ἐστὶν εἰπεῖν, οὐδ' ἂν εἷς λάχοι τῆς γῆς, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τῆς μητρός τινι, Solis enim nobis gloriari nobilitate natalium licet, & ciuili cõmunitate: & quum duo ſint vocabula huic regioni, alterum ab altero nobis merito confirmatur. Nanque peregrini qui dicuntur, hac vtique appellatione continentur, propter eos qui ciues germani ſunt: qui vtique ipſi eam appellationem eo ratam illis faciunt, quòd ipſi iam inde ab initio puri & vacui peregrinorum communione fuerunt. Quo fit vt vni, ſi fieri poteſt, ipſi ſimus, quibuſcum nemo vnde vi agere poſſit ob regionem quam incolimus: nõ magis quàm matris cuiuſque nomine experiri quiſquam cum filio ipſius iure poteſt. Quibus verbis ſignificatur Athenienſes αὐτόχθονας τῆς Ἀττικῆς eſſe, nec alios vnquam homines inde ab ipſis eiectos eſſe, vt aliis regionibus contigit.

Ἐξείλλω.

Ἐξούλης λαχεῖν τινι.

Συνκακουργία.
Συνκακουργεῖν.

Συνκακουργία, eſt quæ colluſio à iuriſconſultis dicitur. & Συνκακουργεῖν colludere. Libanius, Ἑλὼν αὐτὸν ἑκόντα καὶ συνκακουργοῦντα, Damnauit eum apud iudices volentem & colludentem. Et res per colluſionem actoris & rei tranſacta, Συνκακούργημα dicitur, ex quo genere eſt præuaricatio, id eſt, καθύφεσις, de qua in præcedentibus diximus. Colludere etiam συντεχνάζειν dicitur à Plutarcho.

Συνκακούργημα.
Συντεχνάζειν.

Διώκω σε πληγῶν, & Εἴληχα σοι πληγῶν.

Διώκω σε πληγῶν, καὶ εἴληχά σοι πληγῶν, ago tecum iniuriarum ob verbera. & διώκω σε βλάβης, καὶ διώκω σε φόνου.

Δικαιολογία.
Δικαιολογεῖσθαι.
Allegare.

Δικαιολογία eſt cauſæ ſuæ defenſio, iuris ſui in medium prolatio. & Δικαιολογεῖσθαι iura ſua allegare, & in iure diſceptare: quòd cauſificari Plautus dixit, Cicero etiam cauſari & proferre, Quintil. & Iuriſconſ. allegare appellant, hoc eſt, προτείνεσθαι, & προΐσχεσθαι, & προέχεσθαι, & προφέρειν. hæc enim omnia ferè de eodẽ dicũtur. Δικαιολογεῖσθαι etiã pro ἀμφισβητεῖν & δικάζεσθαι ponitur. Plut. Δηλίων πρὸς Ἀθηναίους δικαιολογουμένων περὶ τῆς νήσου, καὶ λεγόντων, & reliqua. Lucia. Ἡδέως ἂν σοι δικαιολογησαίμην ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων, id eſt, iudicio contenderem & diſceptarem. quo modo etiam Athenæus vſus



vſus eſt. Alibi, Ἐδικαιολογεῖτο πρός με, mecum amicè expoſtulabat, quòd iniuriam ei intuliſſem. Δικαιολογία eſt id, quod pro cauſæ firmamento dici poteſt. Libanius, Ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν τὰς δικαιολογίας ἑκατέρων· καὶ ὁ μὲν Λεπτίνης ἰσχυρίζεται τῷ συμφέροντι, καὶ τῷ δικαίῳ, id eſt, nititur præcipuè vtilitate & iuſtitia. ὁ δὲ κατήγορος ἰσχυρίζεται τῷ νομίμῳ, καὶ τῷ δικαίῳ, καὶ τῷ συμφέροντι. Δικαιώματα etiã τὰ δικαιολογήματα dicuntur. Ariſtot. in primo de cælo, Ἅμα δὲ καὶ μᾶλλον ἂν εἴη πιστὰ τὰ μέλλοντα λεχθήσεσθαι, προακηκοόσι τὰ τῶν ἀμφισβητούντων λόγων δικαιώματα. τὸ γὰρ ἐρήμην καταδικάζεσθαι δοκεῖν, ἧττον ἂν ἡμῖν ὑπάρχοι, id eſt, cauſæ præſidia, & firmamenta quibus cauſa nititur.

Δικαιολογία.

Δικαίωμα.

Ἀπόρρημα.

Ἀπόρρημα dicitur vetitum & interdictũ magiſtratus. Et ἀπορρηθὲν & ἀπόρρησις. Plato in Politico, ἢ καὶ τοῦτο τὸ ἀπόρρημα οὐδὲν ἧττον ἂν γελοῖον ἐκείνου φαίνοιτο; Eſt enim ἀπειπεῖν, vetare & interdicere. Et ἀπείρηκα τῷ διαιτητῇ μὴ διαιτᾶν, teſtato denunciaui arbitro me ſtare eius arbitratu nolle. verba ſunt arbitrum arbitrari vetantis. Demoſthenes πρὸς Ἀπατούρ. Ὅταν δ' ὁ αὐτὸς ἠφανικὼς φαίνηται τὰ γράμματα καθ' ἃ δεῖ τὴν δίαιταν γίνεσθαι, καὶ αὐτὸν τὸν διαιτητὴν παρὰ τὴν ἀπόρρησιν φῇ δεδιῃτηκέναι, πῶς ἂν τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ πιστεύσαντες, δικαίως ἐμὲ ἀπολέσετε; id eſt, Cum contra interdictum ſententiam tuliſſe eum liqueat. Hoc idem Ἀπαγόρευμα dicitur à Plutarcho, & opponitur τῷ προστάγματι. Homerus ἀπομυθεῖσθαι dixit Iliad. ix, Οὔτι καθ' ἡμέτερόν γε νόον. μάλα γάρ τοι ἔγωγε Πολλ' ἀπεμυθεόμην. ἀπηγορεῦσαι eſt ferè idẽ quod ἀπολογεῖσθαι. Ariſtot. Ὁ μὲν φεύγων ἐν τῷ ἀγῶνι, μόνον ἀκούει πρὸς ἃ δεῖ αὐτὸν ἀπηγορεῦσαι, καὶ τοὺς μάρτυρας παρασχέσθαι πρὸς τὰ κατηγορημένα, id eſt, ea demum audit, ad quæ reſpondere oportet, hoc eſt, quæ defenſurus eſt. Plato libro ſexto de legibus, Καὶ τὴν προβολὴν δὴ τὸν αἱρούμενον ἐκ τῶν ἐμπείρων ποιητέον. ἔν τε τῇ δοκιμασίᾳ κατηγόρημα ἓν τοῦτ' ἔστω καὶ ἀπηγόρημα, τῶν μὲν, ὡς ἄπειρος ὁ λαχών, τῶν δ' ὡς ἔμπειρος, Et eligenti quidem ad muſicorum collegium aliquem, faciendum eſt vt è numero peritorum nominet: & in nominatis ipſis comprobandis vna hæc ſit accuſatio & defenſio, horum quidẽ, quòd imperitus ſit is cuius ſors inter nominatos exierit: illorum verò, quòd peritus. Ἀπόρρησις etiam ſignificat abdicationem. Plato lib. xi leg. Διὸ δὴ δεῖ τὸν ταῦτα πεισόμενον ἐν δίκῃ, μὴ ὑπὸ ἑνὸς πατρὸς, ὑπὸ δὲ τοῦ γένους ἀπορρηθῆναι παντὸς, id eſt vt ibidẽ ἀποκεκηρύχθαι. Significat & renunciationẽ. Syneſius Ἀναστασίῳ de Amaſide amicitiam Polycrati renunciante, Ἀλλ' οἷς εὐτυχοῦντι κήρυκα πέμψας τὴν φιλίαν ἀπείπατο, δῆλον ἐποίησεν, ὅτι κἂν ἐδάκρυσεν εἰ προὔλαβεν ἡ συμφορὰ τὴν ἀπόρρησιν, ſi calamitas anteuertiſſet renunciationi. ἀπείπατο autem ἀντὶ τοῦ ἀπεῖπε dixit, μέσον ἀντὶ ἐνεργητικοῦ. Dicunt enim εἶπα & εἶπον. Demoſthenes, ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι εἰπάτω. Et εἴπατε dicite, Dinarch. Idem Syneſ. Τοῦτο οὐκ ἔστιν φιλίαν ἀπειπεῖν, ἀλλ' ἔχθραν ἀνειπεῖν. Ariſtot. in octauo Ethicorum, Διὸ κἂν δόξειεν οὐκ ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀπείπασθαι, πατρὶ δὲ υἱόν, id eſt, Ex quo videtur non licitum eſſe filio patrem abdicare, verùm patri filium. Ἀπαγορεύειν etiã eſt legationem renunciare, vt Iliad. vii, Πάντες ὁμηγερέες ποτιδέγμενοι ὁππότ' ἄρ' ἔλθοι Ἰδαῖος. ὁ δ' ἄρ' ἦλθε, καὶ ἀγγελίην ἀπέειπε. Significat etiam hoc verbum retractare quod dictum eſt, hoc eſt pollicitationem vel promiſſum renunciare, & quaſi ſeſe reprehendere reuocaréque. Plutarchus in Craſ.

Ἀπειπεῖν.

Ἀπαγόρευμα.
Ἀπομυθεῖσθαι.
Ἀπηγορεῦσαι.

Κατηγόρημα.
Ἀπηγόρημα.

Ἀπόρρησις.
Ἀπορρηθῆναι.
Ἀποκεκηρῦχθαι.

Ἀπείπασθαι.

Πολλοὶ δὲ καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ τὰς εἰρημένας γνώμας ἀπειπάμενοι, πρὸς τὴν ἐκείνου με-
τέστησαν. Inde illud Homericum Iliados. τ, Μῆνιν ἀποειπὼν Ἀγαμέμνονι ποιμέ-
νι λαῶν, Αἶψα μάλ' ἐς πόλεμον θωρήσσεο, Iram renuncians & finiens, vel te iam
non offenſum ei eſſe nuncians: hoc eſt, nuncium, vt ita dicam, inimici-
tiarum remittens, & valere iræ pertinaciam ſinens, vel ἔνδοσιν ποιῶν τῆς
μήνιδος, iram remittens. Ἀπειπεῖν etiam ἀποφήνασθαι τὴν γνώμην ſigni-
ficat, vt Odyſſ. pri. Ἠῶθεν δ' ἀγορήνδε καθεζώμεσθα κιόντες Πάντες, ἵν' ὑμῖν μῦθον
Ἀπόρρησις. ἀπηλεγέως ἀποείπω. Ἀπόρρησις etiam eſt defatigatio, & defectio virium &
animi. Eſt enim ἀπειπεῖν idem quod ἀποκαμεῖν. Syneſ. Καὶ μήτε σὺ κάμοις
ἀπαντῶν ταῖς φιλτάταις πρασιαῖς, μήτε ἐκεῖναί ποτε πρὸς τὰς ὠδῖνας ἀπαγορεύσαιεν,
laſſeſcant & fatiſcant, de horto loquens ſilphiophoro, ac ſi diceret μὴ ἐκ-
Ἐκκαμεῖν. κάμοιεν, ne elaſſeſcant, vt Plinius dixit. Quod apud Apoſtolum Ἐκκακεῖν
Ἐκκακεῖν. legitur, ad Epheſios tertio, μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσι. Gregorius, Εἰ μὴ ἐκ-
καμοῦμεν ἐν ταῖς θλίψεσι. vbi fortaſſe vel ἐκκακοῦμεν, vel ἐκκαμούμεθα legen-
dum per futurum. Plutarchus, Καὶ σίδηρος ἐξέκαμε πληγαῖς, ceſſit & cedit.
Ἀπειρηκώς. Xenophon τὸν λαγὼν ἀπειρηκότα, leporem curſu exanimatum dixit. Plutar-
chus de duobus Ciceronibus proſcriptionem fugientibus, Οἱ δ' ἐκομίζον-
το ἐν φορείοις, ἀπειρηκότες ὑπὸ λύπης, animum deſpondentes præ triſtitia, quaſi
Θανατῶ. θανατῶντες, ἀλύοντες: nam animum deſpondere πρὸς λέξιν, ἀπολέγεσθαι dici-
Ἀπολέγεσθαι. tur, vt alibi dicetur. Ἐκκακεῖν etiã legitur apud Polybiũ, & περικακεῖν, quod
Περικακεῖν. eſt velut animo prorſus cõcidere & labare, & malo vinci, malis cedere. Po
lyb. lib. 2. Περικακοῦντες δ' ἤδη καὶ δυσχρηστούμενοι τοῖς πράγμασιν, οἱ μὲν ἀπὸ θυμοῦ καὶ τῆς ἀλογι-
στίας εἰς τοὺς πολεμίους εἰκῆ παραβάλλοντες, ἑκουσίως ἀπέθνησκον. Idẽ in tertio, Ἐν ᾧ
καιρῷ καὶ τὸν Φλαμίνιον αὐτὸν δυσχρηστούμενον καὶ περικακοῦντα τοῖς ὅλοις, προσπεσόντες τινὲς
Ἐγκακεῖν. τῶν Κελτῶν ἀπέκτειναν. Ἐγκακεῖν eſt quaſi ἐθελοκακεῖν, de quo alibi dictum eſt.
Idem libro quarto, Λακεδαιμόνιοι δὲ τὸ μὲν πέμπειν τὰς βοηθείας κατὰ τὴν διάταξιν,
ἐξενεκάκησαν, βραχεῖς δέ τινας παντελῶς ἱππεῖς καὶ πεζούς, στοχαζόμενοι τοῦ δοκεῖν μόνου,
ἐξέπεμψαν, ad mittendas ſuppetias conſulta propè ignauia elanguerũt.
Lucæ XVIII, Ἔλεγε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ
ἐκκακεῖν. Ἀλύειν inter alia animo quoque concidere ſignificat, & langue-
Ἀλύειν. re præ conſilii inopia & mœrore, vt apud eundem Plutarchum in Cice-
rone, αὖθις δ' ἀλύων καὶ μεταβαλλόμενος κατῄει εἰς θάλασσαν, quaſi ſpe deplora-
Ἀθυμεῖν. ta confectus. Suprà pro eodem ἀθυμῶν dixerat & ἀπειρηκώς. Significat
etiam errabunda mente affici & incerta, impotentíque conſilio. Idem
de Antonio Cleopatram expectante miro animi angore veluti prurien-
tis, Καὶ βραδυνούσης ἀδημονῶν ἤλυε. Sic Lucia. de Tyro, Ἡ δὲ παρὰ τὰς ὄχθας
ἀλύουσα, καὶ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος ἀπολλυμένη, ἐνίοτε λουμένη εὔχετό σοι ἐντυχεῖν, ad Enipeũ
fluuium loquens. Idem Plut. de eodẽ Antonio, Κυλινδήσεις τε ἐν γυναίοις,
καὶ μεθημέραν ὕπνοις καὶ περιπάτοις ἀλύοντος καὶ κραιπαλῶντος, νύκτωρ δὲ κώμοις, Id eſt,
languentis animo, & præ voluptatum multitudine non ſatis compotis
mentis, ſed quaſi alienati immodico luxu. Alibi pro oberrante & teme-
re expatiante, de eodem loquens qui in Libyam aufugerat, Ἀπολαύων ἐρη-
μίας ἀφθόνου σὺν δυσὶ φίλοις, ἀλύων καὶ πλανώμενος. Gal. pro δυσαρεστεῖσθαι, quum
dicit, Ὅταν ὁ ἀσθενῶν ἀπαλλαγῇ τοῦ καυσοῦσθαί τε καὶ ἀλύειν. Homerus Iliados



vltimo de Achille Patroclum lugente, τότε δ' ὀρθὸς ἀναστὰς Δινεύεσκ' ἀλύων
παρὰ θῖν' ἁλός, οὐδέ μιν ἠὼς Φαινομένη λήθεσκεν ὑπεὶρ ἅλα, ἠιόνας τε, pro mœrore cõ-
fecto & ob id inquieto & oberrãte ponitur. Et Odyſſeæ IX, de Polyphe-
mo excæcato, αὐτὰρ ὁ μοχλὸν Ἐξέρυσ' ὀφθαλμοῖο πεφυρμένον αἵματι πολλῷ, Τὸν μὲν
ἔπειτ' ἔρριψεν ἀπὸ ἕο χερσὶν ἀλύων, id eſt ſtomachans, καὶ δυσφορούμενος. Eurip.
in Oreſte, Ἔα, τί χρῆμ' ἀλύω, πνεῦμ' ἀνεὶς ἐκ πνευμόνων. ἀντὶ τοῦ διὰ τί χρῆμα· ἐν ἀμη-
χανίᾳ εἰμί, τίς νόσος δι' ἣν ἠπόρημαι. οἱ ποιηταὶ (inquit enarrator) ποτὲ μὲν δάκνεσθαι καὶ ἀπο-
ρεῖσθαι ἀλύειν λαμβάνουσιν, ποτὲ δὲ ἀντὶ γαυριᾶν καὶ χαίρειν, ὡς παρὰ τῷ ποιητῇ, Ἦ ἀλύεις ὅτι
Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην; ἄλυς autem eſt idem quod ἀδημονία καὶ ἀπορία, καὶ πλά- Ἄλυς.
νος. Plutar. in proble. Καὶ τοῖς Ἕλλησιν οἴονται μηδὲν οὕτω δουλείας αἴτιον γεγονέναι
καὶ μαλακίας, ὡς γυμνάσια καὶ παλαίστρας, πολλὴν ἄλυν καὶ σχολὴν ἐντεκούσας ταῖς πόλεσι
καὶ κακοσχολίαν. Idem ἐν τῷ, πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ, Ὅταν
οὖν οἱ τοιοῦτοι κατασπασμοὶ γένωνται μὴ πολλάκις, αἱ τῆς ἐξάρσεως τοῦ φρονήματος διαλύωσι
τὸν ἄλυν καὶ τὴν ἀδημονίαν, ἔν τινι βεβαίῳ τὴν προκοπὴν εἶναι δεῖ νομίζειν. Cæterum
Ἀπόρρητον aliquando ἀπηγορευμένον ſignificat, id eſt vetitũ & prohibitum. Ἀπόρρητον.
Lyſias κατὰ Θεομνήστου, Ἴσως τοίνυν ἐρεῖ πρὸς ὑμᾶς ἅπερ ἐτόλμα λέγειν καὶ πρὸς τὸν διαι-
τητήν, ὡς οὐκ ἔστι τῶν ἀπορρήτων ἐάν τις εἴπῃ τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι. τὸν γὰρ νόμον οὐ ταῦτ'
ἀπαγορεύειν, ἀλλ' ἀνδροφόνον οὐκ ἐᾶν λέγειν. Aliquando arcanum. Idem, Τὰ δὲ
μέλλοντα, ἐν ἀπορρήτῳ οἱ πεντακόσιοι ἴσασιν, id eſt, Quæ autem ego facturus clam
retuli ad conſilium, ea ego peruulgata nolui. Significat etiam ἄφραστον
καὶ ῥηθῆναι μὴ δυνάμενον, quo etiam ipſe alibi vſus eſt. Significat & ῥηθῆναι
ἀνάξιον. Iſocrat. κατὰ Λοχίτου, Οὕτω δὲ ἡγήσαντο δεινὸν εἶναι τὸ τύπτειν ἀλλήλους, ὥστε
περὶ τῆς κακηγορίας νόμον ἔθεσαν, ὃς κελεύει τοὺς λέγοντάς τι τῶν ἀπορρήτων πεντακοσίας
δραχμὰς ὀφείλειν, qui iubet eos qui conuiciando aliquid obiecerint, quod
palàm fieri nec æquũ nec honeſtũ ſit, duobus millib' ſeſtertiũ mulctari.

Εὐθυδικία, eſt recta intentionis depulſio, iuſta & plena recuſatio: quod Εὐθυδικία.
fit cum is qui in iudicium vocatus eſt, nulla præſcriptione fori, aut alia
exceptione ſummotoria vtitur, nec litis excipiendæ diuerticulo. Eſtque
Εὐθυδικίαν ἀγωνίζεσθαι, τὸ, τοῖς ἐπιφερομένοις ἐγκλήμασιν ἀπαντᾶν, ἀλλ' οὐκ ἀναιρεῖν
τὸν περὶ αὐτῶν ἀγῶνα, καὶ παραγραφαῖς χρώμενον, τὴν δίκης εἰσαγωγὴν ἀναδύεσθαι
καὶ παραιτεῖσθαι, hoc eſt, Recta via pedem cõferre cum actore, actionémque
ipſam & intentionem plena recuſatione propulſare, non exceptione ali-
qua reiectrice, aut iudicii declinatrice, aut alia tranſlatione, experiundi
iuris poteſtatẽ auferre, certaménque detrectare. Id quod fit quum reus
tranſlatione vtitur aut iudicii, aut perſonæ, aut tẽporis, aut alia præſcri-
ptione nititur magis quàm cauſæ iuſtitia & æquitate. Id forẽſi ſermone
noſtri Finem declinatorium, & Finem non procedendi, & Finem nõ ad-
mittẽdi appellant. Quas exceptiones qui tranſmittendas eſſe ducit, & cõ-
trouerſiæ ſtatũ in ſumma cauſæ ponit, vt firmitudine iuris fretus, is Εὐθυ- Εὐθυδικεῖν.
δικεῖν dicitur, quaſi pede collato & recto certamine cõfligere: collatis cau-
ſæ firmamentis, quaſi ſignis ambigere & litigare: recta cauſæ caput pete-
re. vulgo Ad principem cauſam aggredi dicimus. Demoſthenes πρὸς
Φορμίωνα, Οἱ μὲν οὖν νόμοι καθ' οὓς ὑμεῖς δικασταὶ κάθησθε, ἐάν τις ἀφεῖσθαι μὲν συμβό-
λαια ὁμολογῇ, ἀμφισβητῇ δὲ ὡς πάντα πεποίηκε τὰ συγκείμενα, ἀπολογεῖσθαι κελεύ-

οῖσιν εὐθυδικίαν εἰσιόντα, οὐ κατηγορεῖν τοῦ διώκοντος. Idem περὶ στεφάνου, Προλαβὼν δέ μου ὥστε πρότερον λέγειν, διὰ τὸ παραγραφὴν εἶναι, καὶ μὴ εὐθυδικίᾳ εἰσιέναι, καὶ ταῦτ' ἀναγνοὺς, καὶ τἄλλα ὡς αὐτῷ συμφέρειν ἡγεῖτο ψευσάμενος, οὕτω διέθηκε τοὺς δικαστὰς, ὥστε φωνὴν μηδ' ἡντινοῦν ἐθέλειν ἀκούειν ἡμῶν, Cum autem mihi perorando anteuertiſſet (quippe præſcriptionis inſtantiam ipſi, non rectæ controuerſiæ, in iudicium deduxeramus) & hæc ipſe quũ legiſſet, &c. Ex quibus verbis intelligimus, in exceptionis & tranſlationis cõtrouerſia, priores eſſe partes in dicendo eius vnde petitur, id eſt rei. Id quod hodie fieri poteſt, ſi quis aut libello curiæ porrecto, aut reſcripto regio impetrato, ad obiicĩedam præſcriptionem aliquam admittendum ſe poſtulet: vt ſi hoc vicerit, actionem experientis excludat: in eo enim certamine, & in ea inſtantia actoris partes ipſe agit, licet in ſumma quæſtione reus ſit. Hermog. περὶ στάσεων, Δύο δέ ἐστιν εἴδη τῆς παραγραφῆς, ἡ μὲν ἔγγραφος, ἡ δὲ ἄγραφος. καὶ ἡ μὲν ἔγγραφος, ἐστὶν ἀπαγωγὴ τῆς εὐθυδικίας κατὰ παραγραφὴν ἀπὸ ῥητοῦ τινὸς περὶ οὗ ἡ ζήτησις, ὅτι δὶς περὶ τῶν αὐτῶν δίκην μὴ εἶναι, hoc eſt, Legis exceptione vtentẽ depellere intẽtionem agentis vel inſimulantis. ἡ δὲ ἄγραφος, ἐστὶ μὲν ἀπαγωγὴ τῆς εὐθυδικίας καὶ αὐτὴ, κατὰ παραγραφὴν ἀπὸ ῥητοῦ, τὴν ζήτησιν δὲ οὐ περὶ ῥητὸν ἔχει, ἀλλὰ περὶ τόπον, ἢ χρόνον, ἢ πρόσωπον, ἢ αἰτίαν.

Ῥητόν.

Eſt autem ῥητὸν apud ipſum νόμος, διαθήκη, ψήφισμα, ἐπιστολὴ, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ ἐν ῥητοῖς. Sæpe autem exiſtit ζήτησις περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, quaſi de ſcripto vel verbo, & ſententia.

Εὐθεῖα.

Εὐθεῖα etiam pro eodem dicitur. Libanius in argumẽto, orationis ſupradictæ, Καὶ ὁ ἀγὼν ὀνόματι μέν ἐστι παραγραφικὸς, τῷ δὲ ἀληθεῖ, παρὰ τὴν εὐθεῖαν γίγνεται. Plutarch. in Cicerone, Τοῦ δὲ ῥήτορος Ὁρτησίου τὴν μὲν εὐθεῖαν τῷ Βέρρῃ συνειπεῖν μὴ τολμήσαντος, ἐν δὲ τῷ τιμήματι πεισθέντος παραγενέσθαι, καὶ λαβόντος ἐλεφαντίνην σφίγγα μισθὸν, εἰπέ τι πλαγίως ὁ Κικέρων πρὸς αὐτὸν, & reliqua. εὐθεῖαν ἀντὶ τῆς εὐθυδικίας dixit. Non enim auſus eſt Hortenſius rectum & plenum ſuſcipere patrocinium Verris, propter inuidiam furtorum: ſed in æſtimanda lite, vt immodica à Cicerone æſtimatione litis facta, accuſato Verri affuit.

Παραγίνεσθαι.
Παρεῖναι.
Βοηθεῖν.
Επικουρεῖν.
Ὑπεραπολογεῖσθαι.
Συναγορεύειν.
Ὑπεραποκρίνεσθαι.
Ἐκ περιουσίας.

Hoc enim ſignificat παραγίνεσθαι, quod etiam παρεῖναι dicitur, & βοηθεῖν & ἐπικουρεῖν: quibus omnibus verbis Plato in ſecundo de Rep. vſus eſt. Dicitur & ὑπεραπολογεῖσθαι, συνδικεῖν, συναγορεύειν, ὑπεραποκρίνεσθαι, hoc eſt, adeſſe, & patrocinari, & defendere. Idem Libanius alibi, Οὐ γὰρ βούλεται δοκεῖν ῥήματι τοῦ νόμου μόνον ἰσχυρίζεσθαι κατὰ τὸ πρᾶγμα ἀδικῶν, ἀλλὰ δείκνυσιν ὡς θαρρεῖ μὲν καὶ τῇ εὐθείᾳ, ἐκ περιουσίας δὲ αὐτῷ καὶ παραγραφὴν ὁ νόμος δίδωσι, Verùm ex abundanti cautione vti ſe præſcriptione oſtendit, quam ſibi lex indulget. Demoſthenes περὶ στεφάνου in proœmio, Οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ, id eſt, Iſte autem tantum eſt otii nactus, & tantùm quietis habet ab aliis negotiis, vt ei abundè vacet me accuſare: nedum perinde vt ego, in hoc ipſe certamine capite & fortunis periclitatur. Quib' verbis ſignificat AEſchinem id certamen ſpõte excitaſſe, nulla officii neceſſitate impulſum. Idem alibi, Οἱ δ' ἐκ περιουσίας πονηροὶ οὐδεμίαν πρόφασιν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν, id eſt, Qui autem in bonorum facultatúmque copia prauè agunt, excuſare egeſtatem non poſſunt, cum ipſi ob ſecus admiſſa poſtulantur. Quod idem rurſus his verbis ſignificauit, ἐὰν κολάζῃς τούτους ἐξ εὐπορείας πονηρούς.



Sic Greg. Ἀλλ' ἐκ περιουσίας ἐφαίνοντο πονηροί τε καὶ ἄνοοι. Idem, Ὁ δὲ κατὰ μετώπου μὲν ἵστασθαι, καὶ διακινδυνεύειν οὐκ ᾤετο δεῖν δίχα μεγάλης ἀνάγκης, ἐνὸν ἐκ περιουσίας κρατεῖν, cum abundè vincere ac nullo ſuo periculo poſſet.

Περιουσία.

Aliquando περιουσία aliter accipitur, vt ἐν τῷ περὶ παραπρ. Τίς οὖν ἡ ταύτης περιουσία, τῶν φόβων ἀφῃρημένων, καὶ τῶν κινδύνων τοῦ βουληθέντος αὐτὴν ἀδικῆσαι; Quid igitur prodeſt Cherroneſum ſupereſſe, & eſſe incolumem, quum impune à Philippo diripi poſſit, quum primum illi commodum atque etiam viſum fuerit?

Εὐθεῖα.

Εὐθεῖα etiam non tantùm εὐθεῖαν δίκην, ſed etiam εὐθεῖαν γραμμὴν ſignificat. Polyb. de caſtris Romanis loquens, Τιθέασι δὲ τὰς τούτων σκηνὰς ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν, ἥτις ἐστὶ παράλληλος τῇ τοῦ τετραγώνου προκριθείσῃ πλευρᾷ.

Ἐπ' εὐθείας εἶναι.

Sic Ἐπ' εὐθείας εἶναι, directè ſtare, Ariſtotel. Strabo libro primo, Ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ Αἰθιοπία ἐπ' εὐθείας ἐστὶ τῇ Αἰγύπτῳ, rectis lineis oppoſita eſt AEgypto. Idem libro ſecundo de Africa loquens, Ἡ δὲ μέση φαύλως οἰκεῖται, ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα, ἔρημος ἡ πλείστη καὶ τραχεῖα, καὶ ἀμμώδης. τὸ δ' αὐτὸ πέπονθε καὶ τῆς Ἀσίας ἡ ἐπ' εὐθείας ταύτῃ. Significat etiam rectum tramitem, hoc eſt

Εὐθυωρία.

Εὐθυωρίαν. Lucia. Καὶ δι' ἐκείνης ἠξίους ἐπὶ τὴν ἀρετὴν εἰσιέναι, ὡς δὴ μόνης ἀληθοῦς οὔσης, καὶ τὴν εὐθεῖαν δεικνυούσης. Plato in Timæo, Ὅταν οὖν μεθημερινὸν ᾖ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπῖπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον συμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, id eſt, directionem radiorũ ocularium.

Εὐθυωρεῖν.

Et Ariſtot. in Proble. ſectione x i, Ὥστε οὐ κωλύεται ἡ ὄψις εὐθυωρεῖν, id eſt εὐθυπορεῖν.

Παραγραφικὸς ἀγών.
Tranſlatio.

Παραγραφικὸς ἀγὼν, eſt litis conteſtatio ſuper tranſlatione & ſuper exceptione, quam Cicero tranſlatiuam cauſæ cõſtitutionem vocat in ſecundo Rhetor. Huiuſmodi eſt controuerſia apud Demoſthenem πρὸς Πανταίνετον, & πρὸς Φορμίωνα, & aliquot aliæ.

Παραγράφεσθαι.

Παραγράφεσθαι, excipere, præſcribere, id eſt, exceptione ſummouere petitionem. Sed exceptio acceptilationis & tranſactionis, ſunt παραγραφαὶ τοῦ ἐγκλήματος παντελῶς ἀναιρετικαὶ, id eſt, peremptoriæ: impediũt enim litis inſtaurationem ſtatim ab initio, quaſi iudicii ingreſſum, vt in illa oratione πρὸς Πανταίνετον, quam ſic exorditur orator, Δεδωκότων, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τῶν νόμων παραγράψασθαι περὶ ὧν ἄν τις ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας δικάζηται, γεγενημένων ἀμφοτέρων μοι τούτων πρὸς Πανταίνετον τουτονὶ, παρεγραψάμην, ὡς ἠκούσατε ἀρτίως, μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην, Præſcripſi, vt audiſtis nuper, Pantæneto actionem experiundíque poteſtatem eſſe denegandam: ideo ſcilicet, quòd me ἀφῆκεν τοῦ ἐγκλήματος, quòd mihi pridem acceptũ tulit quod nunc petit. Idem inferius, Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ νόμου λέγοντος ἄντικρυς, περὶ ὧν ἂν ἀφῇ καὶ ἀπαλλάξῃ τις, μηκέτι τὰς δίκας εἶναι. Baſil. πρὸς τοὺς πλουτ. Εἰ δὲ ὁ μὲν κύριος ὡς ἀναγκαῖα ἡμῖν ταῦτα διετάξατο, σὺ δὲ ὡς ἀδύνατα παραγράφῃ, οὐδὲν ἕτερον ἢ φρονιμώτερον σεαυτὸν εἶναι λέγεις τοῦ νομοθέτου, id eſt, excuſando & recuſando obiicis, & ais hæc fieri per te non poſſe, & quaſi contra diuinum mandatum excipis & præſcribis. In eadem oratione aliam exceptionem obiecit, de lege quæ vetat actiones diuerſas miſceri, petitionémque variis cauſis cumulari: certam enim eſſe formulam experiundi cuique actioni, nec eoſdem iudices omnium actionum eſſe. Ἐνταυθοῖ (inquit) πολλὰ ἄττα καὶ δεινά μοι ἅμα ἐγκαλεῖ· καὶ γὰρ αἰκίαν,

καὶ ὕβριν, καὶ βίαν, καὶ πρὸς ἐπικλήρους ἀδικήματα· τούτων δ' εἰσὶν ἑκάστου χωρὶς αἱ δίκαι, καὶ οὔτε πρὸς τὴν αὐτὴν ἀρχήν, οὔτε ὑπὸ τιμημάτων τῶν αὐτῶν, & reliqua. id eſt, Horum autem cuiuſque ſeorſum ſunt formulæ cõſtitutæ legibus, neque apud eundem magiſtratum, neque eadem litium æſtimatione. Οἱ δὲ νόμοι καὶ τούτων διδόασι τὰς παραγραφὰς ἀντιλαγχάνειν περὶ ὧν οὐκ εἰσὶν εἰσαγωγεῖς, At leges ei qui perperam in iudicium vocatus eſt, præſcribendi ius indulgent, quarum rerum iudices actionem dare non poſſunt. quæ verba extrema, exceptionis formulam fuiſſe ſuſpicor, verbáque ſolennia. Cicero libro altero Rhetor. Atque in noſtra quidẽ conſuetudine multis de cauſis fit, vt rarius incidant tranſlationes: nam & prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones, & ita ius ciuile habemus conſtitutum, vt cauſa cadat is, qui non quemadmodum oportet egerit. Quare in iure plærunq; verſantur. ibi enim & exceptiones poſtulantur, & quodãmodo agendi poteſtas datur, & omnis conceptio priuatorum iudiciorum conſtituitur. Quæ autem in ipſis iudiciis rarius incidunt, eiuſmodi ſunt vt per ſe minus firmitudinis habeant. Quod Cicero dicit agendi poteſtas datur, id eſt quod Demoſthenes ἀντιλαγχάνειν παραγραφὰς appellauit. Datur enim viciſſim reo poteſtas exceptionem intendendi. Verum hoc animaduertendum, quòd in iure Cicero exceptiones poſtulari plærunque dixit, raro autem in iudiciis præſcriptiones agitari. In iure enim quum dicebant, apud Prætorem ſignificabant. Iudicia autem priuata & ciuilia apud Recuperatores diſceptabantur, ab iis quidem, quibus aut actio in iure, aut præſcriptio data fuerat, id eſt à Prætore. Sic in primo de Orat. Volitare in foro: hærere in iure ac Prætorum tribunalibus: iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus ſæpe non de facto, ſed de iure atque æquitate quæritur: iactare ſe in cauſis centumuiralibus, &c. Idem in eodem, Si quis ſtatuit eum eſſe Oratorem, qui tantũmodo in iure aut iudiciis poſſit, aut apud populum, aut in Senatu copioſè loqui. Hic iudiciis tam priuatis & ciuilibus dixit quàm publicis, id eſt, quæ in foro & & apud ſubſellia agitabantur. Παραγράφομαι cum datiuo & accuſatiuo cõſtruitur, vt apud Demoſth. κατὰ Μειδίου in teſtificatione, Αἰσθόμενος δὲ ταῦτα Μειδίας ὁ νῦν κρινόμενος ὑπὸ Δημοσθένους οὗ μαρτυροῦμεν, ἔπειθεν ἡμᾶς διδοὺς χρήματα, τὸν μὲν ἀρίσταρχον ἀθῷον ἀφεῖναι, Δημοσθένει δὲ τὴν γραφὴν τοῦ φόνου παραγράψασθαι. Verùm in hoc loco non tã præſcribere ſignificat & excipere, quàm accuſationem tranſcribere & transferre: vel Demoſthenem præterea accuſare, & in eum, præterito alio, accuſationem criménque intẽdere. Libanius in argumento τοῦ πρὸς Ἀπατούριον, Ταῦτά τε οὖν ὁ τὴν δίκην ἔχων προτείνεται τὰ δίκαια, καὶ παραγράφεται τὸν ἀγῶνα, λέγων ἐπὶ μὲν τοῖς γινομένοις αὐτῷ πρὸς Ἀπατούριον συμβολαίοις ἄφεσιν ὑπάρξαι. Idem, Παραγραφόμενος τὴν δίκην, ἴδια μέν τινα συμβόλαια πρὸς Ἀπατούριον ἔχων, ἄφεσιν ἐπ' ἐκείνοις καὶ ἀπαλλαγὴν ἐποιήσατο. Quibus autem è rebus oriatur παραγραφή, Quintiliani verbis docemur, qui in tertio inſtitutionis ita inquit, In omnibus ferè cauſis in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſunt quæſtiones: an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hũc, an hoc tempore liceat agere, & ſi qua ſunt

*Agendi poteſtas.*
*Ἀντιλαγχάνειν παραγραφάς.*
*In iure.*
*In iudiciis.*
*Παραγράφεσθαι*
*Παραγραφὴ unde oriatur.*



talia: ſed perſonæ, tempora, actiones, cæteráque propter aliquam cauſam transferuntur: non debes apud Prætorem petere fideicommiſſum, ſed apud Conſules. Hoc ſic Græcè dicere potes, τὰ μέντοι πρόσωπα καὶ καιρούς, καὶ δίκας, καὶ ἄλλ' ἄττα αἰτίας τινὸς ἕνεκα ἔξεστι παραγράψασθαι. Hoc enim Quintiliani verba ſignificant. Eſtque Transferre Latinè, idem quod Græcè παραγράφεσθαι. Cicero, At cum cauſa ex eo pendet, quòd non is agere videtur quem oportet: aut non cum eo quicum oportet: aut non apud quos: quo tempore: qua lege: quo crimine: qua pœna oportet, tranſlatiua dicitur conſtitutio. Quia actio tranſlationis & commutationis indigere videtur. Idem, Remotio criminis dupliciter fit: ſi aut cauſa, aut factum transfertur. Cauſa transfertur, quum aliena vi & poteſtate factum eſſe dicitur. Valerius libro octauo, de cauſa quam Dolobella ad Areopagitas reiecit, Sed ille transferendo quæſtionem, hi differendo, damnandi atque abſoluendi inexplicabilẽ cunctationem vitabant. Inde illud Terentianum in Andr. Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet omnem. Sic Demoſthenicum illud eſſe dictum mihi videtur, Δημοσθένει δὲ τὴν γραφὴν τοῦ φόνου παραγράψασθαι, quod paulò ante citauimus, quaſi μεταθεῖναι. Præſcriptio enim, exceptio, & tranſlatio vnũ & idem in re quidem forenſi ſignificant. Præſcribere etiam, perſcribere, ſubſcribere, verba ſunt propria fori & iudiciaria, vnde hoc verbũ vtraque lingua tractum eſt. Cicero in ſecundo Rhetor. Vt in quodam iudicio cum venefici cuiuſdam nomẽ eſſet delatum, & quia parricidii cauſa ſubſcripta eſſet, extra ordinem eſſet acceptum, &c. Quintilianus libro ſeptimo, de quæſtione actionis loquens, Eſt enim duplex eius diſceptationis conditio, quòd aut intentio aut præſcriptio habet controuerſiam: ac fuerunt qui præſcriptionis ſtatum facerẽt, tanquam non iiſdem quibus cæteræ leges, quæſtionibus contineretur. Cum ex præſcriptione lis pendet, de ipſa re quæri non eſt neceſſe. ignominioſo patri filius præſcribit: de eo ſolo iudicatio eſt an liceat, Ἐὰν τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς τῷ ἀτιμωθέντι παραγράφηται, περὶ τούτου μόνου κρίνεται, εἰ ἔξεστι. actionis quæſtionem eo loco, & præſcriptionis litem Quintilianus vocat, quam libro tertio tranſlationem vocauerat. Iuriſcõſulti in Pandectis promiſcue excipiendi verbo & præſcribendi vſi ſunt: licet præſcriptionis vocabulum apud recentiores legum interpretes & apud iuris pontificii conditores, ad præſcriptionis exceptioniſque temporis ſignificationem coarctatum ſit & præfinitum. Præſcriptio verò naturæ apud Ciceronem in Acad. eſt non παραγραφή, ſed ὑπογραφή. de quo verbo alibi dicturi ſumus. Ex ſupradictis apparet Laurentium libro tertio elegantiarum non rectè ſenſiſſe de vſu huius verbi transfero. Neq; enim ita vel cauſa, vel culpa, vel crimẽ transfertur, vt apud eũ etiã remaneat à quo trãſfertur: neq; ſicut edictũ tranſlatitiũ, aut caput legis ibi manet vnde trãſfertur, ita etiã ſupradicta manẽt. Et aliter mos aut inſtitutũ trãſfertur, aliter crimẽ & culpã ad aliũ reus transfert, vt à ſe prorſus remoueat, atq; amoliatur. Ego verò Laurẽtiũ Vallẽſem egregii ſpiritus virũ exiſtimo ſeculi ſui imperitia offenſum,

*Transferre.*
*παραγράφεσθαι.*
*Tranſlatiuæ cauſæ conſtitutio.*
*Μεταθεῖναι.*
*Tranſlatio.*
*Præſcriptio.*
*De uſu uerbi transfero.*
*Laurentius Vallenſis.*

primùm Latinè loquendi conſuetudinem conſtituere ſumma religione inſtitiſſe: deinde iudicii acrimonia ſingulari, cum profectus quoque diligentiam æquaſſet, in eam ſuperſtitionem ſenſim delapſum eſſe, vt & ſeſe ipſe & alios captioſis obſeruationibus ſcribendíque legibus obligaret. Quæ ſcribendi vtique ipſæ commentandíque tenorem non modo infringunt ſcriptoribus earum nimium reuerentibus, ſed etiam inuiſam propemodum elegantiæ profeſſionem eloquentiǽque faciunt: eo enim iam ventum eſſe videmus, vt quæcunque ſcripta exeant, eorum vt ſtructura ad Laurentii præſcripta & aliorum fortaſſe obſeruatorum longè eo inferiorum, quaſi ad normam & ad regulam, atque ad perpendiculum quoddam exactum præſcriptúmque exigantur. Id quod equidem ipſe inde iam probare & imitari deſtiti, ex quo & Græcorum & Latinorum principes decucurriſſe liberiore ſtadio animaduerti, nec in ſalebris tam multis cautionum atque ſuperſtitionum hærere voluiſſe. Hoc autem non ideò à me conteſtatum oportuit, vt honeſta à maioribúſque tradita religione iuuenum mentes ingeniáque laſciuientia in poſterum ſoluerentur, quod diſſolutæ eſſet doctrinæ: ſed vt cautius & cunctantius de cuiuſque ſcriptionibus pronunciandum eſſe eloquentiæ cultores intelligerent: ſi quidem in his ipſis commentariis quædam oſtenderimus, quæ eius rei fidem quam aſtruimus, cõfirmare videantur. Locus igitur ille qui nos in huius rei mentionem adduxit, & mentio verbi transfero, eſt apud eundem Laurentium in tertio libro elegantiarum proditus. Ex eodem ipſo libro pauca hîc adſcribenda duximus, quæ in mentem nobis venerunt, vt de iis legentes mediocriter eruditi non noſtram ſed ſuam ſequantur ſententiam. Capite quarto, Dicimus, inquit ille, hic robuſtus meſſor, iſta robuſta mulier, nec dicimus antiquus robuſtus meſſor, & antiqua robuſta mulier. Si hoc dictũ legis inſtar habet, Ciceroni priuilegium indulgeamus neceſſe eſt: quippe quum peccaſſe Ciceronem vix quiſquam pudens audeat pronunciare in Latinè loquendi proprietate. Ipſe autem pro lege Manilia ita inquit, Cum ita clauſa erant nobis omnia maria, vt neque priuatam rem maritimam, neque publicam gerere iam poſſemus. Qui lege Laurentiana iudicabit, is mihi videtur ita pronunciaturus, Videri duorum adiectiuorum colliſionem eſſe in iis tribus dictionibus, rem priuatam maritimam. Quid in illo loco Milonianæ? Vbi videt homo ad omne facinus paratiſſimus fortiſſimum virum, inimiciſſimum ſuum, certiſſimum conſulem, palàm agere cœpit. Nónne inimiciſſimũ ſuum, duo eſſe adiectiua ſeſe collidentia videtur? Et de prouinciis conſularibus, Tuus pater, Philippe, nónne vno tempore cum ſuis inimiciſſimis rediit in gratiã? Quòd ſi reſpondebitur, inimiciſſimos pro inimicis ſubſtãtiuè accipi, quale illud Plauti in Aſinaria, Iube aduenire eũ quæſo, meritiſſimo eius quæ volet faciemus. Et illud Varronis, Nũc contra villam vrbanam quammaximam habeant, dant operam, ac cum Luculli villis peſſimo publico ædificatis certant. Et rurſus illud Liuii, Nec ambigere quin Brutus peſſimo publico id facturus fuerit, ſi liberta-

*Animaduertenda quædã elegantiarũ Laurentij in tertio.*

*Duo adiectiua uni ſubſtantiuo addita.*

*Adiectiuum, pro ſubſtantiuo.*

*Meritiſſimo. Peſſimo publico.*



tis immaturæ cupidine alicui Regum priorum regnum extorſiſſet. Id verò ſi quis tueri inſtiterit, non contendam. Sed tamen idem Cicero ad Atticum ita ſcripſit libro ſecundo, Fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demoſthenes, & quòd ſe ab hoc refractariolo iudiciali dicẽdi genere abiũxerit. Quæ locutio ſimilis eſt illi primo loco citatæ. Idem in primo de Natura deorum, Nam locus quidem iis etiam naturis quæ ſine animis ſunt, ſuus eſt cuique proprius. Liuius libro ſecundo ab vrbe cond. Direpta omnia: pecora abacta: tributum iniquo ſuo tempore imperatũ. Cicero rurſus in ſecundo Tuſc. Sic ad malam domeſticam diſciplinam, vitámque vmbratilem & delicatam cum acceſſerunt etiam poëtæ, neruos omnes virtutis elidunt. & in primo Officiorum, Sequitur vt de vna reliqua parte honeſtatis dicendum ſit. & in quinto epiſtolarum ad Titium ſcribens, Statui non tacere tãto in tuo mœrore, ſed adhibere aliquã modicam conſolationem. Quintil. in decimo, Siquidem innumerabiles accidunt ſubitæ neceſſitates vel apud magiſtratus, vel repræſentatis iudiciis, continuò agendi. Idem Cicero pro lege Manilia, Mithridates autem & ſuam manum confirmarat, & eorum qui ſe è regno eius collegerãt, & magnis aduentitiis multarum nationum copiis adiuuabatur. Et in ſecundo de Oratore, Hæc perpetua contra Scæuolam Curiana defenſio tota redundauit hilaritate. Sic identidem Homerus, Τὸν δ' αὖτε προσέειπε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ. Et, Αχειον ἐν στήθεσι θέτο μεγαλήτορα θυμόν. Demoſthenes πρὸς Λεπτίνην, Ἔπειτα ἀτελεῖς εἰσὶν ἀθρόοι παμπληθεῖς οὐ θέρποι. Idem Cicero in Catilinã, Nullum inſigne honoris, nullum monumẽtum laudis poſtulabo, præterquam huius diei veſtram memoriam ſempiternam. Verg. in decimo AEneid. Si nulla eſt regio nobis, quam det tua coniunx Dura, per euerſæ genitor fumantia Troiæ Excidia obteſtor. Idem Laurentius capite viceſimotertio, Spero tibi eſſe bonus amicus, credo tibi fuiſſe fidelis, propriè dicitur: per accuſatiuum verò non, niſi alterum accuſatiuum addas qui antecedat infinitiuum, Spero me tibi eſſe bonũ amicum. Hoc dictũ improbare videtur illud Ciceronis pro Quintio, Ne vt par quidem ſit poſtulat, inferiorem eſſe patitur. Et ad Atticum libro x, in Italia autem nos ſedentes quid erimus? nam medios eſſe iam non licebit. Cæſ. Tenuem ſectemini prædam, quibus licet eſſe fortunatiſſimos. Curtius, Ad veſtras manus confugio, inuitis vobis ſaluũ eſſe nolo. Dicitur & per datiuũ, vt pro Flacco Cicero, Liceat iis qui hæc ſalua eſſe voluerunt, ipſis eſſe ſaluis. Et pro Cælio, Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis ne in cõmuni quidẽ otio liceat eſſe. Alibi per accuſatiuum dixit, Quid ſi ciui Romano licet eſſe Gaditanum, ſiue exilio, ſiue reiectione huius ciuitatis? Aliter ad Q. fratrem, libro tertio, Multa ſunt quæ ego neſcire malo, quàm cum alieno periculo fieri certior. Pauſanias in Meſſen. Οἱ δὲ ὁπότε αἴσθοιντο οἱ τραυματίαι τὴν ἰσχὺν σφᾶς ὑπολείπουσαν, διεκελεύοντο τοῖς δρῶσι, μὴ χείρονας ἢ αὐτοὶ γίγνεσθαι, Non deteriores quàm ipſi fore hortabantur, id eſt, non deteriores quàm ipſi morientes fuerãt.

*Duo epitheta uni ſuppoſito adiecta.*

*De conſtructione infinitiui modi uerbi ſubſtantiui.*

Σύνταξις τοῦ εἶναι καὶ τοῦ γίνεσθαι ἀπαρεμφάτων.

Itidem Ariſtot. in octa. Ethic. Οὐδὲ γὰρ τοῖς βασιλεῦσιν ἀξιοῦσιν εἶναι φίλοι οἱ πολὺ καταδεέστεροι, Neque enim dignum cenſent regibus eſſe amici. Idem, Ὑπερεχόμενος γὰρ φίλος ὁ κόλαξ, ἢ προσποιεῖται τοιοῦτος, καὶ μᾶλλον φιλεῖν ἢ φιλεῖσθαι, aut ſimulat talis eſſe. ſubauditur enim εἶναι. Idem in tertio Politic. καὶ γὰρ δὴ πρὸς τοὺς κατ' ἀρετὴν ἀξιοῦντας κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος ἔχοιεν ἂν λέγειν τοῦτο. per accuſatiuum dixit, vt Plato per datiuum in Protag. Τίς οὖν ἂν κακὸς ἰατρὸς γένοιτο; δῆλον ὅτι ᾧ πρῶτον μὲν ὑπάρχει ἰατρῷ εἶναι, ἔπειτα ἀγαθῷ ἰατρῷ. Ariſtides in Panathen. Τῇ τῶν τρόπων πραότητι, οὐδέσιν ἄλλοις ὁμοίως ἡμέροις εἶναι δοκεῖν λιπόντες. Plato itidem per γίνομαι dixit, Καὶ αὐτοῖς οὕτω συμβαίνειν, στρέφοντι μὲν εἴσω τὴν σφενδόνην, ἀδήλῳ γίγνεσθαι, ἔξω δέ, δήλῳ. Caſus enim antecedēs trahit ad ſe ſequentem. Greg. Ὅς γε τὴν ἐξουσίαν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κατακριθείς, τοσοῦτον ἐπραγματεύσατο μόνον, ὅσον ἑνὶ τῶν ἀκολούθων εἰπεῖν, γραμμένῳ τὸ πυκτίον ἀκολουθεῖν. Datiuū γραμμένῳ pro accuſatiuo poſuit, propter ἑνὶ datiuū. Alibi Plato per genitiuū, quo modo Latini non vtuntur, in Apologia Socrat. Ἐνθένδε ἐπ' ἄλλον ᾖα τῶν ἐκείνου δοκούντων σοφωτέρων εἶναι. Idem, καὶ ἅμα ᾐσθόμην αὐτῶν διὰ τὴν ποίησιν οἰομένων καὶ τἆλλα σοφωτάτων εἶναι ἀνθρώπων. In capite antecedente idem Vallenſis improbat illud Plinianum in ſeptimo naturalis hiſtoriæ, Salue primus omnium parens patriæ appellate. & accurate Plinii dictum emendaſſe ſibi viſus eſt: id tamen ipſum auctoritate Græcorum imitationéque defenditur. Syneſ. ad Aurelianum, Καὶ συνέσω γλυκείαις ἐλπίσιν, ὁποίας τῇ τοιαύτῃ τῆς ψυχῆς διαθέσει προσήκουσιν, ὦ μεγαλοπρεπέστατε μόνος, ἢ μετ' ὀλίγων οὐ μόνος δικαίως καλούμενε. In dubium etiam illud Ciceronis in Salluſtium vocauit, capite vndeuiceſimo, Nunquid eos quos protulit Scipiones & Metellos, antè fuerunt aut opinionis aut gloriæ, quàm eos res ſuæ geſtæ & vita innocentiſſimè acta commendauit? vbi legendū puto, nūquid quos protulit Scipiones & Metellos, ex Demoſthene, quē Cicero ad verbum imitatus eſt, πρὸς Λεπτίνην, ὧν οὐδείς ἐστιν ἀτελὴς ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων, οὐδὲ οἷς αὐτὸς ἔγραψε, τοῖς ἀφ' Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος. Idem in capite x x i i i i, Verbum ſequi debet vltimum ſuppoſitum in perſona, numero & genere. hoc dictum mihi perplacet. Sic enim Cic. in Bruto, O magnam, inquit artem Brutus, ſiquidem iſtis quum ſummi eſſent oratores, duæ maximæ res, alteri altera defuit. & in Salluſtii loco proximè citato, quàm eos ſuæ res geſtæ, & vita innocentiſſimè acta commendauit. Et Liuius, In diſcrimine eſt humanum genus, vtrum vos an Carthaginenſes principes orbis terrarum videantur. Idē, Pedetentímque montes & iugum Calliculæ ſuperandum. Sed ſi flagitioſum putetur contra id aliquid audere, Curtius nota ignominiæ erit afficiendus, qui dixit, Tum illa regnum ſuum, rex Parthienem petiuerunt. Idem, At mihi ſecuritatem primùm innocentia mea, deinde dextera tua obtulerunt. Cicero de Prouinciis Conſ. Nam poſtea me vt ſibi eſſem legatus, non ſolum ſuaſit, verum etiam rogauit: me accuſatiuum, non ad proximū verbum, ſed ad remotius retulit, ac ſi diceret, me etiam rogauit, nedum mihi ſuaſit. Idem Laurentius capite triceſimo, Vter vtrum accuſat Latinè dicitur, vterque vtrique vix auſim dicere. Contra hoc dictum opponere

*Vterque utrique, & ſimilia.*



poſſum illud Cæſ. Cum vterque vtrique eſſet exercitus in conſpectu. Et illud Terētii in Heautont. Hoc beneficio vtrique ab vtriſque verò deuincimini. quod vtrunque Græcorum imitatione enunciatum eſt. Plato libro quinto de Repub. Ἄν τι τοῦτο γίνηται, καὶ διαστῇ πόλις, ἐὰν ἑκάτεροι ἑκατέρων τέμνωσιν ἀγρούς, καὶ οἰκίας ἐμπιπρῶσιν. Ariſtot. in ſecūdo Ethic. Διὸ καὶ ἀπωθοῦνται τὸ μέσον οἱ ἄκροι ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον. Idē in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Ἐπεὶ δὲ καὶ τἀναντία τοῖς ἀγαθοῖς ἐνόντα ἐφαίνετο ἐν τῇ φύσει, καὶ οὐ μόνον τάξις καὶ τὸ καλόν, ἀλλ' ἀταξία καὶ τὸ αἰσχρόν, καὶ πλείω τὰ κακὰ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰ φαῦλα τῶν καλῶν, οὕτως ἄλλος τις φιλίαν εἰσήνεγκε καὶ τὸ νεῖκος, ἑκάτερον ἑκατέρων αἴτιον τούτων, Id eſt, vtrunque horum vtrorúmque cauſa, niſi ἑκατέρου legamus. quanquam pluraliter ſæpe iſta Græci efferunt, vt Ariſtotel. Ethic. quodam loco, Ἀμφότερα γὰρ πρὸς ἀμφότερά πως. & in ſecundo περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐξ ὕδατος γῆ, καὶ ἐκ γῆς πῦρ γίνεται. ἔχει γὰρ ἄμφω πρὸς ἄμφω σύμβολα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. Idem, Καὶ ἄκρα δὲ καὶ εἰλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ, μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀήρ, καὶ ἑκάτερα δὲ ἑκατέροις ἐναντία. πυρὶ μὲν γὰρ ἐναντίον ὕδωρ, ἀέρι δὲ γῆ. Sic Terentius in loco ſuprà citato, Vtrique ab utriſque deuincimini, cum de ſingulis loquatur, hoc eſt vterque ab vtroque. Cic. in Catil. de duobus hominum generibus vel factionibus dixit, Quos ego vtroſque in eodem genere prædatorum direptorúmq; pono. Sic Salluſt. Vtrique alteris freti finitimos armis ſubegerunt. Athenæus de Stratone & Nicocle, Ἀλλ' ἀμφότεροι βιαίῳ θανάτῳ διεφθάρησαν. Halicarnaſſ. de Lyſia & Iſocrate, Ἔπειτα τὴν ἀκρίβειαν τῆς διαλέκτου εὑρίσκων ὁμοίαν παρ' ἀμφοτέροις. Ariſtoteles in tertio Ethic. Πότερον δὲ ἀπὸ ποτέρου καλεῖται, οὐδὲν πρὸς τὰ νῦν διαφέρει. quod Cicero imitatus eſt pro Milone, Vter vtri inſidias fecerit. & Liuius, Ineamus viam qua vtri vtris imperent ſine magna clade decernatur. Quid illa locutio Ciceronis in tertia Philip. nónne eodem alludere, atque æmulari illam Græcorum conſuetudinē videtur? Diuina verò opportunitas, vt quæ cuique apta eſſet prouincia, ea cuique obueniret. Et in tertio Officiorum, In his arbitriis dicebat magni eſſe iudicis ſtatuere, præſertim cū in plæriſque iudicia eſſent contraria, quid quenque cuique præſtare oporteret. id eſt alterum alteri, vt ſocium ſocio, & mandatorem procuratori, & tutorem pupillo, & vice verſa. Cicero enim omnium maximè transferre ſcriptorum Græcorum elegantiam, Græcorúmque verborū vim in Romanum ſermonem voluit, vt nos in hac commentatione docere conabimur, quoties eo digrediendi occaſionem ſcribendi ſeries nobis dederit. Sed non perinde Ciceronis ætate id licebat, præſertim Ciceroni, qui vt ἄγαν φιλέλλην inuidia Romæ flagrabat. Quam inuidiam imminuere in Tuſculanis magnopere conatus eſt, & in primo & tertio de Finibus. qui etiam libro primo de Natura Deorum de eo quod ego affirmaui diſſerens, ita inquit, Quo in genere tantum profeciſſe videmur, vt à Græcis ne verborum quidem copia vinceremur. Reprehendit etiam Laurentius eodem libro illam locutionem, Amamus nos inter nos, cum Cicero de Diuinatione ſcripſerit, Nos inter nos eſſe complexos. Et in

Ἀμφότεροι.

*Cicero à Græcis eloquētiā mutuatus eſt.*

ſecundo de Oratore, Sed quid hoc loco vos inter vos Catule? Iſocr. in AEginet. Ἕως μὲν γὰρ παῖδες ἦμεν, περὶ πλείονος ἐποιούμεθα ἡμᾶς αὐτούς, ἢ τοὺς ἀδελφούς. Si in hac locutione cenſuram Laurentianam exercere quis vellet, dicere, vt opinor, auderet illud αὐτοὺς non modo vacare, verùm ſenſui obſtare. non enim voluit Iſocrates ſignificare ſe vtrunque magis quàm fratrem, ſed vtrunque, alterum magis quàm fratrem amare: quare vel αὐτοὶ dicendum fuiſſe, vel ἡμᾶς tantum dicendum. Sed ſummi ſcilicet auctores multa ex vulgi ſermone in ſua ſcripta tranſtulerunt, ſic ſeſe ἐμφατικώτερον φράζειν καὶ ἥδιον exiſtimantes: quale eſt illud Terentii, Age inepte, quaſi nunc non norimus nos inter nos, ἴθι δή, ὦ μάταιε, ὡς οὐκ εἰδότας ἡμᾶς αὐτοὺς ἀλλήλους. docebimus & alibi. Cuiuſmodi, vt opinor, eſt illud Ciceronis in Verrem, act. I I I, Qui ſui quæſtus cauſa bene penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. & in dialogis de Orat. Cum ei qui rogaſſet nũ tibi moleſtus futurus eſſet, ſi ad te bene mane veniſſet, &c. & in ſecundo de Finibus, Hoc loco ſe tenere Triarius non potuit, id eſt, ſibi à ſermone temperare. Apud Homerum omnis eloquentiæ parentem plurima mihi eſſe huiuſmodi videntur: è quibus (vt ſyllabarum geminationem in verbis, & rurſus conciſionem omittam) illud mihi eſſe videtur, Ἕκτωρ ἀμφιπεριστρώφα καλλίτριχας ἵππους, quaſi circũ circa dixit. & I X Ilia. Ἡ δ᾽ Ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος, οὕνεκα πάσας Πολλὸν ὑπεκπροθέει. ac ſi diceret, antepræexcurrit. ὑπὸ enim ἀντὶ περὶ ab Atticis accipitur, vt infrà docebimus. Et in κ, Ἀλλ᾽ ἴομεν· μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται, ἐγγύθι δ᾽ ἠώς, ἀντὶ ἀνύεται. cuius permulta ſunt ſimilia. & Iliad. ξ, Εἰ κείνῳ γ᾽ ἐπέεσσι παραιπεπιθοῦσα φίλον κῆρ Εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι. ἀντὶ παραπιθοῦσα. In eodem, Οὐ γάρ πώποτέ μ᾽ ὧδε θεᾶς ἔρος οὐδὲ γυναικὸς Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσε. περιπροχυθεὶς ἐμφατικῶς plebeia dictum mihi eſſe videtur, vt Minimè gentium, & Prodeambulo apud Terentium in Adelph. Iliad π, Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι, ἀντὶ ἔδοξε: potuit dicere δοκήσατο, ſed δοάσσατο placuit, ad carmen exornandũ varietate commẽdabili: quod verbum vulgari ſermone apud Dores fortaſſe inualuerat ἀποβολῇ τοῦ κ, καὶ τροπῇ τοῦ α. & in eodem, Χάζεο διογενὲς Πατρόκλεις, οὔ νύ τοι αἶσα Σῷ ὑπὸ δουρὶ πόλιν πέρθαι Τρώων ἀγερώχων, quod factum ἀπὸ τοῦ πέρθεσθαι, ἢ πεπέρθαι vulgari pronunciatione. Iliad. ρ, Πολλὰ δὲ τεύχεα καλὰ πέσον περί τ᾽ ἀμφί τε τάφρον Φευγόντων Δαναῶν. Tale eſt, vt opinor, κλοτοπεύειν, Iliad. τ, quo Homerus ſemel vſus eſt. Tale eſt δεινὴ τετρηχυῖα Iliad. η, ἀντὶ τεταραγμένη: & Τετρήχει δ᾽ ἀγορή. τετάραχα τέτρηχα. & Ilia. χ, Τοὺς μοι λαοθόη τέκετο κρείουσα γυναικῶν, ἀντὶ κρατιστεύουσα. alioquin vnde illa ſylua verborum immenſa & opaca? Sunt enim innumera apud eum ex vulgi affectu moréque imitata, ſed ſingulari eximiáque iucunditate: vt in eodem χ, Οὐδ᾽ εἴκεν μάλα πολλὰ πάθῃ ἑκάεργος Ἀπόλλων Προπροκυλινδόμενος πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο. & Odyſſ. θ, Ἄλλος δ᾽ αὖ εἶδος μὲν ἀλίγκιος ἀθανάτοισιν, Ἀλλ᾽ οὔ οἱ χάρις ἀμφιπεριστρέφεται ἐπέεσσι, Sed eius orationi nulla eſt circũfuſa gratia. Iam verò omnia ὀνοματοποιηθέντα nónne è vulgi ſermone ſumpta vidẽtur? vt de Charybde, Ἤτοι ὅτ᾽ ἐξεμέσειε, λέβης ὡς ἐν πυρὶ πολλῷ, Πᾶσ᾽ ἀναμορμύρεσκε. Ipſe etiam ſignificare videtur Laurentius eodem lib. cap. L X I I I, aliquem pro quodam

*Multa ex vulgi ſermone à magnis oratoribus ſumpta.*



non vſurpari: quod non ita verum eſt, vt flagitioſum ſit contra feciſſe, cum Cicero de Prouinciis Cõſul. ita ſcripſerit, Ego verò ſi mihi non licet per aliquos ita gloriari, me dolorem atque inimicitias meas Reipub. conceſſiſſe, vtar hoc, & reliqua. Quos hîc Cicero aliquos dixit, eoſdem poſt quatuor verſus, quoſdam appellat: vtroque autem verbo τοὺς περὶ τὸν Κάτωνα ſignificare videtur. Et rurſus paulò poſt, Aut mihi hoc cõcedãt homines oportet, aut in rebus bonis nõ exquirere iura ea quæ ipſi in perditis non exquirunt, præſertim quum ab illis aliqua conditio C. Cæſari lata ſit, vt eaſdem leges alio modo ferret: qua conditione auſpicia requirebant, leges comprobabant. Et pro Planco, Ductum eſſe in prouinciã aliquem dicis libidinis cauſa. In his exemplis, aut certè in ſuperioribus aliquem non vnum quẽuis intelligas, ſed quendam, hoc modo, Ἐπαχθέντα δὲ λέγεις ἐστὶν ὃν εἰς ἐπαρχίαν ἐφ᾽ ἡδονῇ: vel, ὃν δεῖνα δὲ φῂς ἐπαχθέντα. Quæ igitur Laurentius ſcripſit, ſæpe ita accipienda ſunt, vt ſic dicere conſentaneum ſit & probabile, & plærũque obſeruandum: non etiam vt prorſus neceſſarium, nec ſine flagitio negligendum. Mirum id eſt magis, hominem acerrimum capite ſequenti perperam illud Horatii in Arte intellexiſſe, Laudator temporis acti Se puero, cẽſor caſtigatórque minorum. Quod in animaduerſionis vtique culpam, non ignorãtiæ verterim, aut intelligentiæ. Illud Fabii in ſexto magis mirari quis poſſit de Quintia dictũ à Catullo, -nã nulla venuſtas, Nulla in tã magno eſt corpore mica ſalis. Quibus verbis poëta οὐδὲν εἶναι κομψόν, οὐδ᾽ ἀστεῖον, οὐδὲ γλαφυρόν, καὶ οὐδὲ μιᾶς ἀρεσκείας οὐδ᾽ ἐμμελείας εἶναί φησιν ἐν τῷ τοῦ μεγέθει τοῦ σώματος ἐκείνης. Quintilianus autẽ γελοῖον intellexit, animaduerſionis culpa animíque aliud agẽtis. Verum enimuero apud Græcos tot modis Τὶς accipitur, quot apud nos aliquis. Τὶς ἀντὶ μέγας, hoc eſt, οὐ τῶν τυχόντων εἷς, nõ vnus quiuis. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Πλούσιοι πολλοὶ συνεστηκότες, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ δοκεῖν τινὲς εἶναι δι᾽ εὐπορίαν προσειληφότες, ὑμῶν παρέσονται δεησόμενοι, Nonnulli copioſi patrimonii prærogatiua ſeſe aliquos eſſe exiſtimantes, in medium prodibunt pro iſto deprecatores: &, vt interpres inquit, τῷ πλούτῳ τὴν δόκησιν καρπούμενοι, vt diuitiarum fructum, exiſtimationẽ ſibi deberi cẽſentes & poſtulantes. Et πρὸς Λεπτ. Ἔπειτα τοίνυν ἴσως ἐπισυροῦσι λέγουσιν, ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοί τινες εἶναι φάσκοντες, ἔπειτα ἀτελεῖς εἰσιν ἀθρόοι παμπληθεῖς ἄνθρωποι. Sic in Actis Apoſtol. capite quinto, Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν. Cic. ad Atticum, Fac vt omnia ad me perſcribas: méque, vt facis, velis eſſe aliquem, quoniam qui fui & qui eſſe potui, iam eſſe nõ poſſum. id eſt, velis eſſe me non prorſus obſcurum & deiectum. Idem in Diuinatione, Ex eo quod ipſe poteſt, aliquantulum in dicẽdo remittet, vt tu tum aliquid eſſe videare. Et rurſus, Vt tum denique aliquid ſe futurum putet, ſi alienus minus vehemens fuerit. Ouid. in Faſtis, Eſt aliquid nupſiſſe Ioui. Plato in Symp. Ὑμᾶς τε τοὺς ἑταίρους ἐλεῶ, ὅτι οἴεσθέ τι ποιεῖν, οὐδὲν ποιοῦντες, id eſt, vos putatis rectè & præclarè vitã inſtituiſſe. Idẽ in Parmen. Καὶ ταῦτα λέγοντα ἀνάγκη δοκεῖν τέ τι λέγειν, καὶ θαυμαστῶς ὡς δυσανάπειστον εἶναι, Neceſſe eſt iudicare eum qui ideas neget per ſe ſubſtantes, ſcitum quippiam

*Locus Catulli.*

*Τίς.*

*Aliquis.*

*Aliquid.*

*Τί.*

dicere, vixque ab opinione illa diſſuaderi ac deduci poſſe. Τί verò ὀξυνόμενον ſic accipitur, vt quid interrogatiuum. Demoſthe. πρὸς Ἄφοβον, Τί νόμῳ καὶ βασάνῳ; Quid legi cum quæſtione? vti Ioan. ſecundo, Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; Quid tibi mecum mulier? Syneſ. Δήμῳ γὰρ δὴ καὶ φιλοσοφίᾳ τί πρὸς ἀλλήλους; Ariſtid. in Panath. Ἵν' αὐτήν τε καὶ πρὸ τὸ ἡγεμονικὸν ἐκφήνειε, καὶ δείξειε τίς οὖσα τίνων προέστηκε. Demoſthenes, Καὶ σκοπεῖτε τί πιστεύσαντες τί ἔπαθον. Verg. Quæ quibus anteferam. Plin. in epiſt. Quàm multum intereſt

*Τὶ παρέλκον.*

quid à quoque fiat. Τὶ interdum ex ſuperuacuo additur apud Atticos. Lucian. Πρὸς δὴ ταῦτ' ἔφην, ad hæc igitur ego reſpondi. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Ἀλλ' ἂν μὲν ἄν τις ἄφνω τὸν λογισμὸν φθάσας, ἐξαχθῇ τι πρᾶξαι, κἂν ὑβριστικῶς τοῦτο ποιῇ, δι' ὀργήν γ' ἔνι φῆσαι πεποιηκέναι. Hoc in loco τι prorſus παραπληρωματικὸν eſt. Arria. libro quinto, Καὶ οὗτοι Ἰνδοὶ ποταμοὶ ὄντες, τῶν μὲν ἄλλων ἀσιανῶν ποταμῶν πολύ τι κατὰ μέγεθος ὑπερφέρουσι. Alibi in eodem, Καὶ τὰ πολέμια πολύ τι δυνατωτάτοις τῶν σχεδὸν τότε ἐποίκων τῆς ἀσίας. Plato libro ſecundo de Rep. Αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι ἀρεταὶ καλούμεναι ψυχῆς κινδυνεύουσιν ἐγγύς τι εἶναι τῶν τοῦ σώματος. Inde ὅπωστι, σχεδόντι, πάνυτι, quod & πάνυτοι dicitur. Hoc Terentius Græcorum imitatione ita dixit, Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquid. Cic. Philipp.

*Τίς.*

ſecunda, Neſcio quid conturbatus eſſe videris. Interdum τὶς ἀντὶ ποιός τις. Demoſth. Λέγε δή μοι τὰς μαρτυρίας, τίς ἐγὼ πρὸς τοὺς συμβάλλοντας ἀνθρώποις, καὶ

*Qui pro qualis.*

πρὸς τοὺς δεομένους εἰμί. Cicero id per qui dicere ſolet, vt de Diuinatione, Xenophon Socraticus qui vir & quantus? Et contra Antonium, Qui vir & quantus fuiſſes? Et in Orat. Et ſi è poëticis numeris, quis eorum ſit

*Quicunque.*

aut qui. Et rurſus, Quicunque in dicendo ſumus, in libris de Oratore, id eſt, ὁποιοιδήποτε, & ὁποιοιτινεσοῦν. Plin. lib. XXXI, Sed quicunque ſal acopis additur, id eſt omnis generis, ſiue natiuus, ſiue factitius. Τὶς etiam

*Τὶς παρέλκον. Ποιός τις.*

παρέλκει in ποιός τις, & ſimilibus. Demoſth. Βουλευομένων ὑμῶν οὐ περὶ τοῦ εἰ ποιητέον τὴν εἰρήνην, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ποίαν τινά. Iſocr. πρὸς Φίλιππ. Ποίους τινὰς χρὴ προσδοκᾶν τοὺς ἐπαίνους ἔσεσθαι τοὺς περὶ σοῦ ῥηθησομένους, qualeſnam. Ariſtot. in VII Politic. Περὶ μὲν οὖν τῶν πολιτευομένων, πόσους τε ὑπάρχειν δεῖ, καὶ ποίους τινὰς τὴν φύσιν, ἔτι δὲ τὴν χώραν πόσην τέ τινα καὶ ποίαν τινά, ὥρισται σχεδόν. Polyb. libro tertio hiſt.

*Τοιόσδε τις.*

Εἰσὶ δὲ συνθῆκαι τοιαίδε τινές. Idem, Ἐγένετο δὲ ἡ διακομιδὴ τῶν θηρίων τοιαύτη τις.

*Ὁποῖός τις.*

Dicitur & ὁποῖός τις, ſed interrogatiuè, aut quod vim habeat interrogatiui. Demoſth. Οὐ γὰρ ὅστις ὁ πάσχων ᾤετο δεῖν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ὁποῖόν τι τὸ γι-

*Ὅστις.*

Ἀντίδοσις erat actio quædam, vel conditionis ferendæ facultas legibus Athenienſium prodita. Nam cum quiſpiam ciuis Athenienſis muneri cuipiam publico non perſonali, ſed patrimoniali fungendo deſignabatur, ipſe ſi imparem ſeſe ei functioni exiſtimabat & contendebat, tenuitatémque facultatum ſuarum excuſans, muneris functionem detrectabat, licebat primo cuique volenti vel in comitiis vel alibi muneris detrectatorem τῇ ἀντιδόσει aggredi, & προκαλεῖσθαι, ita vt fortunarum permutatione prouocaret hominem, muneríſque functionem ea lege ſibi poſceret. Id autem ἀντιδιδόναι τὴν οὐσίαν dicebatur. Cuius ſimile eſt hodie quod vulgus AEqualizare ſe cum altero appellat. Anniuerſariis enim indictionibus per vicos oppidáque ſtipendiaria dimiſſis, ſolent in ſingulis locis certi homines delecti & iurati, pro modo facultatum cuiuſque hominis, aut negotiationis eius, aut arationis collationem arbitrari. In ea porrò partitione arbitrãda ſi quis ſe magnopere iniuriam paſſum eſſe putat, licet ipſi quicum voluerit τῶν γε συντελῶν bonorum quam vocant æquationem poſtulare ab iis magiſtratibus, qui iuri illi dicendo præfecti ſunt, quos Electos vocamus. Peræquatores (vt opinor) appellãtur in tractatu de cenſibus libro vndecimo Codicis Iuſtiniani, non quòd ſit eadem munerum functio, ſed quòd vocabulum inde transferri poſſit. In Gallia etiam Narbonenſi mos antiquus aſſeruatur, vbi fundi cenſentur, non homines. quod tamẽ ad antidoſim pertinet, id iure magis proditum, quàm moribus receptum eſt, nec niſi raro vſurpatur, ne ſuper collationis dependendæ neceſſitatẽ, litium etiam impendiis populares inuicem ſe exhauriant. Cuius querelæ intentio eò pertinet, non vt facultatum permutatio fiat, ſed collationum, & is in eo iudicio vincat, qui ſe tenuioribus eſſe facultatibus docuerit. Qui autem eam querelam vincit, ſimul litis æſtimationẽ auferre ſolet. in lege Qui grauatos, in tractatu ſupradicto, competitio pro antidoſi aut ſimili quadam actione, dicta mihi videtur, ſi verbum emendatè legitur. Ἀντιδόσεως autẽ authorem fuiſſe Solonem legiſlatorem Demoſthenes oſtendit in oratione πρὸς Φαίνιππον, in principio. In qua oratione ipſe alibi, Ὑμεῖς δέ, inquit, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἔθεσθε τὸν νόμον, ὃς διαρρήδην οὕτω λέγει, Τοὺς ἀντιδιδόντας ἀλλήλοις ὅταν ὀμόσαντες ἀποφαίνωσι τὴν οὐσίαν, προσομνύειν καὶ τόνδε τὸν ὅρκον, ἀποφανῶ τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ ὀρθῶς καὶ δικαίως. In oratione κατὰ Μειδίου, accuſatiuo iunxit hoc verbum, munus ſignificãte, Τότε μοι μελλουσῶν εἰσιέναι τῶν δικῶν, εἰσεπήδησαν ἀδελφὸς ὁ τούτου καὶ οὗτος εἰς τὴν οἰκίαν, ἀντιδιδόντες τὴν τριηραρχίαν. τοὔνομα μὲν δὴ παρέσχεν ἐκεῖνος, καὶ ἦν ὁ ἀντιδιδοὺς Θρασύλοχος, τὰ δὲ ἔργα πάντα ἦν καὶ τὰ πραττόμενα ὑπὸ τούτου. καὶ πρῶτον μὲν κατέσχισαν τὰς θύρας τῶν οἰκημάτων, ὡς αὐτῶν ἤδη γινομένας. Ex quo loco ἀντίδοσις quid fuerit ſatis nobis apparet. Tũ demũ, inquit, iſte ſuo cũ fratre me

Ἀντίδοσις.

Ἀντιδιδόναι τὴν οὐσίαν.

Ἀντιδιδόναι.

oppreſſit in articulo, cum ego tutoribus meis tutelæ iudicium dictauiſſem. Die enim vadimonii appetente, iam iámque iudicibus mihi vacaturis, aſſilientes iſti, intróque irruentes in ædes meas, antidoſim mihi trierarchiæ impingunt. Et nomen ei quidem rei ille accommodabat, erát que Thraſylochus qui me antidoſi prouocabat, cum omnia reipſa ab iſto agerentur. Quin & oſtia cubiculorum tanquam iam ſua facta, eiuſmodi conditione lata, concidere cœperunt. Hoc etiam appellatur, εἰς ἑαυτοῦ τάξιν καθιστάναι τινὰ πλουσιώτερον, loco ſui ſubſtituere locupletiorem.

Ἐγγυτάτω γένους ὄντες. Οἱ ἐγγύτατα γένους.

Οἱ ἐγγυτάτω γένους ὄντες, & οἱ ἐγγύτατα γένους, dicuntur qui proximo gradu contingunt defunctum. Demoſthenes, Τουτουὶ τοῦ παιδὸς ἡ μήτηρ γένους οὖσα ἐγγυτάτω Ἁγνίᾳ τῷ Ἐξοίου, ἐπεδικάσατο τοῦ κλήρου κατὰ τοὺς νόμους, Huius pueri mater, cui proximi gradus gentilitas cum Hagnia Exocæ filio intercedebat, lege egit in eius hæreditatem. Hi etiam dicuntur οἱ ἄγχιστα τοῦ γένους ὄντες, vt ſuperius dictú eſt, οἱ ἀγχιστεύοντες.

Ἐπιδικάζεσθαι.

Ἐπιδικάζεσθαι autem eſt hæreditatem petere: iungitúrque cũ genitiuo, vt ἀμφισβητεῖν & δικάζεσθαι. Apud Demoſthenẽ in oratione πρὸς Μακάρτ. leguntur hæc verba legis, Ἐὰν δ' ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τοῦ κλήρου ἢ τῆς ἐπικλήρου, προσκαλείσθω τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν ἄρχοντα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων δικῶν· παρακαταβολὰς δ' εἶναι τῷ ἀμφισβητοῦντι. Ἐὰν δὲ μὴ προσκαλεσάμενος ἐπιδικάσηται, ἀτελὴς ἔσται ἡ ἐπιδικασία τοῦ κλήρου. Ἐὰν δὲ μὴ ζῇ ὁ ἐπιδικασάμενος τοῦ κλήρου, προσκαλείσθω κατὰ ταῦτα ᾧ ἡ προθεσμία μήπω ἐξήκει.

Ἐπίδικος.

Ad quorum verborũ intelligentiam ſcire nos oportet, κλῆρον ἐπίδικον dici hæreditatem controuerſam, vel quæ in controuerſiã deduci iure poteſt:

Ἀνεπίδικος.

Et contra Ἀνεπίδικον, puram & controuerſia vacuam. Iſæus, Ἐτόλμησε διαμαρτυρῆσαι μὴ ἐπίδικον τῇ ἡμετέρᾳ μητρὶ τοῦ ἀδελφοῦ κλῆρον εἶναι, ὡς οὔσης θυγατρὸς γνησίας Πύῤῥῳ, id eſt, non poſſe matrem meam fratris ſui hæreditatem petere. vel, non poſſe matrem meam bonorum fratris poſſeſſionem agnoſcere.

Ἐπιδικασία. Ἐπιδικάζεσθαι. Ἐπίδικος γυνὴ, καὶ νίκη. Ἐπίκληρος καὶ Ἐπικληρεῖτις.

Quæ legis actio Ἐπιδικασία dicitur. Et qui ſic lege agit, Ἐπιδικάζεσθαι dicitur, & ἐπιδικασάμενος. Dicitur etiam γυνὴ ἐπίδικος, cuius quis nuptias petit, vt iure ciuili ad ſe delatas: quæ alio nomine Ἐπίκληρος & Ἐπικληρεῖτις dicitur. Quare Plutarchus quodã loco metaphoricos Ἐπίδικον νίκην vocauit καὶ ἀμφίδοξον, ancipiti Marte diremptam, de qua ambigitur inter partes. Eſt enim Ἐπίδικον πρᾶγμα, οὗ δεσποτεία ἀμφισβητεῖται. Ἐπίκληρος autem vel virgo, vel mulier dicitur, quæ vtroque parente orbata eſt, nullo fratre ſuperſtite, cui ſucceſſio opima vna aut altera pluréſve obuenerunt, quam ἐπίκληρον puellam vel mulierem ius erat agnato proximo cognatóve veluti vendicare, tanquam ſibi ciuili iure delatam. Idem Iſæus, τούτου δὲ παιδὸς ἀποθανόντος, καὶ τῆς ἑτέρας ἀδελφῆς, ἡ μήτηρ ἡ ἐμὴ ἐν παντὶ τῷ οἴκῳ ἐπίκληρος ἐγένετο, hoc eſt, ad matrem omnis eius familiæ pecunia patrimoniúmque delata ſunt, vel hæreditas vniuerſa lege & genere obuenit. Προσῆκον δ' αὐτῇ μετὰ τῶν χρημάτων τῷ ἐγγύτατα γένους συνοικεῖν, πάσχει δεινότατα, ὦ ἄνδρες, id eſt, cúm autẽ ipſa omni cum pecunia (vt Ciceronis verbo loquar) proximo agnato nubere iure deberet, inſigni, ô viri, iniuria mulier affecta eſt. Demoſth. Οὐδεὶς αὐτῶν οὔτε πρότερον πώποτε, οὔτε νῦν ἐνώχλησεν ἡμῖν, οὔτε ἠμφισβήτησε τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου, οὔτε τῆς ἐπικλήρου γυναικὸς, ἣν νῦν ἔχω. Et κατὰ Στεφάνου, Οὐκοῦν αὐ-



τὸν εἴπερ ἐβούλετο ὀρθῶς διαπράττεσθαι, λαχεῖν ἔδει τῆς ἐπικλήρου, εἴτε κατὰ δόσιν αὐτῷ προσήκειν, εἴτε κατὰ γένος, Itaque ſi recte agere volebat, oportuit ab eo lege actum ad nuptias puellæ, cui bona vniuerſa obtigerant, ſiue eas nuptias teſtamento ad ſe pertinere, ſiue agnatione contenderet atque gentilitate. Et rurſus, Ὁ νόμος κελεύει ἐπιδικασίαν εἶναι τῶν ἐπικλήρων ἁπασῶν καὶ ξένων καὶ ἀστῶν. Quod ſi plures eſſent huiuſcemodi puellæ, eodem iure erant, eodémque nomine cenſebantur. Ἐπίκληροι etiam dicebantur puellæ orbæ, egentes, dotémque nullam habentes, de quibus lex erat hæc Athenis, Τῶν ἐπικλήρων ὅσαι τὸ θητικὸν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδούς, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος, πεντακοσίας δραχμάς· ὁ δ' ἱππεύς, τριακοσίας· ὁ δὲ ζευγίτης, ἑκατὸν πεντήκοντα, Orbarum autem quæ inter opifices cenſentur, aut quæ capite cenſæ ſunt, qui genere proximus erit, is niſi vxorem habere malit, puellam cum dote collocato. Et ſi quidem ipſe quingẽtis medimnis cenſus eſt, quingentas drachmas dotis dato: Sin equeſtri cenſu eſt, trecẽtas: Quòd ſi tertii cenſus eſt, & iugarius, centũ & quinquaginta. De tribus cenſibus diximus pridẽ in quinto libro de Aſſe.

Ἐπιδεδικασμένος.

Porrò autem ὁ ἐπιδεδικασμένος non idem eſt atque ὁ ἐπιδικασάμενος, de quo modò diximus. Idem, Οὗτοι ἅπαντες κοινῇ ἐπιβουλεύσαντες προσεκαλέσαντο τὴν γυναῖκα πρὸς τὸν ἄρχοντα εἰς διαδικασίαν τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου, φάσκοντες τὸν νόμον κελεύειν παρὰ τοῦ ἐπιδεδικασμένου, καὶ ἔχοντος τὸν κλῆρον προσκαλεῖσθαι, ἐάν τις βούληται ἀμφισβητεῖν. ἐπιδεδικασμένον vocat eum qui hæreditatẽ iure obtinet, vt iudicio euictam & quæſitam. Interdũ tamen ἐπιδικάσασθαι τὸ αὐτό ἐστι τῷ ἐπιδεδικάσθαι, vt apud eundem κατὰ Ὀλυμπιοδώρου, Γενομένων δὲ τούτων ἐπεδίκασεν ὁ ἄρχων τοῖς ἀντιδίκοις τοῖς ἡμετέροις τὸν κλῆρον τοῦ Κόνωνος· ἐπειδὴ δὲ ἐπεδικάσαντο, εὐθὺς εἰς Πειραιᾶ ἐλθόντες παρελάμβανον πάντα ὅσα ἡμῶν εἶχεν ἑκάτερος, νεμόμενος ἐν τῇ μερίδι.

Ἐπιδικάσας. Ἐπιδικασάμενος.

Hîc ὁ ἐπιδικάσας eſt iudex qui ſententia ſua adiudicauit hæreditatẽ. ὁ ἐπιδικασάμενος eſt, qui ſecundum ſe ſententiam tulit: vt καταδικασάμενος differt τοῦ καταδικάσαντος, & nonnulla alia inter ſe hoc modo differunt, quæ loco ſuo dicẽtur. Sæpius tamen ἐπιδεδικάσθαι quam ἐπιδικάσασθαι dicitur, vt in illo loco, Ἐσκοποῦμεν πάλιν καὶ ἐβουλευόμεθα, καὶ ἐδόκει ἡμῖν βουλευομένοις προσκαλέσασθαι πάλιν τοὺς ἐπιδεδικασμένους κατὰ τὸν νόμον, Et tandem placuit ciuili prouocatione eos aggredi, qui hæreditatem abſtulerant. Erat autem ea prouocatio ſolenniter concepta cum ſponſione, de qua ſuperius dictum eſt.

Διαδικάζεσθαι eſt iudicio contẽdere, vt δικάζεσθαι & ἀμφισβητεῖν. Demoſth. κατὰ Νεαίρ. Ἀλλὰ τοὺς νόμους καὶ Νέαιραν ταυτηνὶ περὶ τῶν πεπραγμένων αὐτῇ πρὸς ἀλλήλους διαδικάζεσθαι. Et κατὰ Ὀνήτορος, Οἰόμενος δεῖν τοῦτον ἐν τοῖς φίλοις διαδικάσασθαι τὰ πρὸς ἐμέ, id eſt, oportere de rebus inter me & illum controuerſis arbitriũ amicis permittere, hoc eſt, iudices amicos ferre. Xenoph. in quinto ἑλληνικ. Οἱ μὲν γὰρ φυγάδες ἠξίουν τὰ ἀμφίλογα ἐν ἴσῳ δικαστηρίῳ κρίνεσθαι· οἱ δ' ἠνάγκαζον ἐν αὐτῇ τῇ πόλει διαδικάζεσθαι, id eſt, iudiciũ ſubire de iis quorum inſimulabantur. Sic Plato in Phæd. Ἐπειδὰν δ' ἀφίκωνται οἱ τετελευτηκότες εἰς τὸν τόπον οἷ ὁ δαίμων ἕκαστον κομίζει, πρῶτον μὲν διεδικάσαντο οἵ τε καλῶς καὶ ὁσίως βιώσαντες, καὶ οἱ μή, id eſt, cauſam dicunt, εὐθύνονται, κρίνονται, δίκην ὑπέχουσι, vel ὑπέσχον. Loquitur enim per præteritum, quod Latini per præſens ſemper

dicunt: hoc eſt, moris eſt vt cauſam dicant. Sed hoc & alia adnotatu di-
gna alibi dicenda ſunt, niſi aut memoria, aut tempus nos defecerit. Di-
narchus aliter vſus κατ' Ἀριστογείτ. Ὁ γὰρ πονηρότατος τῶν ἐν τῇ πόλει Ἀριστογείτων,
διαδικασάμενος ἥκει τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν περὶ ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης, id eſt,
in iudicium diſcriménque vocaturus, an vera nécne renuntiarit, hoc eſt,
an quæſtionem de crimine habitam curia bona fide renūtiarit, cum τὴν
ἀπόφασιν iudicibus faceret. Eo enim modo dictum eſt hoc loco διαδικασά-
μενος, quo modo καταδικασάμενος & καταδιαιτησάμενος dicūtur. Sequitur enim
apud eum, Καὶ νῦν μείζονα κίνδυνον ἢ ἀπόφασιν πεποιημένη βουλὴ κινδυνεύει, ἢ ὁ δῶ-
Διαδικάσαι. ρα λαμβάνων καθ' ὑμῶν. Διαδικάζειν iudicis eſt diiudicantis & diſcernentis.
Διαδικάσασθαι Plato lib. 10. de Rep. Οἷς ἐπειδὴ διαδικάσαιεν, τοὺς μὲν δικαίους κελεύειν πορεύεσθαι τὴν
Καταδικάσαι εἰς δεξιάν. Sicut Καταδικάσαι iudicis eſt, Καταδικάσασθαι δὲ actoris: ſic Διαδι-
Καταδικάσασθαι. κάζεται is qui reum diiudicandum in iudicium trahit. Διαδικεῖν etiam di-
Διαδικεῖν. citur τὸ διαδικάζεσθαι. Plut. in apophtheg. de Scipione, Ἐκέλευσε δὲ ἐν τῷ ναῷ τοὺς
ἐγγύας ὁμολογεῖν, ὡς εἰς τρίτην ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀκουσόμενος τῶν διαδικουμέ-
Διαδικασία. νων. καὶ τοῦτ' ἐποίησεν ὡς προεῖπε, τῆς πόλεως ἀγούσης. Διαδικασία petitio & actio,
Διαδίκασμα hoc eſt ἔγκλημα, quæ etiā Διαδίκασμα dicitur. Lyſias, Οἴομαι μὲν οὖν ἂν πάντα
διηγήσωμαι τὰ πεπραγμένα ἡμῖν πρὸς Ἐράτωνα, ῥᾳδίως ἐξ αὐτῶν ὑμᾶς εὑρήσειν ἃ
προσήκει σκέψασθαι περὶ ταύτης τῆς διαδικασίας. Et paulo poſt, Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες
δικασταί, οὐ παρὰ τὸ δίκαιον ἀξιῶ μοι ψηφίσασθαι τὸ διαδίκασμα, ἀποδέδεικται, id eſt,
adiūdicare mihi quod intendi. AEſch. κατὰ Κτησιφῶντος, Εἰ δέ τις αὐτῷ τῶν στρα-
τηγῶν ἀντείποι, καταδουλούμενος τοὺς ἄρχοντας, καὶ συνεθίζων μηδὲν αὐτῷ ἀντιλέγειν,
διαδικασίαν ἔφη γράψειν τῷ βήματι πρὸς τὸ στρατηγεῖον. πλείω γὰρ ὑμᾶς ἀγαθὰ ὑφ'
ἑαυτοῦ ἔφη ἀπὸ τοῦ βήματος πεπονθέναι, ἢ ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐκ τοῦ στρατηγείου, Quòd
ſi quis Prætorum à Demoſthene diſſentiat, vt obnoxios magiſtratus ſibi
reddat, & aſſueſcant omnes nihil ipſi reclamare, minatur iudicium dicta-
turum, controuerſiámque pulpito cum prætorio conſtiturū: hoc eſt,
artem oratoriam cum imperatoria in certamen adducturum. Eſt enim
Βῆμα. βῆμα locus dicendi in concione, vt ipſe Demoſth. ἐπὶ τὸ βῆμα ἀνέβην, hoc
eſt, ἐδημηγόρησα. Plut. in Demetrio, Τοῦτον μὲν οὖν ἐπίτηδες ἐκείνῳ παρεθήκαμεν,
τὸν ἀπὸ τοῦ βήματος τῷ ἀπὸ τῆς θυμέλης, Stratoclem Oratorem, & Philippidem
Comicum ſignificans. Significat etiam locum dicendi in iudicio. AEſch.
in eadem oratione, Ὑπολαμβάνετε ὁρᾶν ἐπὶ τοῦ βήματος, οὗ νῦν ἑστηκὼς ἐγὼ λέγω,
ἀντιπαρατεταγμένους πρὸς τὴν τούτων ἀσέλγειαν τοὺς τῆς πόλεως εὐεργέτας. Demoſth.
Καὶ οὑτοσὶ Ὀλυμπιόδωρος ἠγωνίζετο πρῶτος, καὶ ἔλεγεν ὅ, τι ἐβούλετο, κἀγὼ σιωπῇ ἐκα-
Βέβηκε. θήμην ἐπὶ τοῦ ἑτέρου βήματος. Βῆμα vt βάσις, ἀπὸ τοῦ βέβηκε deriuatū eſt: quod
Βεβηκώς. ſignificat ſitū & fixū eſſe. Xenophon, βεβηκυίας τῆς οἰκίας ἐν δαπέδῳ. Signi-
ficat & baſim habere. Plut. in Cæſ. ἀπωσθεὶς πρὸς τὴν βάσιν, ἀφ' ἧς ὁ Πομπηΐου
βέβηκεν ἀνδριάς. Plato in Parmenide, καὶ μὴν εἰ φέροιτο τὸ ἕν, ἤτοι ἐν τῷ αὐτῷ ἂν
περιφέροιτο κύκλῳ, ἢ μεταλλάττοι χώραν ἑτέραν ἐξ ἑτέρας. Σωκρ. ἀνάγκη. οὐκοῦν κύκλῳ
μὲν περιφερόμενον, ἐπὶ μέσου βεβηκέναι ἀνάγκη, id eſt, ſuper punctum mediū fi-
xum eſſe, & verti. Significat etiam firmum & conſtantem eſſe. Greg. ad
Baſilium, ἐμοὶ δοκεῖς σὺ δόξαν μὲν ἔχειν ἀνδρὸς βεβηκότος καὶ ἀσφαλοῦς καὶ στερροῦ τὴν
διάνοιαν. Plut. in Sertorio, ἔργον οὖν οὐ νέας φρενός, ἀλλ' εὖ μάλα βεβηκυίας καὶ κα-



τηρτυμένης εἰργάσατο. Significat etiam ſtatariū. Idem in Philopœ. Ταῦτα ὁ Φι-
λοποίμην διατάξας, ἔπεισεν αὐτοὺς κράνεσι καὶ θώραξι καὶ περικνημῖσι πεφραγμένους,
μόνιμον καὶ βεβηκυῖαν ἀντὶ δρομικῆς καὶ πελταστικῆς μάχην ἀσκεῖν, id eſt σταδιαίαν, vt Σταδιαῖος.
Lucia. περὶ παρασίτου, ἀγῶνα μὲν γὰρ τὸν σταδιαίαν μάχην, καὶ ὠθισμὸν καὶ κόνιν καὶ τραύ-
ματα μὴ ἀγνοοῖον ἦ, &c. βάσις etiam præter iam dicta ſignificata, eſt clauſula Βάσις.
rhythmi, & rhythmus ipſe, & pars rhythmi. Plato lib. 3. de Rep. ἑπόμενον δ'
ἂν εἴη ταῖς ἁρμονίαις τὸ περὶ ῥυθμούς, μὴ ποικίλους αὐτοὺς διώκειν, μηδὲ παντοδαπὰς βάσεις.
Idem, ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ μετὰ Δάμωνος βουλευσόμεθα, τίνες τε ἀνελευθερίας καὶ ὕβρεως ἢ μα-
νίας, ἢ ἄλλης κακίας πρέπουσαι βάσεις, καὶ τίνας τοῖς ἐναντίοις λειπτέον ῥυθμούς. Sic apud
Ariſtotelem lib. 2. Politicôn, Ὥσπερ κἂν εἴ τις τὴν συμφωνίαν ποιήσειεν ὁμοφω-
νίαν, ἢ τὸν ῥυθμὸν βάσιν μίαν, vnum pedem, vnam ſemper & eandem clauſulā,
hoc eſt ἀνάπαυσιν. Hermog. de clauſulis grauis orationis loquēs, περὶ δὲ ἀνα-
παύσεως σεμνῆς ὁ αὐτὸς λόγος. δεῖ γὰρ ἵστασθαι τὸν λόγον ἐπί τινος τῶν οἰκείων ποδῶν τῇ σε-
μνότητι, χωρὶς μέντοι καταλήξεως, ἵνα μὴ εἰς τροχαῖον ἐμπέσῃ ἡ βάσις, μὴ δ' ἁρπασθῇ ὁ
ῥυθμός, ἀλλὰ βεβηκὼς ᾖ, id eſt, ne clauſula rhythmi catalectica in trochæum Βεβηκώς.
incidat, quē rhythmum oportet inſiſtere & claudi, ſeu clauſula ſtabiliri.
μάλιστα μὲν οὖν βεβήκοι, εἰ πρῶτον μὲν εἰς ὄνομα καταλήγοι, ἢ ὀνομαστικόν τι μὴ ἔλαττον
τριῶν συλλαβῶν ὄν, οἷον εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. Idem, διαφερόντως δὲ σεμνὴν ἔχει τὴν βά-
σιν ὁ ῥυθμός, εἰ ἡ ἀνάπαυσις καταλήγοι ἢ παραλήγοι στοιχείῳ τινὶ πλατεῖ, καὶ διοίγουσι
κατὰ τὴν προφορὰν τὸ στόμα, id eſt, ore grandiore & apertiore pronuntiando.
hoc enim διοίγειν ſignificat. Idem alibi, λέξις δὲ σεμνή, πᾶσα μὲν ἡ πλατεῖα καὶ Διοίγειν.
διοίγουσα κατὰ τὴν προφορὰν τὸ στόμα, ὥστε στομφάζειν. & rurſus, μάλιστα δὲ τὰ στοιχεῖα
ταῦτα τὸ ω καὶ τὸ α διαίρεται καὶ διοίγει τὸ στόμα. βάσιν autem hic vocat rhythmi poſi-
tionem. Quid ſit autem βεβηκὼς ῥυθμός ipſe alibi docet, περὶ ἐπιμελοῦς λόγου
καὶ περικαλλοῦς differens, βεβηκὼς μὲν γὰρ (inquit) τελέως ἐστὶν ὁ ῥυθμός, εἰ ἅμα τῇ ἐν-
νοίᾳ πληρουμένῃ, καὶ μέρος λόγου τι μακρὸν εἴη, καὶ εἰς τελευταίαν καταλήγοι μακρὰν
συλλαβήν, vt verbi gratia, ὡς ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ἡμῖν αἵρεσιν γε-
νέσθαι. οὐ βεβηκὼς δὲ ῥυθμός, ἀλλ' οἷον κρεμάμενος καὶ ἀπηρτημένος, ὅτε ἐννοίας μὴ πεπλη-
ρωμένης πω, μεταξὺ δέ πως διαναπαυομένης, ἡ κατάληξις εἰς βραχὺ μέρος γίνοιτο λό-
γου. καὶ ἤτοι βραχεῖαν ἔχει τὴν τελευταίαν, ἢ πάντως βραχείᾳ παραληγομένην, οἷον, ἔστι
δ' οὐκ ἄδηλον τοῦτο ὅτι λεπτίνης. καὶ πάλιν, κἂν τις ἄλλος ὑπὲρ τοῦ νόμου λέγῃ. καὶ πάλιν,
δίκαιον μὲν οὐδὲν ἐρεῖ. Idem ἐν τῷ περὶ ἀφελείας, ἀφελὴς οὖν ἡ ἑδραία μᾶλλον βάσις τοῦ
εὐρύθμου, καὶ ἡ βεβηκυῖα ἀνάπαυσις. Suprà autem dixerat, ἀνάπαυσις δὲ καὶ βάσις
ἀφελής, ἡ βεβηκυῖα. Cic. in 3. de oratore, id numeroſè ſedere vocat. Διαδικα- Διαδικασία.
σία etiam, vt eò redeā, eſt altercatio, & Διαδικάζεσθαι altercari. Demoſth.
Οἱ νόμοι δὲ οὐκ ἐῶσι δὶς πρὸς τὸν αὐτόν, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν οὔτε δίκας, οὔτε διαδικασίαν,
οὔτε ἄλλο τοιοῦτον εἶναι, hoc eſt, controuerſioſam duorum diſceptationem. Et
Διαδικαζόμενοι dicūtur tam actores quam rei, de re quacunque ambigen-
tes. Vnde Διαδικασίαν γράψαι, iudicium dictare, dicam ſcribere, vt in loco Διαδικασίαν γράφειν, καὶ ποιεῖν.
AEſchinis ſupraſcripto, & Διαδικασίαν ποιεῖν, iudiciū conſtituere. Demoſth.
κατὰ Τιμοκράτ. Ἔδωκε γνώμην, ὑμᾶς μὲν εἰσπράττειν τοὺς τριηράρχους, ἐκείνοις δὲ εἶναι
περὶ αὐτῶν ἀναφορὰν εἰς τοὺς ἔχοντας. Ἐὰν δὲ ἀμφισβητῆταί τι, ποιεῖν διαδικασίαν, τὸν δὲ
ἡττηθέντα τοῦτον ὀφείλειν τῇ πόλει, Cenſuit ille, vos quidem de illa pecunia Trie-
rarchos appellare debere, & cum ipſis experiri: ipſis autem Trierarchis eo

nomine ſubſidiariam eſſe in eos petitionem ad quos pecunia peruenit. Quòd ſi ea de re controuerſia ſuboriatur, iudicium inter eos ita conſtituere, vt qui in eo iudicio victus fuerit, in eum mulcta dicatur Reip. Eſt

Ἀναφορά.

autem Ἀναφορὰ ius referendæ quæſtionis aduerſus alium quempiã, quàm quocum iudicium prius agitatum eſt. Recurſum ſaluum forenſis turba vocat, id eſt, ius referendi controuerſiam non victori, ſed alii. Interpres

Διαδικασία.

Demoſthenis eo in loco διαδικασίας nomẽ certæ actionis eſſe dicit, quod mihi non ſatis probabile viſum eſt. Demoſth. διαδικασίαν & ἐπιδικασίαν pro eodẽ accepit πρὸς Μακάρτατον, hoc eſt, pro petitione hæreditatis & bonorum poſſeſſione petita. Eſt etiam διαδικασία, ἐπίκρισις τοῦ ἐπιτηδείου πρὸς τὴν λειτουργίαν, cum contentio inter duos oritur pro functione munerum. &

Διαδικάζειν.

διαδικάζειν diiudicare. Andocid. ἐν τῷ περὶ μυστηρίων, Ἔδοξεν οὖν τῷ δήμῳ ἐν τῷ τῶν θεσμοθετῶν δικαστηρίῳ τοὺς μεμυημένους, ἀκούσαντας μηνύσεις, ἃς ἕκαστος ἐμήνυσε, διαδικάσαι, id eſt, diiudicare vter prior detuliſſet iudicium.

Εἰσάγειν εἰς τοὺς φράτορας.

Εἰσάγειν εἰς τοὺς φράτορας τοὺς παῖδας dicebant de iis qui liberos profitebantur. Demoſth. Καὶ εἰσῆγον τὸν παῖδα τουτονὶ εἰς τοὺς τοῦ Ἁγνίου καὶ Εὐβουλίδου φράτορας, μεθ' ὧν καὶ Θεόπομπος ὁ τούτου πατὴρ Μακαρτάτου ἐφρατρίαζε, id eſt, phra-

Φρατριάζειν.

triæ conſortium habebat. Idem, Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐγένετο παῖς ἄρρην αὐτῷ οὐδὲ εἷς, μετὰ ταῦτ' ἤδη ἐσπούδαζεν ὅπως ἐκ τῆς θυγατρὸς εἰσποιηθῇ αὐτῷ υἱὸς εἰς τὸν οἶκον τὸν ἑαυτοῦ, καὶ εἰς τοὺς φράτορας εἰσαχθῇ, ſtudio contendit vt è filia natus puer ſibi in adoptionem daretur, qui in eius familiá tranſiret, noménq; daret phra-

Φρατρίαρχος.

triæ. Apud eundem Φρατρίαρχος eſt princeps phratriæ, Κάλει δὲ τὰς μαρτυρίας τὰς τῶν φρατόρων, ὡς εἵλοντό με φρατρίαρχον. Eſt autẽ

Φρατρία.

Φρατρία Græcis, quæ Curia Romanis. Plutar. in Romulo, ἑκάστη δὲ φυλὴ δέκα φρατρίας εἶχεν, ἅς ἔνιοι λέγουσιν ἐπωνύμους εἶναι ἐκείνων τῶν γυναικῶν. Pro hoc Liuius in primo curias triginta dixit. quare Φράτορες curiales dici poſſunt Latinè.

Νικᾶν.

Νικᾶν vincere iudicio, cum genitiuo & accuſatiuo. Demoſth. Καὶ ἐνίκησε Φυλομάχη ἡ Εὐβουλίδου, τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου τοὺς ἀμφισβητοῦντας αὐτῇ πάντας, οὐδεμιᾷ παρασκευῇ, οὐδὲ συνωμοσίᾳ, Et vicit iudicio hæreditatem Hagniæ Philomacha ab omnibus qui cum ipſa ambigere inſtiterunt, nulla nec coitione, nec adornata aduocatione. Cic. pro Roſcio Comœdo, Itáne verò cognitor ſi fuiſſet tuus, quod viciſſet iudicio, ferres tuum? ſuo nomine petiit, quod abſtulit, ſibi non exegit? Conſtruitur & cum duobus accuſatiuis. Dinarch. κατὰ Δημοσθ. Τιμοθέῳ τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν νικήσαντι τοὺς Λακεδαιμονίους. AEſch. Ἐνταῦθα ψήφισμα νικᾷ Δημοσθένης. Plato in Gorg. Καὶ ὅταν γέ τις αἵρεσις ᾖ, ὦ Σώκρατες, ὁρᾷς ὡς οἱ ῥήτορές εἰσιν οἱ συμβουλεύοντες, καὶ οἱ νικῶντες τὰς γνώμας περὶ τούτων; Cic. pro Cecinna, Oſtendo ſi ſine armis coactíſve hominibus deiectus quiſquam ſit, eum qui fateatur ſe deieciſſe, vincere ſponſionem, ſi oſtendat eum non poſſediſſe. Sic vincere Iſthmia & Pythia Vitruuius. Plut. in Politi. præceptis, Οὐ μόνον περίοδον νενικηκώς, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἀγῶνας, οὐ παγκρατίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ πυγμῇ καὶ δολίχῳ. Athenæ. de Herodoro Megarenſi, Ἐνίκησε δὲ τὴν περίοδον δεκάκις, id eſt, quinque certamina

Ἐκνικᾶν.

Græciæ obiuit & vicit. Ἐκνικᾶν eſt obtinere, inualeſcere. Pauſ. in Meſſen. Ὀνομασθέντα δὲ τοῦτον τὸν πόλεμον οὐκ ἀπὸ τῶν ἐπιστρατευσάντων, ὥσπερ γε ὁ μηδικός·

μεσσήνιον

μεσσήνιον δέ, ἀπὸ τῶν συμφορῶν. καθὰ δὴ καὶ τὸν ἐπὶ Ἰλίῳ, κληθῆναι τρωϊκὸν καὶ οὐχ ἑλληνικὸν ἐξενίκησε, inualuit. Idem in Lacon. Τὸ δὲ οἰκετικὸν τὸ ἐπικτηθὲν ὕστερον Δωριεῦσι μεσσηνίους ὄντας, ὀνομασθῆναι καὶ τούτους ἐξενίκησεν εἵλωτας. Eadem eſt etiã conſtructio & ſignificatio verbi κρατῶ. Τὰ νομιζόμενα ποιεῖν, iuſta mortuis face- Τὰ νομιζόμενα.

re, & parentare, hoc eſt, τὰ κατὰ τοὺς νόμους ὀφειλόμενα. Demoſth. περὶ στεφάνου, Ἐπειδὴ τελευτήσειέ τις αὐτῶν, καὶ τὰ νομιζόμενα αὐτῷ φέροιτο, ἀκολουθῶν ἐπὶ τὸ μνῆμα. Dicitur & τὰ συνήθη ποιεῖν. Antiph. Πρὶν καθᾶραί τε τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, pro ſolennibus expiationibus dixit, vt Ariſtot. τὰς νομιζομένας λύσεις, decentes & legitimas ritualéſque expiationes. Herodi. Ἐπιτελέσαντες τὰς νενομισμένας ἱερουργίας, hoc eſt συνήθεις, & legitimas iuſtáſque. Sic Demoſth. τὰ νενομι- Τὰ νενομισμένα.

σμένα, ἀντὶ τῶν ἐναγισμάτων dixit, hoc eſt iuſta funebria, vel vt Cicero, iuſta exequiarum. Liuius, Iuſta quoque funebria, placandóſque manes vt idem Iuſta.

edoceret. Et iuſta hoſpitalia τὰ νομιζόμενα ξένια. Idem, Venientibus obuiã cunctus Senatus egreſſus, iuſtis omnibus hoſpitalibus, publicíſque & priuatis fungitur officiis. Νομίζεται & νενόμισται cum dicunt, hoc ſignificãt, Νομίζεται καὶ νενόμισται.

καθέστη, καθέστηκεν, εἴθισται, ſolenne eſt, legitimum eſt, moris eſt, in more poſitum eſt. Syneſ. Οὐ γάρ, οἶμαι, νομίζεται νυμφευτείαις βαδίζειν ἐπ' ἐκφοράν. Νομιζόμενον etiam dicitur, quod lege ſancitum eſt. Plato in Minoe, Τί οὖν ἂν ὁ νόμος εἴη ἄν, ὦ Σώκρατες, ἢ τὰ νομιζόμενα; Σ. Ἦ καὶ λόγος δοκεῖ σοι εἶναι τὰ λεγόμενα, ἢ ὄψις τὰ ὁρώμενα; Νομίζειν lege ſancire, vel moribus inſtituere. Idem in eodem, Νομίζειν.

Πολλὴ γὰρ εὐρυχωρία τῆς ἀποδείξεως, ὡς οὔτε ἡμεῖς ἡμῖν αὐτοῖς ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ νομίζομεν, οὔτε ἀλλήλοις οἱ ἄνθρωποι, Latus eſt enim campus demonſtrationis, quod neque nos eadem ſemper de iiſdem nobíſque conſtanter, neque cæteri mortales eadem inter ſe inſtituunt & ſanciunt. Herodia. Ἔτυχε δὲ βασιλικῆς τιμῆς, καὶ ὡς νομίζουσι ῥωμαῖοι, ἐξεθειάσθη, Omnibus autem principum honoribus funus eius decoratum eſt, & vt Romanis mos eſt, inter diuos relata eſt. vel, vt Romanorum moribus inſtitutum eſt. Pauſ. Καὶ πρῶτον μὲν καθιερᾶσθαι νομίζουσιν, ὅστις ἦλθεν Ἀμφιαράῳ χρησόμενος, id eſt, inſtituerunt. Et in Lacon. Ἐπὶ δὲ θυγατρὶ γαμουμένῃ νενομίκασι τὰς μητέρας τῇ θεῷ θύειν, id eſt, inſtitutũ eſt apud eos: hoc eſt, καθέστηκεν παρ' αὐτοῖς. Herodot. Ἀγάλματα δὲ καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐ νομίζουσι ποιέειν, πλὴν Ἄρηϊ, τούτῳ δὲ νομίζουσι, de Scythis loquẽs. Item Plato vtraque ſignificatione huius verbi eodem loco vſus eſt, quaſi ludens in æquiuoca dictione, Καίτοι δῆλον ὅτι ἃ ἐνόμιζε καλὰ εἶναι, ταῦτα νόμιμα ἔθηκε καὶ τοῖς αὑτοῦ πολίταις. οὐ γάρ που ὥσπερ γε φαῦλος ἄνθρωπος ὁ Μίνως, ἐνόμιζε μὲν ἕτερα, ἐποίει δὲ ἄλλα παρ' ἃ ἐνόμιζεν. Hîc νομίζειν ἀντὶ τοῦ ὑπολαμβάνειν καὶ δοξάζειν poſuit in primo loco, in ſequentibus ἀντὶ τοῦ ἐνομοθέτει. Νομίζεσθαι ſignificat exiſtimatum eſſe, hoc eſt exiſtimatione & clara opinione præditũ. Idem in Gorg. Ἆρ' οὖν δοκοῦσί σοι ὡς κόλακες ἐν ταῖς πόλεσι φαῦλοι νομίζεσθαι οἱ ἀγαθοὶ ῥήτορες; Σωκ. Οὐδὲ νομίζεσθαι ἔμοιγε δοκοῦσιν. Πωλ. Πῶς οὐ νομίζεσθαι; οὐ μέγιστον δύνανται τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν; Σω. Οὔκ, εἰ τὸ δύνασθαί γε λέγεις ἀγαθόν τι εἶναι τῷ δυναμένῳ, Vtrũ igitur ô Socrates videntur tibi vt aſſentatores populi, mali exiſtimari boni oratores in vrbibus? Mihi verò ne exiſtimari quidẽ. vel, ne cẽſeri quidẽ, ſi prius illud ſic vertas, Videntúrne tibi boni oratores, cẽſeri mali homines in ciuitatibus, vt populi aſſentatores. Id etiã δοκεῖν dicitur, & ασου

δάζεσθαι, hoc eſt εὐδοκιμεῖν, & gratia pollere.

Ἐξηρημωμένος οἶκος.
Ἐξηρημωμένος οἶκος dicitur, cum familia deleta nomen gentis interiit. Inde lex illa, ὁ ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν καὶ τῶν ἐπικλήρων, καὶ τῶν οἴκων τῶν ἐξερημουμένων.

Ἰσχυρίζεσθαι. Niti.
Ἰσχυρίζομαι τῷ νόμῳ, ἢ τῷ ψηφίσματι, nitor Latinè dicitur, hoc eſt, in hoc fiduciam cauſæ colloco, in eo cardinem cauſæ pono & facio. vt, Ὁ μὲν ἰσχυρίζεται τῷ δικαίῳ, καὶ τῷ νομίμῳ· ὁ δὲ τῷ συμφέροντι. Demoſth. Οὐ μὴν ἰσχυρίζομαι τούτῳ. Quintil. in tertio, Quod accidit, ſi eandem rem plures petant, vel eodem iure, vt proximitatis: uel diuerſo, vt cum hic teſtamẽto, ille proximitate nitatur. Cic. pro Cluentio, Altera pars mihi niti, & magnopere confidere videtur inuidia iam inueterata iudicii Iuniani. Dicitur

Inniti. Ἐνισχυρίζεσθαι.
& Inniti ab eodem in eadem, Hoc igitur iudicium reprehendas tu, cuius accuſatio rebus iudicatis inniti videbatur, neceſſe eſt. Græcè dicitur Ἐνισχυρίζεσθαι à Demoſthene, hoc eſt πιστεύειν. pro eodem enim vtroque vtitur, vt ἡμεῖς μὲν πιστεύοντες ταῖς ἀληθείαις, εἰσεληλύθαμεν· οὗτοι δὲ ἰσχυριζόμενοι τῇ παρασκευῇ.

Ἀπισχυρίζεσθαι.
Hoc idem ſignificat Ἀπισχυρίζεσθαι, niſi quod maiorem conatum in aggrediendo, maiorémque fiduciam in tuendo ſignificat: vt ἀπακριβοῦσθαι diligentiorem curam ſignificat quàm ἀκριβοῦσθαι. Dicitur hoc & aliis modis, qui ſuis locis dicentur. Ἰσχυρίζεσθαι etiam affirmare ſignificat, id eſt βεβαιοῦσθαι. Syneſ. Ἰσχυρίζομαι δὲ ὡς ἔστιν οὐ τῶν ἱερῶν βιβλίων θεὸς ταῦτα λέγει. AEſch. pro contendere dicendo & conniti, vſus eſt.

Οἱ πρὸς ἀνδρῶν.
Οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι, agnati & gentiles: qui & οἱ ἐκ τῶν ἀρρένων οἰκεῖοι dicũtur. Demoſth. Ἁπλῶς γὰρ τοῖς ἐγγυτάτω πρὸς ἀνδρῶν, ὅταν μὴ παῖδες ὦσιν, ὁ νόμος τὰς κληρονομίας ἀποδίδωσι. Idem, Πρὸς ἀνδρῶν ἔχων τὴν συγγένειαν ταύτην, καὶ οὐ

Οἱ πρὸς γυναικῶν.
πρὸς γυναικῶν, id eſt agnatus, non cognatus. Λεώστρατος δὲ οὑτοσὶ ἤδη τε ἀπωτέρω ἐστί, καὶ πρὸς γυναικῶν οἰκεῖος Ἀρχιάδῃ. Sic Iſocr. in oratione περὶ ζεύγους, Ὁ γὰρ πατὴρ ἦν, πρὸς μὲν ἀνδρῶν Εὐπατριδῶν, πρὸς γυναικῶν δὲ Ἀλκμεωνιδῶν, Gẽtilitate quidẽ atq; agnatione antiqua, & imprimis nobili, à genere autẽ

Οἱ πρὸς πατρός. Οἱ πρὸς αἵματος. Εὐπατρίδαι.
materno Alcmæonides. Dicũtur etiã οἱ πρὸς πατρός, καὶ οἱ πρὸς μητρός. Pauſ. γεγόνασι δὲ οἱ Τυνδάρεω παῖδες τὰ πρὸς μητρός, ἀπὸ τοῦ Πλευρῶνος. Οἱ πρὸς αἵματος cõſãguinei. Sopho. in Aiace, ἆρ᾽ ὧν ἄρειος ἐξ ἀριστέοιν δυοῖν Βλαστὼν ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος; Εὐπατρίδαι autẽ ſic apud Græcos dicũtur, vt apud Romanos Patricii.

Ἐμβατεύειν.
Ἐμβατεύειν εἰς τὴν κληρονομίαν, ἢ εἰς τὴν οὐσίαν, ſignificat cernere & adire hæreditatem, vel immiſcere ſe hæreditati & bonis. Demoſth. πρὸς Λεωχάρην, Τῷ δὲ προσειληφέναι τι τῶν πραγμάτων ἐκ τοῦ ἄνωθεν χρόνου, καὶ τῷ ἐμβεβατευκέναι εἰς τὴν οὐσίαν, τούτοις τεκμηρίοις χρώμενοι, φήσουσι κληρονομεῖν. Idem, Καὶ ἐνεβάτευσεν οὕτως εἰς τὴν οὐσίαν, ὡς ὑπ᾽ ἐκείνου ζῶντος ἔτι εἰσποιηθείς. Significat etiam ire in poſſeſſionem bonorum, vt πρὸς Ἀπατούριον, Οἱ δὲ χρῆσται κατήπειγον αὐτὸν ἀδικοῦντες, καὶ ἐνεβάτευον εἰς τὴν ναῦν, εἰληφότες τὴν ὑπερημερίαν, Creditores autem hominem iniquè vrgebant, in poſſeſſionem nauis euntes ob moram diſſoluendi. Erant autem creditores pignoratitii, quibus nauem cũ mercibus ille oppignerauerat, hoc eſt, ἔτυχεν αὐτοῖς ὀφείλων ἐπὶ τῇ νηί. Iſæus, Ἐμοῦ δὲ ἀποδημοῦντος ἐνεβάτευσεν εἰς τὸ χωρίον, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐκεῖνος τελευτήσας κατέλιπεν, ἅπαντα ἔφη αὐτοῦ εἶναι. ἐνεβάτευσεν δὲ ἐκαρπώσατο dixit, id eſt, poſ-



ſidere vt ſuum cœpit. Paulus ad Coloſſ. cap. ſecundo, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Intelligi ſic poteſt, In eorũ quæ non vidit poſſeſſionem pedem ponens, vel in eorum quæ non vidit poſſeſſionem ingrediens. Greg. περὶ θεολογίας, Οὕτω Σολομὼν ὁ σοφιστὴς μὲν

Ἰλιγγιᾶν.
ος πάντα, ὅσῳ πλέον ἐμβατεύει τοῖς βάθεσι, τοσούτῳ πλέον ἰλιγγιᾷ, Quo magis in altum pedem ponit, eo magis vertigine laborat, & æſtuat. hoc enim ſignificat ἰλιγγιᾶν. Idem in primo κατὰ Ἰουλιανοῦ, Τοῖς δὲ τῆς προνοίας λόγοις οὐκ ἐμβατεύοντες, ἐκ τῶν ἐναντίων πολλάκις τὰ βελτίω διοικουμένης, non penetrantes in conſilia prouidentiæ. Plato in Protag. Ἐγὼ δὲ τὸ πρῶτον ὥσπερεὶ ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ πύκτου πληγείς, ἐσκοτώθην τε καὶ ἰλιγγίασα, vertigine affectus ſum. Idem in Gorgia, Εἴ τις σοῦ λαβόμενος, ὦ Σώκρατες, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαγάγοι, οἶσθ᾽ ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ, τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ᾽ ἰλιγγιῴης καὶ χασμῷο, οὐκ ἔχων ὅ, τι εἴποις, ſed æſtuares & hæſitares, nec haberes quod diceres.

Χασμᾶσθαι.
Χασμᾶσθαι, eſt oſcitanter addubitare & cunctari, æſtuare, angi & conturbari. Cic. in Ver. Itaque æſtuabat dubitatione, hoc eſt ἰλιγγία, περιπαθῶς εἶχε, περιεπάθει.

Ἴλιγξ.
Ἴλιγξ autem non modò vertiginem, ſed etiam vorticem ſignificat. Diodor. Μεγάλων γὰρ ῥείθρων εἰς ἕνα τόπον συρραπτόντων, ἴλιγγες πολλαὶ καὶ φοβεραὶ συνίσταντο.

Ἐπεξέρχεσθαι.
Ἐπεξέρχεσθαί τινι, eſt in ius eum rapere, iudicium dictare, & cum eo experiri. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Καὶ μετὰ ταῦτα ἀπαντῶντες ἐνεκελεύοντο, ὅπως ἐπέξει τῷ μιαρῷ τούτῳ. (ſic enim legi debet, non ἐπέξῃ) καὶ μὴ διαλύσῃ. θεάσονταί σε τί ποιήσεις Ἀθηναῖοι, Vide vt iſtũ ſceleſtum in ius rapias, & cũ eo acriter agas, nec committas vt tranſactione litẽ finias.

Ἐπεξιέναι.
Eſt autem ἐπέξει ſecunda perſona præſentis temporis iuncta cum ſecunda futuri, ἀπὸ τοῦ διαλύεσθαι, quia ſignificationem habet futuri. Eſt autem ἐπεξιέναι, nõ tam reum agere, quam reum peragere & conuincere, hoc eſt αἱρεῖν & ἁλίσκειν, & καταδικάζεσθαι. Idem πρὸς Λεπτίνην, καίτοι καὶ τοῦτο ἀκούω σε λέγειν, ὡς ἄρα πρὸς σέ τινες γραψάμενοι πρότεροι τούσδε, οὐκ ἐπεξῆλθον. Reum facere eſt, εἰς κίνδυνον καθιστάναι, & εἰς ἀγῶνα καθιστάναι: quod Cicero in diſcrimen vocare dicit, & periculum creare.

Ἐπεξελθεῖν.
Τὸ μέντοι ἐπεξελθεῖν τῷ εἰς κίνδυνον καθεστηκότι, eſt reum conuincere & peragere. Quod damnare etiam dicitur Græcorum more, vt nos in Annotationibus in Pandectas diximus. Conſtruitur etiã cum accuſ. Antiph. Ἐπεξελθεῖν τὸν φονέα τοῦ πατρός. Ipſe Demoſth. in eadem, Διαφθαρέντος τοῦ Νικοδήμου τοῦ οἰκείου ἡμῶν βιαίῳ θανάτῳ ὑπὸ Ἀριστάρχου, ἐπεξῄειμεν τοῦ φόνου τὸν Ἀρίσταρχον, accuſatiuo & genitiuo iunxit. Herodia. pro vlciſci mortem, cum datiuo, de cæde Pertinacis loquens. Alibi, Μήτε τοῖς οὕτως ὠμῶς τετολμηκόσιν ἐν φόνῳ τῷ βασιλικῷ, ἐπεξιέναι τινά. Thucyd. in tertio, Θαυμάζω δὲ τῶν χρόνου διατριβὴν ἐμποιησάντων, ὅ ἐστι πρὸς τῶν ἠδικηκότων. ὁ γὰρ παθὼν τῷ δράσαντι ἀμβλυτέρᾳ τῇ ὀργῇ ἐπεξέρχεται. Quibus verbis ſignificat, vltionis mora intercedente, vltorum iram ſenſim hebeſcere, καὶ μαλακώτερον ἐκδικεῖν τὸ ἀδίκημα. Quod verbum accuſ. iungitur, & interdum datiuo: ſed duntaxat ἀντὶ τοῦ ἀμύνω.

Ἐκδικῶ.
Nam ἐκδικῶ σε, eſt vlciſcor te & ſcelus: & ἐκδικῶ ἐμαυτόν, tueor me, & iniuriam mihi illatã vlciſcor. Chryſ. ad Rom. tertio, ὅταν γὰρ ἑαυτοὺς ἐκδικῶμεν, ὁ θεὸς ἡμῖν οὐκ ἀμύνει· ὅταν δὲ αὐτῷ παραχωρῶμεν, πλέον ἢ προσδοκῶμεν γίνεται. Et ἐκδικοῦμαι pœnam luo. Greg. Κἂν μὲν ἐκδικούμενος ἑπτάκις, τουτέστι δι-

χας εἰσπεπραττόμενος τῆς ἀδελφοκτονίας. Cum autem dico ἐκδικῶ σοι, hoc ſignifico, iniuriam tibi illatam vlciſcor. Διεκδικεῖν. Quod etiam Διεκδικεῖν dicitur, & frequenter in Pandectis Græcis legitur, pro tueri & defendere, vt, Τὸν δὲ κλέπτην ἑαυτὸν ἀκουσίως διεκδικοῦντα ἔξεστι φονεύειν. Alibi, Δοῦλοι δὲ μὴ διεκδικούμενοι ὑπὸ τῶν δεσποτῶν, σωματικῶς τιμωροῦνται, id eſt, quos dominus non vt ſuos defendit in iudicio, & pro quibus iudicium noxale ſubire noluit. Ἐπεξιέναι. Ἐπεξιέναι etiam erumpere eſt in infeſto exercitu. Iſocr. περὶ ἀντιδόσ. Πελοποννησίων δὲ τοὺς μετ᾽ Εὐρυσθέως εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν εἰσβαλόντας, ἐπεξελθόντες ἐνίκησαν μαχόμενοι, κἀκείνους τῆς ὕβρεως ἔπαυσαν. Hoc idē ἐπιβοηθεῖν & ἐπαρήγειν dicitur. Ἀντεπέξειμι. Ἀντεπέξειμι eſt, inuadēti hoſtiliter occurro. Pauſ. in Meſſ. ἀντεστρατοπεδεύοντο δὲ καὶ οἱ μεσσήνιοι, καὶ πειρωμένων μάχης τῶν σπαρτιατῶν ἄρχειν, ἀντεπεξῄεσαν. Dicitur & ἀντέπειμι pro eodem. Ἀντέπειμι. Idem, ἀντεπῄεσαν δὲ καὶ οἱ λακεδαιμόνιοι σπουδῇ καὶ οὗτοι. Ἐπιέναι. Significat etiā ingredi hoſtiliter, vt ἐπιέναι, hoc eſt εἰσβάλλειν, ἐπιστρατεύειν, cuius exempla ſunt apud Thucyd. & Pauſ. & eundem Iſocr. Ἐπεξιέναι etiam eſt perlegere. Baſilius, Ἐπειδὴ δὲ ἔλυσα τὴν ἐπιστολὴν, καὶ πάνθ᾽ ἕκαστα ἐπεξῆλθον, γελάσαι μοι ἐπῆλθε. Significat etiam excurrere & percurſare populabūdē. Thucyd. Ἐπεξῆλθον τὰ πολλὰ τέμνοντες. Significat & ſtylo perſequi. Pauſ. Δεῖ δέ με ἀφικέσθαι τοῦ λόγου πρόσω, πάντα ὁμοίως ἐπεξιόντα τὰ ἑλληνικά. Sic enim Διεξιέναι. dicitur vt διεξιέναι, hoc eſt λέγειν, καὶ κατὰ διέξοδον ἐπεξιέναι, cōmemorare, ediſſerere. ἐπιέναι etiā eſt percenſere, percurrere, recēſere. Ariſtoteles in ſecūdo Ἐπέρχεσθαι. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Ἀνάγκη πρὸς τὴν ἐπιζητουμένην ἐπιστήμην, ἐπελθεῖν ἡμᾶς πρῶτον περὶ ὧν ἀπορῆσαι δεῖ πρῶτον. & in pri. παραλάβωμεν οὖν καὶ τοὺς πρότερον φιλοσοφήσαντας περὶ τῆς ἀληθείας. ἐπελθοῦσι γὰρ ἔσται τι προὔργου τῇ μεθόδῳ τῇ νῦν. & in quarto περὶ ἀρχῶν, ἐχόμενον δὴ τῶν εἰρημένων ἐστὶ περὶ χρόνου ἐπελθεῖν, diſſerere, diſputare. Demoſth. de eo qui legem recitat & rogat, κατὰ ἀνδροτίωνος, ταῦτ᾽ ἐπήρχετό φησιν ὁ ἐπιστάτης. διεχειροτόνησεν ὁ δῆμος. ἔδοξεν. οὐδὲν δεῖ προβουλεύματος. ἐπιέναι etiam eſt hoſtiliter inuadere, ὅθεν ἔφοδος. Thucyd. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπελθόντων τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων, προσεχώρησαν καὶ αὐτοὶ ὁμήρους δόντες. Ἐπέρχεται etiam ἀντὶ τοῦ παρίσταται, καὶ εἰς νοῦν ἔρχεται, ſubit. Demoſth. πρὸς Λεπτίνην, ὧν ἐπέρχεταί μοι πρῶτον ἐξετάσαι τοὺς ἐκ Κορίνθου φυγόντας. Significat etiā aduētat. Ἐπεξῆμεν ᾔειν ᾔεις. Verum quod Demoſth. ἐπεξῆμεν τοῦ φόνου dixit, Attice ἀντὶ τοῦ ἐπεξῄειμεν dictum eſt. Eſt enim ἀπὸ τοῦ ἤια ᾖα ᾔειν ᾔεις ᾔει, ᾔειμεν ᾔειτε ᾔεσαν, ἐκβολῇ τοῦ ι vt ἐτετύφεσαν, & ſimilia. ᾖμεν. ᾖμεν ἀντὶ τοῦ ᾔειμεν, vt προσῇμεν τῇ βουλῇ Demoſth. καὶ ἦμεν. ἐξῇτε ἀντὶ τοῦ ἐξῄειτε. ὑμεῖς δ᾽ ἐξῇτ᾽, ἐβοηθεῖτε. ἦμεν verò ſine iota ſubſcripto, δωρικῶς εἶναι ſignificat, Theocrit. in pharmac. Ὅς με τάλαιναν ἀντὶ γυναικὸς ἔθηκε, κακὰν καὶ ἀπάρθενον ἦμεν. Vel eſt ἔμμεναι ἀποβολῇ καὶ τροπῇ: quod & ἔμεν dicitur. & παρῆμεν ἀντὶ τοῦ παρεῖναι. Idem, Ἐς τὸ τεὸν καλέσαισα τόδε στέγος ἦ με παρῆμεν.

Εἶμι εἶς εἶσθα. Εἶμι εἶς καὶ εἶσθα eo & ibo, is & ibis. & ἰὼν μετοχὴ tria tempora ſignificat, vt ἀνιών, κατιών, & alia. Demoſth. περὶ παραπρ. Βουλόμενος δ᾽ ὑμᾶς ὡς πορρωτάτω τῶν πραγμάτων ἀπάγειν, διέξεισιν ἡλίκα πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθὰ ἐκ τῆς εἰρήνης γίνεται, commemorabit, ediſſeret. Sic Μέτεισι ἀντὶ τοῦ ἀνιχνεύει καὶ ἀνιχνεύσει. Σύνεισι συνελεύσεται. Idem κατὰ Τιμοκρατ. Εἰπέ Τιμόκρατες, οὐ σύνιμεν καὶ βουλευσόμεθα ἐάν τι δέῃ; Idem, Καὶ τίς ὑπάρξει τοῖς ἀδικουμένοις ἀσφάλεια; οὐ σύνεισιν ἡ βουλὴ καὶ διοικήσει τὰ ἐκ τῶν νόμων; Idem, Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αὖθις ἐπάνειμι, mox diſſeram,



vel, rurſus diſſeram. Διέξει enarrabis Plato. & διέξιμεν narrabimus, & perſequemur ſtilo. Gal. in pri. Therapeu. εἰ γὰρ ἐπέξειμι πάντα, κινδυνεύσω σπουδάζειν δοκεῖν τὸ πάρεργον, ὃ φεύγειν ἐκέλευσα, Si omnia ſcripſero, ſi omnia ſtilo proſequar, ſi enarrabo. ἴασι & μετίασι προπαροξυτόνως. Nam ἰᾶσι & μεθιᾶσι eſt ἀπὸ τοῦ ἵημι τὸ πέμπω, licet errore ſcribentiū hæc cōfuſa ſint apud auctores. ἴασι, ἰᾶσι. Iliad. π. Καὶ τ᾽ ἀγεληδὸν ἴασιν, ἀπὸ κρήνης μελανύδρου Λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσι μέλαν ὕδωρ. Sic ἐπίασι & ἐφιᾶσι. ἐπίασι inuadent Xenoph. μετίασι vlciſcentur Lucian. Εἰσιὼν, vt dixi, tria habet tempora: de præſenti & præterito clarum eſt. Εἰσιὼν tria tēpora ſignificat. Tertii eſt exemplum apud Demoſthenē κατὰ Τιμοκρατ. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι δεῖν τὸν εἰς ἱερὰ εἰσιόντα, καὶ χερνίβων καὶ κανῶν ἁψόμενον, καὶ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἐπιμελείας προστάτην ἐσόμενον, τὸν βίον ὅλον ἡγνευκέναι τῶν τοιούτων ἐπιτηδευμάτων οἷα τούτῳ βεβίωται. Plutarch. Ὡς αὐτίκα μετιόντες ἀρχάς, petituri, ambituri. Porrò ἔξει non ſolum ἐξελεύσῃ & ἐξέρχῃ ſignificat, vt dixi, ſed etiam ἔξει ἔξιθι. ἔξιθι & ἐπέξιθι Attice. Et μέτει perſequere. δίει narra, percurre. κάτει deſcendis & deſcende. Lucian. ἐπὶ τὴν γῆν κάτει μοιχεύσων, deſcendis & deſcendes. Sic autem dicitur ἔξει ἀντὶ τοῦ ἔξιθι, vt ἵστη ἀντὶ τοῦ ἵσταθι, πίμπλη ἀντὶ τοῦ πίμπλαθι, quæ ſumuntur à tertia perſona τοῦ παρατατικοῦ. Iſocr. Τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας, τὰς δὲ πραγματείας ἐπιζημίους, id eſt καθίσταθι, fac, effice. Idem, Τοιούτους ἐφίστη τοῖς πράγμασι τοῖς μὴ διὰ σοῦ γινομένοις, præfice. Ariſtoph. βατραχ. Κατάβα κακοῦργε, ἀντὶ τοῦ κατάβηθι. Sic act. Apoſt. x 11, Ἀνάστα ἐν τάχει, Surge, ἀνάβηθι, per ſyncopam dicta ſunt ἀπὸ τῶν κατάβαθι καὶ ἀνάβαθι, quæ Attice dicuntur pro ἀνάβηθι & κατάβηθι, vt φάθι σύμφαθι Ξενοφ. Καὶ ὅ, τι ἄν σε τούτων ἐρωτῶ, ἤπερ γέγραπται σύμφαθι. Ἴμεν imus & ibimus & ibamus. Plato in Phædro, Τί δὲ τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα, ἢ καὶ Περικλέα, εἰ ἀκούσειαν ὧν νῦν ἡμεῖς διῄειμεν τῶν παγκάλων τεχνημάτων, commemorabamus. Ἴσαν ἀντὶ τοῦ ἐπορεύοντο, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐγίνωσκον καὶ ἠπίσταντο, per ſyncopam ἴσασαν ἴσαν, ἀπὸ τοῦ ἴσημι. Ἴσαν. Vnde ἴσασιν ἀντὶ τοῦ οἴδασι. εἶσθα ἀντὶ τοῦ εἶς, is, ibis, Iliad. x. Attice dicitur, Ἦτε καὶ ὕστερον εἶσθα Εἶσθα. ἦσθα. θοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν, vt ἦσθα eras, es, Plato, Οὕτως, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἀνὴρ καλὸς ἦσθα, καὶ πάλαι καταφανής. Et παρῆσθα aderas. Idē in Gorg. Παρῆσθα γὰρ καὶ αὐτὸς λεγομένοις. ᾔδησθα ſciebas. Idem lib. pri. de Repu. εὖ οὖν ᾔδησθα ὅτι εἴ τινα ἔροιο ὁπόσα ἐστὶ τὰ ᾔδησθα δώδεκα, ὅτι εἴποις δὶς ἕξ. Scribitur & ᾔδεισθα, vt in Euthyph. Εἰ γὰρ μὴ ᾔδεισθα σαφῶς ᾔδεισθα. τό, τε ὅσιον καὶ τὸ ἀνόσιον, οὐκ ἄν ποτε ἐπεχείρησας πατέρα διωκάθειν. Ἔφησθα ἔφησθα. ἀντὶ τοῦ ἔλεξας. Idem in v I. de Repub. ἆρα οὖν πείθομέν πῃ ἐκείνους, οὓς διατεταγμένους ἐφ᾽ ἡμᾶς ἔφησθα ἰέναι. Vtitur & Demoſthenes & Xenophon.

Ex οἴδασθα factum eſt οἶσθα. Ἐπεξῄεισθα etiam pro ἐπεξῄεις legitur apud Pla Οἶσθα. Ἐπεξῄεισθα. tonē, Οὐ γὰρ ἄν που ὑπέρ γε ἀλλοτρίου ἐπεξῄεισθα τῷ πατρὶ φόνου. ἦς & ἦσθα etiā ἦς καὶ ἦσθα. pro ὑπῆρχες leguntur ſæpiſſime. Greg. Εἰ κωφὸς ἦσθα καὶ ἄλαλος, ὁ λόγος ἐνηχησάτω σοι. Et paulo poſt, Εἰ δὲ τυφλὸς εἶ. ἦσθα & εἶ pro eodem poſuit es: quod Herodotus εἷς dicit. Plato in Crito. Ἐπειδὴ δὲ ἐγένου τε καὶ ἐξετράφης καὶ ἐπαιδεύθης, ἔχοις ἂν εἰπεῖν πρῶτον μὲν, ὡς οὐχὶ ἡμέτερος ἦσθα καὶ ἔκγονος καὶ δοῦλος. καὶ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, ἆρ᾽ ἐξ ἴσου οἴει εἶναί σοι τὸ δίκαιον καὶ ἡμῖν; Pro es dixit ἦσθα. Vtitur itidē & Demoſth. παρῆσθα, aderas. Eurip. in Oreſte, Σὺ γὰρ τάτ᾽ εἰς ἄγναθον παρῆσθα. ἐξεῦρες κακά, Καὶ πλησίον παρῆσθα κινδύνων ἐμοί, ἀλλὰ παρυπῆρχες. ἦν etiā pro ἐστὶ ἦν ἀντὶ τοῦ ἐστί. identidem accipitur. Ariſtoph. Ὅσοις δικαίοις οὖσιν οὐκ ἦν ἄλφιτα, nō eſt quod

eſitent. Idem βατραχ. Τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἢ Διὸς Κόρινθος ἐν τοῖς στρώμασι, Quid aliud eſt? Plato in Sympoſ. Τὸ δὲ ἄρα, ὡς ἔοικεν, οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὁτιοῦν, ἀλλὰ τὸ ὡς μέγιστα ἀνατιθέναι τῷ πράγματι, καὶ ὡς κάλλιστα, ἐάν τε ᾖ οὕτως ἔχοντα, ἐάν τε μή. εἰ δὲ ψευδῆ, οὐδὲν ἄρα ἦν πρᾶγμα, nihil eſt incommodi & moleſtiæ. ἦν bis pro ἐστὶ poſuit. Ariſtotel. identidē, vt περὶ κόσμου, Ἀγνοοῦσι δὲ ὅτι τοῦτ' ἦν πολιτικῆς ὁμονοίας τὸ θαυμασιώτατον. & in primo περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, Εἰ γὰρ τοῦτο ἀεί τι τῶν ὄντων ἀπέρχεται, διὰ τί ποτ' οὐκ ἀνάλωται πάλιν καὶ φροῦδον τὸ πᾶν, εἴτε πεπερασμένον ἦν ἐξ οὗ γίνεται τὸ πεπερασμένον ἕκαστον, ſi nihil eſt infinitū.

Præteritū imperfectū pro præſenti ponitur.

Τί ἦν εἶναι. Inde τὸ τί ἦν εἶναι eiuſdem, vt in pri. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, Ἐμπεδοκλῆς τῷ λόγῳ ὁσιοῦ φησιν εἶναι, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ ἡ οὐσία τοῦ πράγματος, id eſt, τὸ τί ἐστι. Et in quarto, Τὸ δὲ καθ' αὑτὸ, ἓν μὲν ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ, οἷον ὁ Καλλίας, καὶ τί ἦν εἶναι Καλλίαν. (per datiuum & peraccuſatiuum dixit) & ſequitur, ἓν δὲ, ὅσα ἐν τῷ τί ἐστιν ὑπάρχει, οἷον ζῶον ὁ Καλλίας καθ' αὑτό. ἐν γὰρ τῷ λόγῳ ἐνυπάρχει τὸ ζῶον. Alexand. in pri. Topic. enarrans illa verba Ariſtotelis, ἔστι δὲ ὅρος μὲν, λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. τοῦτο δὲ (inquit) τὸ τί ἦν εἶναι, ὡς ὀνοματικὸν συλλαβὼν ἐξενήνοχε. σημαίνει δὲ ὁ τὸ τί ἐστι τὸ εἶναι σημαίνων τῷ ὁριστῷ. τοῦτ' ἔστι, λόγος ἐστὶ δηλωτικὸς τοῦ εἶναι ἐκείνῳ οὗ ἐστιν ὅρος.

ἦν ἀντὶ τοῦ ἐστί. τῷ γὰρ ἦν, οὐχ ὡς παρεληλυθότος χρόνου δηλωτικῷ κέχρηται νῦν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐστί. συνήθης δὲ ἡ τοιαύτη ἐστὶ χρῆσις. ὁ γὰρ λέγων τοῦτο ἦν, ἴσον λέγει τῷ τοῦτό ἐστι. καὶ ὁ λέγων, τίς ὁ κόπτων ἦν τὴν θύραν, τίς ἐστιν ὁ κόπτων λέγει. Docet autem ibidem οὐ μάτην οὐδὲ ἐκ περιττοῦ τὸ ἦν, προσκεῖσθαι τῷ εἶναι: nec ſatis eſſe dicere, ὅρος λόγος ἐστὶν ὁ τὸ τί ἦν σημαίνων. Verū τὸ ἦν pro eſt, etiam apud Ioannē apoſtolum domini primo cap. euangelii ſui intelligendum eſſe puto, vbi Ioannis Baptiſtæ verba referens ita ſcribit, οὗτος ἦν ὃν εἶπον, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, hic eſt quem dixi, vel de quo dixi. Inde apud Homerum ἔπλεο καὶ ἔπλετο, quæ ſæpe ἀντὶ τοῦ ὑπάρχεις καὶ ὑπάρχει poſita ſunt, vt Iliados duodecimo, νῦν δ' ἔπλετο ἔργον ἅπασι, nunc opus eſt cuiuſque manu & pugna, ſuum cuiuſque inſtat munus & adeſt. Et ſecundo, & viceſimo, Ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων, ἀντὶ τοῦ πέλῃ καὶ ὑπάρχεις. & Iliados vltimo, Ἑρμεία, σοὶ γάρ τε μάλιστά γε φίλτατόν ἐστιν Ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι, καί τ' ἔκλυες ᾧ κ' ἐθέλῃσθα, ἀντὶ τοῦ ἀκούεις, vel potius ἐπακούεις exaudis. vt Lucian. ἐπεμψέ σοι τὸν Πλοῦτον ὁ Ζεὺς ἐπακούσας τῶν εὐχῶν. Heſiodus in ergis, Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω. Hæc eò veniſſe in vſum puto, quòd nullum tempus præſens eſſe dici poteſt, ſi ad verum exactè loqui volumus, nec quippiam concretum eſſe dici poteſt, quod Plato in Timæo μηδέποτε ὂν vocat. γιγνόμενον μὲν, inquit ille, καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Eſſe autem propriè dicitur τὸ ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχον. ἦν etiā pro licebat ponitur. AEſch. περὶ τῆς παραπρ. Καὶ γὰρ πρὸς αὐτὸν τὸν Φίλιππον, ὡς ἦν ὕστερον ἀκούειν, ἐξηγγέλθη ἡ τῶν ἐπαγγελιῶν ὑπερβολὴ, vt poſtea audiebamus, vt audire vnuſquiſque poterat. Chryſoſt. περὶ ἱερωσύνης. Οὐ γὰρ ἦν τοὺς μὴ περὶ τὰ αὐτὰ σπουδάζοντας, κοινὰς ποιεῖσθαι τὰς διατριβὰς, non licebat. Apud Demoſthenē κατὰ Τιμοκρ. verba legis ita leguntur, Καὶ εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προστετίμηται κατὰ νόμον ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμοῦ, εἶναι αὐτῷ ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ὀφλήματος,

Εἶναι & eſſe. licere illi, aut alii eius nomine, hoc eſt ἐξεῖναι. Hoc Cicero vt alia plurima Græcorum imitatus eſt. Sic enim inquit pro P. Sextio, Quem enim de-



precari eſſet, cū omnes eſſent ſordidati? Gel. lib. x i i. Eſt tamen inuenire non nuſquā ita ſcripſiſſe quoſdā non ignobiles, ἔξεστι, ἔνεστι, ἐγγίνεται. Lucretius, Eſt quoque vti poſſit magnus cōgeſtus arenæ Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra. Ariſtot. in ſecūdo OEcon. Ἑτέρῳ δὲ οὐκ ἦν οὐθενὶ οὔτε ἀποδόσθαι ἑτέρῳ, οὔτε πρίασθαι παρ' ἑτέρου. Diximus ſupra εἶναι pro γεγονέναι poni ſolere, vt Demoſth. Πασίωνος ὢν, natus vel filius. Et δουλεύειν. Idē, ὅτι Νικαρέτης ἦν, καὶ ἠκολούθει ἐκείνῃ, ſeruus erat Nicaretæ. Et εἰμὶ τῆς πόλεως τῆσδε. Plato in Timæo, Τίμαιος γὰρ ὅδε τῆς εὐνομωτάτης ὢν πόλεως, τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ. Quæ locutio figurata eſt, vt illa Gregorii, Καὶ γὰρ τῶν ἐπαινούντων εἰμὶ τὸν νόμον, ὃς μελετᾶν ἡμέρας καὶ νύκτας διακελεύεται. Verū vt ἦν ἀντὶ ἐστὶ poni ſolet, ſic Ἐχρῆν & χρῆν ἀντὶ χρὴ, & ἔδει ἀντὶ δεῖ, & προσῆκεν ἀντὶ προσήκει. Adde quod ἐξιεὶς pro ἐξιὼν reperitur interdū, & verbū ἐξίημι & διεξίημι, vt apud Thucyd. εἰς θάλατταν διεξιείς. & παρεξιεὶς Plut. in Cicer. Καὶ τὸ λοιπὸν οὕτως ἀντιπαρεξιέντες ἀτρέμα, καὶ φυλαττόμενοι διετέλουν, Et in occurſu mutuo nō ſalutātes. Polyb. in v. hiſtor. ἡ δὲ Φιλοτερία κεῖται παρ' αὐτὴν τὴν λίμνην, εἰς ἣν ὁ καλούμενος Ἰορδάνης ποταμὸς εἰσβάλλων, ἐξίησι πάλιν εἰς τὰ πεδία τὰ περὶ τὴν Σκυθῶν πόλιν προσαγορευόμενην. Et vt ἐπεξῆμεν ἀντὶ τοῦ ἐπεξήειμεν, ἐπεξῆτε ἀντὶ ἐπεξήειτε, per ſyncopam dicuntur: ſic ᾖσμεν ᾖστε ἀντὶ τοῦ ᾔδειμεν ᾔδειτε, ᾖσαν ἀντὶ τοῦ ᾔδεισαν, ſciebant. Cōplura etiā huiuſcemodi legūtur apud probatiſſimos, vt φαῖμεν ἀντὶ τοῦ φαίημεν, εἶποιμεν, & ἐναντιωθεῖμεν, & ſimilia: quibus identidem Plato vtitur, vt in octauo de Repub. οὐκ ἂν οἷοί τ' εἶμεν ἀποστρέψαι, ἀντὶ τοῦ εἴημεν. Sic Κάθῃ pro κάθησαι ſedes. Μέμνῃ ἀντὶ τοῦ μέμνησαι. μέμνησαι, μέμνηαι καὶ μέμνεαι, καὶ κράσει καὶ ἐκβολῇ τοῦ ε, μέμνῃ ſubſcriptum. Et Δυνῄ pro δύνασαι. Ἐπίστασαι ſcis Plato, ἐπίστῃ Gregor. dixit: Inde ἵστω pro ἵστασο, vnde ἐπανίστω ſurge Ariſtoph. Sic πρίω pro eme. Syneſ. & Plut. Ξενοφ. ἐν δ' οὖν, ἔφη, ἐπίστω, ἀντὶ τοῦ ἐπίστασο. Sic Ἑστᾶσι ἀντὶ τοῦ ἑστήκασι, & ἐφεστᾶσι, ἐνεστᾶσι. & Καθεστάναι ἀντὶ τοῦ καθεστηκέναι, & ſimilia. Cæterū vt ἐπέξειμι dicunt τὸ ἐπεξέρχομαι, ita ἐπείσειμι τὸ ἐπεισέρχομαι: vnde ἐπεισόδιον pars fabulæ. Ariſt. περὶ ποιητικῆς, Ἔστι δὲ πρόλογος μὲν τραγῳδίας, μέρος ὅλον τραγῳδίας τὸ πρὸ χοροῦ παρόδου. ἐπεισόδιον δὲ μέρος ὅλον τραγῳδίας τὸ μεταξὺ ὅλων χορικῶν μελῶν. ἔξοδος δὲ, μέρος ὅλον τραγῳδίας, μεθ' ὃ οὐκ ἔστι χοροῦ μέλος. Ponitur autē pro omni aduentitio acroamate, iucundóque. Plutarch. in Homerum, ἔστι δὲ παρ' Ὁμήρῳ ἐπεισόδιά τινα γελωτα ἐμποιοῦντα, ὡς Ἥφαιστος χωλεύων καὶ οἰνοχοῶν. Simile eſt Therſitæ deſcriptio in ſecundo Iliadis, clamoſáque contentio & conuicium Agamemnoni ab eo factum, & poſtremò ab Vlyſſe eius vapulatio: quo loco Θερσίτης κατ' εἰσόδιον παρείληπται, vt inquit interpres, πρὸς τὸ ἐκ σκυθρωποῦ εἰς ἱλαρότητα τὰς ψυχὰς ἀνακαλεῖσθαι. Greg. οὐ χεῖρον δὲ τοῖς φιλομαθέσι περὶ τῆς προσηγορίας αὐτῆς τὰ πάρεργα διαλαβεῖν. γένοιτο γὰρ ἂν τοῦτο οὐ φαῦλον ταῖς ἀκοαῖς ἐπεισόδιον, id eſt, acroama extrinſecus & obiter aſſumptum & inductū. eſt enim ἐπεισόδιον πᾶν τὸ ἐπιφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν, ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὂν, & in vniuerſum πᾶν τὸ ἐξαγώνιον πρᾶγμα. Athen. lib. x. κατὰ γὰρ τὴν μεταβολὴν φιλοθύτην κατ' ἐπεισόδιον μεταβαλῶ τὸν λόγον, ὡς ἂν κοιναῖς προνοίαις καὶ πολλαῖς εὐωχίαις τὸ θέατρον, περὶ τῶν ἐκπωμάτων ἑξῆς ποιούμενος τὸν λόγον, id eſt, vt in alio libro, quaſi in alio actu, aliud genus diſſerendi afferam, vel aliud argumētum ſermonis dipnoſophiſtarū, introductis aliis rebus, quaſi nouis fercu-

Εἶναι.

Ἐχρῆν ἀντὶ τοῦ χρὴ, & alia.

Διεξιείς.

Παρεξιείς.

Ἀντιπαρεξίημι.

Ἐξίημι.

Τὰ κατὰ συγκοπὴν ἐκφερόμενα.

Ὅμηρ.

Ἐπίειμι.

Ἐπεισόδιον.

*Ἐπεισόδιον.* lis aliunde accerſitis. Sic Plutar. in ſecundo Sympoſiacon, Τῶν δὲ τὰ δεῖπνα καὶ τὰ συμπόσια παρασκευαζομένων, ὦ σώσιε σενεκίων, τὰ μὲν ἀναγκαίαν ἔχει τάξιν, ὥσπερ οἶνος καὶ σιτία καὶ ὄψα, καὶ στρωμναὶ δηλαδὴ καὶ τράπεζαι· τὰ δ' ἐπεισόδια γέγονεν ἡδονῆς ἕνεκα, χρείας μὴ συναγομένης, ὥσπερ ἀκροάματα καὶ θεάματα, καὶ γελωτοποιός τις. vnde

*Ἐπεισοδιώδης.* ἐπεισοδιώδης aduentitius, & extra argumentum aſſumptus, inductus, accerſitus, non inhærens, non connexus. Ariſtot. codẽ περὶ ποιητικῆς libro, τῶν δὲ ἁπλῶν μύθων καὶ πράξεων αἱ ἐπεισοδιώδεις εἰσὶ χείρισται· λέγω δ' ἐπεισοδιώδη μῦθον, ἐν ᾧ τὰ ἐπεισόδια μετ' ἄλληλα οὔτ' εἰκὸς οὔτ' ἀνάγκη εἶναι, id eſt, cuius ἐπεισόδια nec veriſimilem nec neceſſariam conſecutionem habent, & vnam argumenti compagem non faciunt. Idem in x i. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, οἱ δὲ λέγοντες τὸν ἀριθμὸν πρῶτον τὸν μαθηματικόν, καὶ οὕτως ἄλλην ἐχομένην οὐσίαν, καὶ ἀρχὰς ἑκάστης ἄλλας, ἐπεισοδιώδη τὴν τοῦ παντὸς οὐσίαν ποιοῦσιν. οὐδὲν γὰρ ἡ ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ συμβάλλεται οὖσα ἢ μὴ οὖσα. ἐπεισοδιώδη appellat non conſertam, nec compactam, nec aptam ex ſeſe & compactilem vniuerſi ſubſtantiam, vt aduentitiæ perſonæ, & acroamata, vel ſpectacula aduẽtitia inter agendas fabulas inducta, argumentis ipſis non conſerta ſunt, ſed accerſita. Et ἐπεισοδιῶσαι verbum, quod ſignificat tanquam ἐπεισόδιον interiicere atque inſerere. Idem Ariſt. de optimæ tragœdiæ compoſitione loquens, τούς τε λόγους τοὺς πεποιημένους δεῖ καὶ αὐτὸν ποιοῦντα ἐκτίθεσθαι καθόλου, εἶθ' οὕτως ἐπεισοδιοῦν καὶ παρενείρειν. Et rurſus, μετὰ δὲ ταῦτα ἤδη ὑποθέντα δεῖ τὰ ὀνόματα ἐπεισοδιοῦν· ὅπως δὲ ἔσται οἰκεῖα τὰ ἐπεισόδια σκοπεῖν δεῖ. Ἐπεισόδια etiã apud ἐποποιοὺς poëtas, ſunt digreſſiones iucundæ, vt in Iliade nauium enumeratio, & alia quibus Homerus poëſeis longas diſtinxit. Idem, διὸ καὶ ταύτῃ θεσπέσιος ἂν φανείη ὅμηρος παρὰ τοὺς ἄλλους ποιητάς, τῷ μηδὲ τὸν πόλεμον, καίπερ ἔχοντα ἀρχὴν καὶ τέλος, ἐπιχειρῆσαι ποιεῖν ὅλον. λίαν γὰρ ἂν μέγας, καὶ οὐκ εὐσύνοπτος ἔμελλεν ἔσεσθαι. & paulo poſt, νῦν δ' ἓν μέρος ἀπολαβὼν, ἐπεισοδίοις κέχρηται αὐτῶν πολλοῖς, οἷον νεῶν καταλόγῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπεισοδίοις οἷς διαλαμβάνει τὴν ποίησιν. Parcius autem ἐπεισόδια in fabulis docendis facienda ſunt, quare Ariſtoteles ἐπεισοδιώδεις appellat in quibus ἐπεισόδια frequentia ſunt, quia tenorem fabulæ interpellant. ad hoc enim inuenta ſunt, vt actores ſcenici laſſeſcentes reficiãtur. alioqui præſtaret inoffenſo tenore fabulam peragere. οἱ γὰρ ἐπεισοδιώδεις μῦθοι (inquit ille) ὑπὸ τῶν φαύλων ποιητῶν δι' αὐτοὺς ποιοῦνται, id eſt, propter ſeipſos: ὑπὸ δὲ τῶν ἀγαθῶν, διὰ τοὺς ὑποκριτάς. Idẽ in tertio Rhetor. ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς δεῖ τὸν λόγον ἐπεισοδιοῦν ἐπαίνοις, οἷον ἰσοκράτης ποιεῖ, ἀεὶ γάρ τινα εἰσάγει. καὶ ὃ ἔλεγε γοργίας ὅτι οὐχ ὑπολείπει αὐτὸν ὁ λόγος, τοῦτό ἐστιν, εἰ γὰρ ἀχιλλέα λέγει, πηλέα ἐπαινεῖ, εἶτα αἰακόν, εἶτα τὸν θεόν.

Εἰς τὰ κτήματα πορεύεσθαι, hæreditatem adire. Demoſth. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ταφὴ ἐγένετο τῷ τετελευτηκότι, πορευομένων ἡμῶν εἰς τὰ κτήματα, διὰ τὸ ἄπαιδά τε τὸν ἄνδρα καὶ ἄγαμον τετελευτηκέναι, ἐξῆγεν ἡμᾶς ὁ Λεώστρατος οὑτοσὶ φάσκων αὑτοῦ εἶναι, exegit nos & eiecit.

Μαρτύρων ἐναντίον ἐκωλύσαμεν τὸ γιγνόμενον, teſtato vetuimus vltra agere,

*Διαμαρτύρεσθαι.* & intercesſimus ne pergeret exequi quod cœperat. Dicitur etiam Διαμαρτύρεσθαι. Demoſth. Διαμαρτυραμένων δὲ ἡμῶν, καὶ τῶν ἄλλων δεινὸν φασκόντων εἶναι τὸ γιγνόμενον, ἀπῆλθεν, teſtato reclamantibus, homines teſtãtibus. Idem, Οὗτος τὸν διαιτητὴν ἔπεισεν ἀνώμοτον διαιτᾶν, ἐμοῦ διαμαρτυραμένου κατὰ τοὺς νόμους



ὀμόσαντα διαιτᾶν, teſtato poſtulante. Ponitur & pro quiritari, id eſt, deos homineſque implorando conteſtari. Idem, Βοᾶν καὶ διαμαρτύρεσθαι. Idem, Καὶ διεμαρτύρετο βοῶν καὶ κεκραγώς. Quiritare tamen & quiritari, vtraq; enim voce reperitur, σχετλιάζειν dicitur & ποτνιᾶσθαι. Plutarch. in Cæſ. τοῦτο ὄναρ ἡ Καλπουρνία θεασαμένη καταρρηγνύμενον, ἐδόκει ποτνιᾶσθαι καὶ δακρύειν. Θεοκλυτεῖν verò eſt deûm fidem implorare. Syneſ. de tempeſtate loquens, Ἅπαντες ἐποτνιῶντο, ἐθεοκλύτουν, τῶν φιλτάτων ὑπεμιμνήσκοντο. Lucian. ὦ μάταιοι, πέντε οὐδ' ὅλων ἡμερῶν ὄψεσθε αὐτὸν τὰ ὅμοια ποτνιώμενον. Eſt autem θεοκλυτεῖν, τὸν θεὸν ἐπικαλεῖσθαι, inclamare deum in diſcrimine. Plutarch. cum accuſ. θεοκλυτεῖν Κυρῖνον dixit, inuocare Quirinum. Ποτνιῶμαι, παρὰ τὸ πέτω ποτνιῶ, & ſignificat ſuppliciter implorare, vt adorantes & προσπίπτοντες ſolent. *Quiritari.* *Quiritare.* *Σχετλιάζω.* *Ποτνιῶμαι.* *Θεοκλυτεῖν.*

Παῖδες γνήσιοι liberi legitimi iuſtiq; ſeu natura ſeu adoptione. Demoſth. πρὸς Λεωχάρην, Οὐκοῦν δήπου καὶ διαμεμαρτύρηκεν οὑτοσί, ὡς ἀκηκόατε, μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον τὸν Ἀρχιάδου, ὄντων αὐτῷ παίδων γνησίων κυρίως κατὰ τὸν θεσμόν, de adoptiuis loquens. Quæ verba vt intelligamus, ſciendum Διαμαρτυρίαν genus eſſe exceptionis, hoc eſt παραγραφῆς, quæ παραγραφὴ differt τῆς εὐθυδικίας, vt alibi dictum eſt. Eſtque Διαμαρτυρία Demoſtheni, inſtantia litis ſummotrix petitionis hæreditatis, aut bonorũ poſſeſſionis agnitæ à propinquis. Et Διαμαρτυρεῖν verbum, quod eſt quaſi de ſcripto conteſtari, vt planum fit animaduertentibus. ὁ μὲν οὖν διαμαρτυρῶν affirmabat & teſtificabatur quiddam non in ſua, ſed aliena cauſa: in qua exceptionem intendens liti ſe offerebat, quo facto litem ſuam faciebat teſtificando. Qui ſi mendacii conuinceretur, ψευδομαρτυριῶν, id eſt falſi crimine dãnabatur. Demoſth. Ὅτε γὰρ, οἶμαι, Λεώστρατος οὑτοσὶ παρακατέβαλε τοῦ κλήρου πρὸς ἡμᾶς, οὔπω ὁ διαμεμαρτυρηκὼς νῦν, ἐνεγέγραπτο ὡς δημότης εἶναι· ὥστε πάντων ἂν δεινότατα πάθοιμεν, εἰ τῇ ὕστερον τῶν πραγμάτων γεγενημένῃ διαμαρτυρίᾳ πιστεύσετε ὑμεῖς, ἀλλ' ἀμελῶ καὶ πρεσβύτερά γε αὐτοῦ διαμεμαρτύρηκεν. ὁ γὰρ μήπω ἐν τῷ οἴκῳ τῷ Ἀρχιάδου ὢν ὅτε ἡ λῆξις αὕτη τοῦ κλήρου ἐγένετο, πῶς ἂν εἰδείη τι τούτων; Cum enim Leoſtratus iſte ſponſionem nobis de hæreditate ſubſcripſit, hic Leochares qui nunc conteſtatus eſt, nondum aſcriptus erat ita vt popularis eſſet. Quo fit vt ſi eius conteſtationi vos credere inſtiteritis, quæ rerum euentum ſubſecuta eſt, futurum ſit vt iniuria planè inſigni nos afficiamur ipſi. Quin & ipſe conteſtator res huiuſcemodi teſtatus eſt, quarum meminiſſe non poteſt, cum earum æqualis non fuerit. Etenim qui nondum in familia erat Archiadæ cum ſortitio petitionis hæreditatis facta eſt, quî tandem noſſe ille potuit eorum quicquam quæ ad cauſam pertinent? Leochares igitur erat is qui in cauſam incurrerat petitionis hæreditatis, quæ inter Leoſtratum, eúmque cui Demoſthenes patrocinium ſcripſit, agitabatur: eiúſque διαμαρτυρίᾳ factum eſt vt intentio petitionis hæreditatis interea conſopiretur & conſiſteret. Ea autem exceptio tam ab actore quàm à reo in medium proferri aut excitari poterat ad inhibendam litis conteſtationem ſuper hæreditatis petitione, iudiciíque conſtitutionem, hoc eſt, ἐγίγνετο ἡ διαμαρτυρία ἐφ' ᾧ μὴ εἰσάγεσθαι τὴν δίκην τὴν εὐθεῖαν ὑπὸ τοῦ παρακαταβάλλοντος. Iſæus περὶ τοῦ Διογένους κλήρου, Ἀμφοῖν μὲν οὖν ταῖν *Γνήσιος.* *Διαμαρτυρία.* *Διαμαρτυρεῖν.*

διαθήκην ἀκύρους γενομένας, καὶ ἑτέρας μηδεμιᾶς ὁμολογουμένης εἶναι, κατὰ δόσιν μὲν οὐδενὶ προσῆκε τοῦ κλήρου, κατ' ἀγχιστείαν δέ, ταῖς δικαιοτάταις τοῦ ἀποθανόντος ἀδελφαῖς, ὧν εἰσὶν αἱ ἡμέτεραι γυναῖκες. διὰ δὲ ταῦτα ἔδοξέ τε ἡμῖν λαχεῖν τοῦ κλήρου κατ' ἀγχιστείαν, καὶ ἐλάχομεν τὸ μέρος ἕκαστος. μελλόντων δ' ἡμῶν ἀντόμνυσθαι, διεμαρτύρησε Λεωχάρης οὑτοσὶ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον ἡμῖν. ἐπισκηψαμένων δ' ἡμῶν, ἡ μὲν λῆξις τοῦ κλήρου διεγράφη, ἡ δὲ τῶν ψευδομαρτυριῶν δίκη εἰσῄει, Vtroque igitur teſtamento irrito facto, cum in confeſſo eſſet nullum aliud teſtamentum extare, nullúſque eſſet ad quem donatione aliquid ex hæreditate pertineret: ſicque proximitate delata eſſet ad defuncti filias, è quarum numero noſtræ vxores erant: ideo ſortiri dicam cum eo qui pro hærede aut poſſeſſore aut alias poſſidebat, pro ſua quiſque parte cœpimus. Cum verò in eo iam eſſemus vt iurandum eſſet de calumnia, ecce autem Leochares iſte ita exorſus eſt conteſtationem, vt non eo redactam eſſe diceret hæreditatem, vt cõtrouerſioſa inter agnatos eſſe poſſet. Quo facto cum ementitæ côteſtationis experiri cum ipſo inſtitiſſemus, ibi ſortitione hæreditatis circũducta, falſi iudicium conſtitutum eſt. Idem περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου, Καίτοι εἰ μὲν διέθετο Φιλοκτήμων μὴ ἐξὸν αὐτῷ, τοῦτ' αὐτὸ ἐχρῆν διαμαρτυρεῖν, ὡς οὐ κύριος ἦν τοῦδε ποιήσασθαι· εἰ δ' ἔξεστι μὲν διαθέσθαι, ἀμφισβητεῖ δὲ ὡς οὐ δόντος οὐδὲ διαθεμένου, μὴ διαμαρτυρίᾳ κωλύειν, ἀλλ' εὐθυδικίᾳ εἰσιέναι, Atqui ſi Philoctemon teſtatus eſt, cum teſtamenti factionem non haberet, hoc ipſum oportuit conteſtatione obiectum, quod teſtandi compos non eſſet. Sin nihil eſt quod teſtamenti factionem ei ademerit: iſte autem de hæreditate ambigit, tanquam ad ſe delata, quãdo nec donatione mortis cauſa defunctus, nec vltimo elogio quicquam ſtatuit: profecto lege ille agere recta, iudicióque legitimo experiri debuit, non etiam iudicium conteſtatione morari. Hæc autem ipſe orator de Androcle quodam dicit, qui adumbrata pupilli perſona, interuertere eam hæreditatem conabatur, bonorúmque poſſeſſionem ſummouere, quam ii petebant, quibus orator patrocinatur. Idem, Λαχόντος δὲ τοῦ Χαιρεστράτου κατὰ τὸν νόμον τοῦ κλήρου, ἐξὸν ἀμφισβητῆσαι τῶν Ἀθηναίων τῷ βουλομένῳ. ὁ δὲ Ἀνδροκλῆς διεμαρτύρει μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον, ἀποστερῶν τοῦτον τῆς ἀμφισβητήσεως, Cum enim Chæreſtratus bonorum poſſeſſionem iure legitimo peteret, (erat enim teſtamento adoptatus) licebat cui viſum eſſet Athenienſi homini de hæreditate certare. At hic Androcles conteſtari maluit, bonorum poſſeſſionem nullam eſſe, vt huius actionem hac via excluderet. Aiebat enim filium naturalem legitimúmque teſtatoris extare.

Διαμαρτύρεσθαι.

Διαμαρτύρεσθαι eſt conteſtari & obteſtari, poſtularéque. Polyb. in primo, Οἱ δὲ στρατηγοὶ τήν τε τῶν ὄχλων ὁρμὴν καὶ προθυμίαν θεωροῦντες, ἅμα δὲ καὶ τοῦ Ξανθίππου διαμαρτυρομένου μὴ παριέναι τὸν καιρόν, παρήγγελλον τῷ πλήθει διασκευάζεσθαι. Demoſth. Οὗτος τὸν διαιτητὴν ἀνέπεισεν ἀνώμοτον διαιτᾶν, ἐμοῦ διαμαρτυρομένου κατὰ τοὺς νόμους ὀμόσαντα διαιτᾶν.

Ενεστηκυῖα δίκη.

Ἐνέστηκεν ἡ δίκη, Lis conteſtata eſt. Iſæus περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου, Ὅτι δὲ τοσαῦτά ἐστι τὰ ἐμὰ σὺν τοῖς τοῦ ἐκποιητοῦ υἱέος, καὶ ψευδομαρτυριῶν ἐνεστᾶσι δίκαι περὶ τοῦ Ἁγνίου, λαβὲ τὰς μαρτυρίας. Demoſth. πρὸς Λεωχάρ. Οὐ νὴ Δία ἐγγέγραπται Ἀρχιάδου υἱὸς ὑπό γε τουτωνὶ πρότερον βιασαμένων, ἤδη τῆς τοῦ κλήρου διαδικασίας ἐνεστηκυίας. Ad verbum, iudicio iam conſtituto dici poteſt, hoc eſt diiudicatis ac diſceptatis præſcriptionibus litis auſpicatum morantibus. Cic. pro Roſcio, Lite conteſtata, iudicio damni iniuria conſtituto. Et rurſus, Nam cum eo litem conteſtandam habebat. Non me latet aliter in Pandectis Græcis plæraque appellari: ſed hæc quæ pura ſunt, & probi nomiſmatis priſcíque, illis permiſcenda non duxi, quæ recentiora ſecula genuerunt, è Latiníſque Pandectis magnam partem cõuerſa ſunt, imitata vtique & efficta, non vera & natiua, quãtum iudicare è fragmento quodam potui.



Ενίστασθαι τὴν δίκην.

Ἐνίστασθαι δίκην eſt iudicium dictare, actionem vel crimen intendere. Antiphon, Τῶν δὲ δικαίως τὰς κρίσεις ἐνισταμένων, καὶ μὴ συκοφαντούντων ἐστί, τἀναντία τούτοις φαίνεσθαι ποιοῦντας. Demoſth. περὶ στεφάνου in proœmio, Τούτου τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν, ὁ τοῦτον τὸν ἀγῶνα ἐνστησάμενος. Hoc Vlpian. imitari volens, Si maritus (inquit) præuenerit, accuſaréque inſtituerit, tempora nõ cedunt patri, quia accuſationem inſtituere nõ poteſt. Idem, Si extraneus inſtituerit accuſationem, an ſuperueniente marito permittatur accuſare.

Inſtituere.

Inſtituere in his locis incipere & auſpicari ſignificat. Polyb. lib. ſecũdo hiſt. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον αὐτοῖς ὁ κατὰ τὸν λόφον ἐνειστήκει κίνδυνος, ἅπασιν ὢν στενότοπος, Primum igitur prælium in colle commiſſum eſt. Idem Demoſth. in eadem, Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπορεύετ' ἄνθρωπος, οὐκ ἔτ' ἐν ἀμφισβητησίμῳ τὰ πράγματα ἦν, ἀλλ' ἐνειστήκει πόλεμος, iam commiſſum erat bellum. Iſocr. πρὸς Φίλιππ. Ὁρῶν γὰρ τὸν πόλεμον τὸν ἐνστάντα σοί τε καὶ τῇ πόλει περὶ Ἀμφιπόλεως, πολλῶν κακῶν αἴτιον γιγνόμενον, ἐπεχείρησα λέγειν. Alibi, Ἀσμένως ἰδεῖν ἄνδρα τὸν δυνάμενον διαλῦσαι τοὺς ἐνεστῶτας αὐτοῖς πολέμους.

Ενέστηκε πόλεμος.

Liuius lib. primo ſecũdi belli Punici, Sed ita forſitan decuit cum fœderum ruptore duce, deos ipſos ſine humana ope cõmittere ac profligare bellum. Nos autem qui ſecundum deos violati ſumus, commiſſum ac profligatum conficere, Ἡμᾶς δὲ τοὺς ἐπὶ τοῖς θεοῖς βεβιασμένοις, ἐνεστηκότα τὸν πόλεμον καὶ συνερρωγότα κατεργάσασθαι.

Commiſſum bellum.

Aliquando ἐνεστηκότα τὸν πόλεμον dicunt, pro nondum finito & adhuc vigẽte durantéque. Idem, Τῶν πρέσβεων οὓς ἐξεπέμψατε εἰς Ἑλλάδα, ἔτι τοῦ πολέμου πρὸς Φίλιππον ἡμῖν ἐνεστηκότος, id eſt nondum finito. Galen. in x. Therapeu. Ἐπιδείκνυε ὡς χρή τινας περὶ τοῦ παροξυσμοῦ τρέφειν, ἐνίους δὲ καὶ κατ' αὐτόν, ἤτοι παρακμῆς ἀρξαμένης, ἢ καὶ νὴ Δία τῆς ἀκμῆς ἐνεστηκυίας.

Ενίστασθαι.

Ἐνίστασθαι inſtituere quiduis & inceptare ſignificat. Idem, Ἐπὶ τούτοις οὖν ἀναγκαζόμεθα τὴν ἀγωγὴν τῆς θεραπείας, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐνεστησάμεθα, μεταβάλλειν. Plut. in Cæſ. Ὁρῶν τὴν ἀρχὴν ἣν ἐνίστατο τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν ἔφοδον οὐ πολυχειρίας δεομένην, de bello ciuili loquens. Ἐνίσταμαι incipio, id eſt, ineo. Theophr. in I x, Ὁ μὲν οὖν ὀπισμὸς τῶν ὀπιζομένων ὡς ἐπίπαν τοῦ θέρους, τῶν μὲν ἐνισταμένου, τῶν δὲ παρεληλυθότος, æſtate partim ineunte, partim adulta. Ἐνιστάμενον etiam dicitur inſtans, vt tempus quod præſens vocamus, ἐνεστῶτα Græci vocant. Plutarch. Ἐνστάσης τῆς ὥρας, καὶ τῶν λοχαγῶν λεγόντων μηδέπω πάντας παρεῖναι. Eſt etiam Ἐνίστασθαι repugnare, obſiſtere, reniti, & ἀνθίστασθαι. Lyſ. Ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἠμυνάμην ἐνστάς, ἔβαλλέ με λίθοις. Ariſtotel. in decimo metaphyſ. cum accuſatiuo iunxit, Εἰ δ' ἔστι τι ἀληθὲς καταφῆσαι, λύοιτ' ἂν τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν τοιαῦτα ἐνισταμένων, καὶ παντελῶς ἀναιρούντων τὸ διαλέγεσθαι, de Heraclito loquens, qui negabat ἀδύνατον εἶναι τὰς ἀντικειμένας

φάσεις κατὰ τῶν αὐτῶν ἀληθεύεσθαι, hoc eſt, qui axiomata inficiabatur. Plut. in Demetr. Τοῦ δὲ υἱοῦ τὸ φρόνημα καθελεῖν καὶ κολοῦσαι μὴ βουλόμενος, οὐκ ἐνέστη πάλιν αἰτουμένῳ μάχεσθαι καθ᾽ αὑτὸν, ἀλλ᾽ ἀφῆκε. Plato in Phædro, Οὐδ᾽ αὐτῷ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες ἔφη, ἀποδεδεῖχθαι, ἀλλ᾽ ἔτι ἐνέστηκεν ὃ νῦν δὴ Κέβης ἔλεγε, nondum planè demonſtratum videtur, ſed adhuc controuerſum manet, adhuc controuerſiam efficit & aduerſatur. Galenus ad Glauconem, Τοσοῦτον οὖν ἐν τῷ παρόντι λόγῳ ἐροῦμεν περὶ αὐτῶν, ὅσον ἄν τις μαθὼν, ἱκανὸς εἴη τοῖς ἐξαίφνης ἐμπίπτουσιν ἐνίστασθαι παροξυσμοῖς.
Διενίσταμαι.
Dicitur etiam διενίστασθαι pro eodem. Baſilius περὶ μετανοίας, Οὐ γὰρ τὰ εὔκολα δεῖ ἐκλεγομένους, ἀντιλέγειν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὰ τὰ δοκοῦντα ἰσχυρὰ ἐν τῷ ἐναντίῳ λόγῳ, διενίστασθαι, contradicere, refragari diſſerendo.
Ενστάτης.
Vnde Ενστάτης ὁ ἀντίδικος, καὶ ὁ μὴ ἀναχωρῶν, ἀλλ᾽ ἀνθιστάμενος, aduerſarius in iudicio, & pro quocũque interceſſore ac reclamatore. Syneſius, ἧκεν ἡ κυρία, καὶ ὁ δῆμος παρῆν πάλιν ἐνστάτης καὶ ἐναγώνιος, hoc eſt, reclamare intercederéque paratus, & certamini accinctus, ad certamen compoſitus & comparatus.
Ενστατικός.
Vnde Ενστατικὸς peruicax, non cedens, qui obſiſtere obſtinauit animo.
Δύσθυμος.
τῷ ἐναντίῳ Δύσθυμος, animo elangueſcente, & robore animi defectus. Verba ſunt Ariſtotelis in Prob. Accipitur & in bonã partem pro homine ad argumentandum acri, & inſtanti diſputatore vrgẽtíque ad extremum, quoad ratiocinando veritatem compererit. Idem in ſecundo de cælo, Διὸ δεῖ τὸν μέλλοντα καλῶς ζητήσειν, ἐνστατικὸν εἶναι διὰ τῶν οἰκείων ἐνστάσεων ἐν τῷ γένει. τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἐκ τοῦ πάσας τεθεωρηκέναι τὰς διαφοράς. ἐνστατικὸν dixit ἀντιλογικὸν, ἐλεγκτικόν. Ενίστασθαι intercedere. Plut. Οθεν ἐνίσταντο τῷ νόμῳ, πλὴν Καίσαρος· οὗτος γὰρ συνηγόρει, de lege Gabinia loquens. Alibi, Ενιστάμενος ὁ κωλύσων. Et in Camil. Ενιστάμενος τῷ νόμῳ διοικίζοντι τὴν πόλιν, ὃν εἰσηγοῦντο οἱ δήμαρχοι, hoc eſt, ἀντιπίπτων, ἐμποδὼν ἱστάμενος.
Διαπορεύομαι.
Ad verbum etiam Διαπορευόμενος, interceſſor dicitur, & διαπορεία interceſſio. Ενίστασθαι etiam eſt imminere, inſtare, hoc eſt ἐφεδρεύειν, obſeruare, & quaſi captare. Idem, ὃν ἐνιστάμενον τῇ φυγῇ αὐτοῦ ἀπεστάλκει, Quem ob id miſerat, vt immineret eius fugæ.
Ενιστάναι.
Ενιστάναι eſt collocare. Xenoph. Ως δ᾽ ἂν οἱ πόδες εἶεν τῶν ἵππων κράτιστοι, ἐγώ φημι χρῆναι χύδην καταβαλόντα λίθους ὅσον μναιαίους, ἐν τούτοις τὸν ἵππον καὶ ψήχειν ἐνιστάναι, in loco lapide ſtrato equũ collocare interim dum cõfricatur. Alibi pro allegere, & interſerere, interponere, in Hipparch. Ετι δ᾽ ἂν πλέον σοι τὸ ἱππικὸν τοῦ ὄντος φαίνοιτο, εἰ τοὺς ἱπποκόμους εἰς τοὺς ἱππέας ἐνισταίης, Ad hæc maioris equitatus ſpecies hoſtibus edetur, ſi equiſones inter equites inſeras & interponas, hoc eſt παρεμβάλλοις, ἐντάττοις, παρενθείης. Significat etiam animo incũbere, προσέχειν τὸν νοῦν. Ariſtotel. in fine VII Ethic. Νῦν μὲν οὖν τοῦτον ἐν παραδρομῇ πεποιήμεθα τὸν λόγον, ὕστερον δ᾽ ἐνστήσαντας δεῖ διελεῖν μᾶλλον, id eſt ἐπιστήσαντας, vt alibi dixerat.
Ενστασις.
Ενστασις eſt exordium, & auſpicatio rei quæ inſtituitur. AEſch. περὶ παραπρ. Η μὲν τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ἔνστασις τῶν ὅλων πραγμάτων ἐγένετο οὐ δι᾽ ἐμοῦ, ἀλλὰ διὰ Δημοσθένους καὶ Φιλοκράτους. Significat etiam inſtãtiam litis & cauſæ. Idem, Αναβήσεται δ᾽ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τῶν στρατηγῶν τις, ὃς διασύρειν ἐπιχειρήσει τὴν ὅλην ἔνστασιν τοῦ πράγματος. Significat etiam pugnacem cõtentionem inſtantis aduerſario, hoc eſt, ἀνταγώνισμα, ἀντιλογίαν. Greg. περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, Τοῦτο δὲ δειχθήσεται μικρὸν ὕστερον, ἐπειδὰν τὰς ἐνστάσεις αὐτῶν εἰς



δύναμιν διελέγξωμεν. Vnde ἐνστατικὸς dicitur, vt dictũ eſt. Ariſtotel. in primo Poſter. Analy. Ενστασις δέ ἐστι πρότασις προτάσει ἐναντία. Idem, Οταν γὰρ ἀξιώσῃ παντὶ ὑπάρχειν, ἐνιστάμεθα, ἢ ὅτι οὐδενὶ, ἢ ὅτι τινὶ οὐχ ὑπάρχει. Philopo. in Poſter. Analytica Ariſtotelis, Ην γὰρ ἐνστῇ τις πρὸς τὴν πρότασιν λέγουσαν τὰ ἔπη κύκλος, λέγων οὐδὲν ἔπος κύκλος, συμπέρασμα γὰρ τοῦ συλλογισμοῦ ἡ ἔνστασις, λεγόντων οὕτως, οὐδὲν ἔπος σχῆμά ἐστι. πᾶς δὲ κύκλος σχῆμά ἐστιν. οὐδὲν ἄρα ἔπος σχῆμά ἐστι. Idem in Proclum de mundi æternitate lib. IX, de Platonis erroribus loquens, Τοῦτο δὲ δεικνύουσι μὲν αἱ πρὸς αὐτὸν ἄλλων τε τινῶν, καὶ Ἀριστοτέλους μυρίαι ἐνστάσεις. Sic autem dicitur ἔνστασις ἀντὶ ἀντίστασις, vt Ενικλᾶν ἀντὶ ἀντιλέγειν. Iliad. octauo, Ενστάσεις. Ενικλᾶν.

Ηρῃ δ᾽ οὔτι τόσον νεμεσίζομαι, οὔτε χολοῦμαι.
Αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν ἐνικλᾶν ὅττι νοήσω,

Semper enim mihi ſolet obſiſtere, & refragari, vbi quid in animum induxi. παρὰ τὸ κλῶ, τὸ φωνῶ, ὅθεν ὁμοκλῶ, & καλῶ. Ενστασιν Greg. pro conſtantia & tolerantia ponit. Syneſ. pro cœpto, inſtituto, & propoſito, Αλλ᾽ ἡμῖν εἰς ἀντίδοσιν ἀρκεῖ, τὸ μὴ ἀγνοεῖσθαι ὑπό σου τὴν ἔνστασιν ἡμῶν, ὅτι μόνῳ σοι τῶν ζώντων ἐκκείμεθα. Ariſtot. in VIII. Phyſic. ἐνστάσεις περὶ τῶν ἀρχῶν appellat inficiationes, de iis loquens, qui principia & axiomata negãt. Ενστασις eo amplius conſtantiam ſignificat, & robur animi aduerſus terribilia. Baſil. εἰς μάρτυρα Γόρδιον, Καὶ ὅσῳ μᾶλλον ἑώρα τὴν καρδίαν ἀπτόητον, τοσούτῳ μειζόνως ἐξηγριοῦτο, καὶ φιλονεικότερος ἦν νικῆσαι τὴν ἔνστασιν τοῦ ἀνδρὸς τῇ ἐπινοίᾳ τῶν ἀλγεινῶν, de tyrãno & martyre loquẽs. Idẽ εἰς τοὺς τεσσαράκοντα, Τεσσαράκοντα ἄνδρες, ὡς μίαν ψυχὴν ἐν διῃρημένοις σώμασιν ἔχοντες, ἐν μιᾷ συμπνοίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ τῆς πίστεως, μίαν καὶ πρὸς τὰ δεινὰ καρτερίαν, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἔνστασιν ἐπεδείξαντο.

O γόνῳ γεγονὼς παῖς καὶ γνήσιος, naturalis & legitimus. Differt τοῦ ποιητοῦ καὶ εἰσποιητοῦ. Demoſth. πρὸς Λεωχάρην, Αλλὰ τὰ μὲν ἐν ταύτῃ διαμεμαρτυρημένα ἐστὶν, ὡς ὥσπερ υἱοῦ γόνῳ γεγονότος· τὰ δ᾽ αὐτίκα μάλα ῥηθησόμενα, ὡς εἰσποιητοῦ. Γόνος enim genituram & ſemen ſignificat. Ariſtot. de apibus, Τόνδε γόνον ὅταν ἀφῇ, ὥσπερ ὄρνις ἐπῳάζει. Vnde ἔκγονοι & ἀπόγονοι dicti. O γόνῳ γεγονώς.

Ποιητὸς adoptiuus. Demoſth. O τοῦ Σόλωνος νόμος οὐδὲ διαθέσθαι τὸν ποιητὸν ἐᾷ τὰ ἐν τῷ οἴκῳ, ὅταν ποιηθῇ, ne teſtari quidem permittit adoptiuo in ſuo patrimonio, cum adoptatus fuerit. Ποιητὸς υἱός. O δὲ ἐπανιὼν eſt adoptiuus qui è familia aſcititia, ad ſuam naturalémque reuertitur. O ἐπανιὼν υἱός. Idem, Oσοι δὲ μὴ ἐπεποίηντο, ἐξεῖναι αὐτοῖς διαθέσθαι ὅπως ἂν ἐθέλωσι· τοῖς ποιηθεῖσι οὐκ ἐξὸν διαθέσθαι, ἀλλὰ ζῶντας ἐγκαταλιπόντας υἱὸν γνήσιον, ἐπανιέναι, ἢ τελευτήσαντας, ἀποδιδόναι τὴν κληρονομίαν τοῖς ἐξ ἀρχῆς οἰκείοις οὖσι τοῦ ποιησαμένου, ſed viuentes in familiam ſuam redire, ſi tamen filium legitimum è ſe genitum in adoptiua familia relinquant. O ποιησάμενος, eſt pater adoptiuus. Ποιήσασθαι υἱόν. Επανιέναι & ἐπανελθεῖν, eſt rurſus diſſerere, iterum explicare. Gal. Αλλὰ περὶ μὲν τούτων αὖθις ἐπάνειμι, rurſus diſſeram. Επάνειμι. Ariſtot. in primo τῶν μετὰ τὰ φυσ. Περὶ μὲν οὖν τούτων δεδήλωται καὶ πρότερον, ὅσα δὲ περὶ τῶν αὐτῶν ἀπορήσειεν ἄν τις, ἐπανέλθωμεν πάλιν, id eſt, πάλιν ἐπέλθωμεν, denuo diſputemus. Plato in Timæo, Ως ἐν κεφαλαίοις πάλιν ἐπανελθεῖν, velut ſummaria quadam repetitione proſequi, quaſi epilogo, & ἀνακεφαλαιῶσαι. Vnde Επάνοδος repetitio & peroratio. Επάνοδος. Idem in Phædro, Οργίσαι τε αὖ πολλοὺς ἅμα δεινὸς ἀνὴρ γέγονε, καὶ πάλιν ὠργισμένοις ἐπᾴδων κηλεῖν, ὡς ἔφη. Et paulo pòſt, Τὸ δὲ δὴ τέλος τῶν λόγων κοινῇ πᾶσιν ἔοικε συνδεδογμένον εἶναι, ὃ

τινὲς μὲν ἐπωδὸν, ἄλλοι δὲ ἄλλο τίθενται ὄνομα. Φαι. Τὸ ἐν κεφαλαίῳ ἕκαστα λέγειν ὑπομνῆσαι ἐπὶ τελευτῆς τοὺς ἀκούοντας περὶ τῶν εἰρημένων. Σω. Ταῦτα λέγω. Επάνειμι etiam pro aſcendo dicitur, vt ἄνειμι & ἀνέρχομαι. Idem in Sympoſ. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὀρθῶς ἐπὶ τὰ ἐρωτικὰ ἰέναι, ἀρχόμενον ἀπὸ τῶνδε ἀεὶ ἐπανιέναι, ὥσπερ ἀναβαθμοῖς χρώμενον.

*Δικῶν οὐκ οὐσῶν.* Δικῶν οὐκ οὐσῶν cum dicunt, iuſtitium ſignificat. μὴ οὖσα δὲ δίκη iudiciũ nullum ſignificat, vt alibi dictum eſt. Demoſth. Αλλὰ τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαχεῖν ἠξίου αὐτῷ. Plutarch. tamen in Sylla, de Sulpitio loquens, qui Marianis *Απραξία.* partibus fauens, leges per vim ferebat, Απραξίας δὲ (inquit) διὰ ταῦτα τῶν ὑπάτων ψηφισαμένων, ἐπήγαγεν αὐτοῖς ἐκκλησιάζουσι περὶ τὸν νεὼν τῶν Διοσκούρων, ὄχλον, Ob hæc iuſtitium cum Conſules decreuiſſent, &c.

*Εἰσιέναι περὶ γραφῆς.* Εἰσιέναι περὶ γραφῆς, eſt poſtulari, & cauſã dicere. Demoſth. περὶ παραπρ. Τῆς προτέρας ἐκείνης πρεσβείας ἧς οὐδεὶς κατηγόρει, δοὺς λόγον, οὐκ ἐβούλετο αὖθις εἰσιέναι περὶ ταύτης ἧς νῦν εἰσέρχεται, ἐν ᾗ πάντα τὰ ἀδικήματα ἔνεστιν. ἐκ δὲ τοῦ δὶς ἐμὲ εἰσελθεῖν, ἀνάγκη περιίστατο καὶ τούτῳ πάλιν εἰσιέναι. vbi ſubintelligitur τὸ δικαστήριον. Iſocr. in paragraph. de iudicio ciuili loquens, Νῦν δὲ ἀνάγκη περὶ τοῦ νόμου πρῶτον εἰπεῖν, καθ' ὃν εἰσεληλύθαμεν, ἵν' ἐπιστάμενοι περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν, τὴν ψῆφον φέρητε, Nunc neceſſe eſt de lege dicere, qua lege iudicium nobis conſtitutum eſt. Aliquando per accuſatiuum dicitur, vt Demoſth. περὶ στεφάνου, *Εἰσιέναι τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν γραφήν.* Καὶ γραφεὶς, τὸν ἀγῶνα τοῦτον παρανόμων εἰς ὑμᾶς εἰσῆλθον, καὶ ἀπέφυγον, Et poſtulatus, cauſam hanc rogationis perperam latæ apud vos dixi, & tandem abſolutus ſum. Alibi in eadem, Καί μοι λέγε τὸ ψήφισμα, καθ' ὃ εἰσῆλθον τὴν γραφὴν, id eſt rogationem propter quam poſtulatus ſum. Iſocrat. Δίκας οἵας δεδίκασται καὶ γραφὰς εἰσελήλυθε. Idem Demoſth. alibi, Εὰν δέ τις φύεσθαι μὲν ὁμολογῇ, ἀμφισβητῇ δὲ ὡς οὐ πάντα πεποίηκε τὰ συγκείμενα, ἀπολογεῖσθαι κελεύουσιν εὐθυδικίαν εἰσιόντα, οὐ κατηγορεῖν τοῦ διώκοντος, Si quis verò pactum non inficietur, cæterum quædam minimè eſſe ex pacto præſtita, in controuerſiam deducat, leges eum iubent de cauſæ capite certare, rectáque cum aduerſario congredi, vel recta ad caput cauſæ accedere, quáque de re agitur in iudicium deducere, non autem actorem criminari. Alibi per datiuum, Καὶ εἰς τοῦτο ἀναιδείας ἥκουσιν, ὥστ' εὐθυδικίᾳ μὲν οὐκ ἐτόλμησαν εἰσελθεῖν, ἀλλὰ διεμαρτύρουν. Et rurſus, Διὰ τὸ παραγραφὴν εἶναι, καὶ μὴ εὐθυδικίᾳ εἰσιέναι, Propterea quòd ſuper præſcriptione iudicium erat conſtitutum, non ſuper cauſæ capite. Quid ſit εὐθυδικία nos ſuperius diximus. In capite, pars literarum de iudiciis, epiſtolæ Hadriani verba è Græco tranſcripta hoc ſignificant, ſed imperitè verſa, vt omnia in Pandectis, quæ quidem Græcè ab ipſis Iuriſconſultis ſcripta fuerant, & prodita. In ea epiſtola ita legitur, Magiſtratus quo anno in magiſtratu ſunt, nõ ingrediantur iudicium proprium, neque perſequendo, neque fugiendo, & reliqua. Quem locum Alciatus Iuriſconſultus Græcè reſtituit. Cuius epiſtolæ verbis ſignificatur, magiſtratus Græcorum anno ſui imperii obire iudicium nec agendo nec defendendo debere, in priuatis quidem cauſis. Id quod conuenit cum dicto Vlpiani in capite ſecundo, in tractatu de in ius vocando.

*Εἰσιέναι εἰς τινά.* Εἰσιέναι εἰς τὸν ἄνθρωπον ſignificat conuenire eum domi. Lyſ. Εἰσελθὼν εἰς τὸν



πατέρα τὸν ἐμόν. Εἰσιέναι etiã eſt ſubire, hoc eſt, εἰς νοῦν ἔρχεσθαι, datiuo. Plato in primo de Repub. Επειδάν τις ἐγγὺς ᾖ τοῦ οἴεσθαι τελευτήσειν, εἰσέρχεται αὐτῷ δέος καὶ φροντὶς περὶ ὧν ἔμπροσθεν οὐκ εἰσῄει. Herodia. Τό, τε Σεβήρου ὑπόδειγμα, ὃς τοὺς ἀποκτείναντας τὸν Περτίνακα ἀπέζωσεν, εἰσῄει αὐτούς. Et Plut. Ο λογισμὸς αὐτὸν εἰσῄει τῆς ἀπορίας, ſubiit reputatio. Thucyd. Εἰσῄει τὰ δεινὰ αὐτούς. Quintil. ad verbũ obuenire dixit in x. Cicero occurrere id vocat, & idem Quintilianus. datiuo autẽ & accuſatiuo cõſtruitur, vt Latinè inceſſere. Idẽ Plato lib. VIII. *Inceſſere.* de legibus, Εἰσῆλθε δέ με δὴ εἰκὸς, φοβηθῆναι, ξυννοήσαντα τί ποτε χρήσεται τῇ τοιαύτῃ πόλει, inceſſit animum meum timor, reputantis quid fiet eiuſmodi ciuitate. Liuius, Annibalem ingens cupido inceſſerat Tarenti potiundi. Salluſt. Mulieribus inſolitus timor inceſſerat. Curtius, Ergo non mediocris omnium animos formido inceſſerat, πάντων εἰσῄει γνώμην. Plato rurſus in eodem VIII, Αλλ' οὐ δὴ ἐπιθυμία ταύτης τῆς συνουσίας ὑπὲρ ἅπαν εἰσέρχεται τοὺς πολλούς. Demoſth. datiuo ἐν τῷ περὶ παραπρ. Δῆλον γὰρ ὅτι τῷ μὲν ἠδικηκότι, σιγᾶν ἐξήρκει· τῷ δὲ μηδὲν αὑτῷ συνειδότι δεινὸν εἰσῄει, εἰ πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔργων δόξει κοινωνεῖν τῷ σιωπῆσαι, vehemens & acer metus inceſſit, ne ſilẽtio indicare ſeſe ſceleſtæ conſcientiæ videretur. Dicitur etiam ἐπέρχεται pro inceſſit, hoc eſt εἰς νοῦν *Επέρχεται.* ἔρχεται. Demoſth. ἐν τῷ πρὸς Λεπτ. Ων ἔνιοι διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν στέρονται τῆς πατρίδος· ὧν ἐπέρχεταί μοι πρώτους ἐξετάζειν τοὺς ἐκ Χερρονήσου φυγόντας, in mentẽ venit, cupido inceſſit. Plato accuſatiuo iunxit, niſi fallor, lib. leg. XII. circa finem, Καὶ δὴ καὶ λοιδορήσεις ἐπῆλθον ποιητὰς, τοὺς φιλοσοφοῦντας κυσὶ ματαίαις ἀπεικάζοντας, χρωμέναισιν ὑλακαῖς, ταῦτ' ἄλλα τ' ἀνόητ' εἰπεῖν. Sic enim legendum puto. In Epinomide datiuo iunxit, Πῶς οὖν, ὦ Κλεινία, λέγομεν; ἢ δοκεῖ τοὺς θεοὺς ὑμνοῦντες σφόδρα τιμῶμεν, εὐχόμενοι τὰ κάλλιστα καὶ ἄριστα περὶ αὐτῶν ἐπιέναι λέγειν ἡμῖν; id eſt παρίστασθαι, in mentem venire. Idem Αλλ', ὦ δαιμόνιε, πιστεύσας τοῖς θεοῖς, εὔχου τε, καὶ λέγε τὸν ἐπιόντα σοι λόγον τὸν καλὸν περὶ τοὺς θεούς τε καὶ τὰς θεάς. Quod etiam Υπεισιέναι dicitur. Lucia. περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ, Υπεισέρχεται γὰρ τὸ μηδ' ὑπ' *Υπεισιέναι.* ἄλλου ἂν καταδεχθῆναι, πρὸς τοῦ προτέρου ἀποβληθέντα, καὶ δόξαντα εἶναι ἀδόκιμον.

Εἰσιέναι εἰς τὴν ἀρχὴν inire magiſtratum. Iſocr. Οἱ κατ' ἐνιαυτὸν εἰς τὰς ἀρχὰς εἰσιόντες. Τὰ εἰσιόντα Ariſtotel. cibum & potum vocat in IIII. de Gene- *Τὰ εἰσιόντα.* ratione animal. Ποιὰ γὰρ ἡ τροφὴ γίνεται μάλιστα καὶ ἡ τοῦ σώματος διάθεσις, διά τε τὴν κρᾶσιν τοῦ περιεστῶτος ἀέρος καὶ τῶν εἰσιόντων. Εἰσιέναι τὸν Δία ſignificat ὑποκρίνεσθαι, ſubire perſonam Iouis, & Iouem agere. Demoſth. περὶ παραπρ. Ιστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς δράμασι τοῖς τραγικοῖς ἐξαίρετόν ἐστιν ὥσπερ γέρας τι τοῖς τριταγωνισταῖς, τὸ τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας εἰσιέναι. Vt autem *Εἰσάγειν.* εἰσέρχεσθαι ita Εἰσάγειν dicebant, interdum de actore, interdum de iudice. Et ὁ εἰσάγων dicebatur is, cuius de ea re notio erat. Demoſth. Ο δὲ νόμος κελεύει ἐπιδικασίαν εἶναι τῶν ἐπικλήρων ἁπασῶν καὶ ξένων καὶ ἀστῶν. καὶ περὶ μὲν τῶν πολιτῶν τὸν ἄρχοντα εἰσάγειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, περὶ δὲ τῶν μετοίκων τὸν πολέμαρχον. Plena autem locutio eſt, εἰσάγειν τὴν δίκην ἢ γραφὴν, hoc eſt, iudiciũ huius rei cõſtituere, vt Cicero loquitur, & rei actionem dare. Et εἰσάγειν τὸν ὑπεύθυνον. Demoſth. ὑπὲρ στεφάνου, Νὴ Δία, ἀλλ' ἀδίκως ἦρξα. εἶτα παρὼν ὅτ' ἐμὲ εἰσῆγον οἱ λογισταὶ, τί οὐ κατηγόρεις; At enim ego perperam magiſtratu functus ſum: itáne verò cum tute adeſſes, non mihi crimina obieciſti, coram ratiociniorum præ-

fectis, à quibus rationem geſtæ adminiſtrationis repoſcebar? vel, Quin igitur cum tu adeſſes, mihi crimina obieciſti? Hîc de iudicibus dixit. κατὰ Ὀλυμπιοδώρου itidem, ſed in cauſa ciuili, Καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἄρχων ἀνέκρινε πᾶσιν ἡμῖν, καὶ ἀνακρίνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ δικαστήριον, cauſam audire cœpit. Alibi de accuſatore in eadem, Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αἰσχύνῃ φθόνου δίκην εἰσάγων, οὐκ ἀδικήματος οὐδενός, Neque te nunc pudet iudicium mihi dictare atque conſtituere, non criminis alicuius, ſed liuoris & inuidiæ. Non enim ob indignitatem rerum male geſtarum, aut rogationis contra quàm decebat perlatæ, ſed ob inuidiã coronæ Demoſtheni præconio delatæ ſtimulabatur. Andocid. περὶ τῶν μυστηρίων, Ἐγὼ οὖν ὑμῖν ὑπισχνοῦμαι, ἢ παύσειν τούτους ταῦτα ποιοῦντας, ἢ βουλοις παρέξειν, ἢ εἰς ὑμᾶς εἰσαγαγὼν, κολάσειν τοὺς ἀδικοῦντας αὐτῶν. Sibi accuſatori iudicum partes aſſumit, vt ſunt εἰσάγειν & κολάζειν, eo modo ſcilicet, quo actor damnare reum dicitur, vt alibi dictum eſt. Delaturum, inquit, polliceor, & vt puniantur curaturum. Plato in Apologia, Τὸν μὲν γὰρ διαφθείροντα ἐξηῦρες, ὥς φῄς, ἐμὲ εἰσάγεις τουτοισὶ καὶ κατηγορεῖς, defers me apud hos. Apud Demoſth. κατὰ Τιμοκράτους lex his verbis citatur, Ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ τῶν γονέων κακώσεως ἡλωκώς, δησάντων αὐτὸν οἱ ἕνδεκα, καὶ εἰσαγόντων αὐτὸν εἰς τὴν ἡλιαίαν, κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεστιν.

Εἰσαγώγιμος δίκη.

Δίκη autem εἰσαγώγιμος dicitur, contra cuius exordium præſcriptio obiici iure non poteſt. Idem ὑπὲρ Φορμίωνος, Ἐξ ὧν εὖ οἶδ᾽ ὅτι ἥ τε τούτου συκοφαντία φανερὰ γενήσεται, καὶ ὡς οὐκ εἰσαγώγιμος ἡ δίκη γνώσεσθ᾽ ἅμα ταῦτ᾽ ἀκούσαντες. Iſocr. in Paragraph. Παραβαλλομένου δ᾽ ἐμοῦ μάρτυρας ὡς οὐκ εἰσαγώγιμος ἡ δίκη, διαίτης γεγενημένης, οὐκ εἴη οὐκ ἐπεξῆλθε. Dinarch. contra Demoſth. Πολλοί, ὦ ἄνδρες, πολλοὶ τῶν πολιτῶν θεωροῦσιν ὑμᾶς, πῶς τοῦτον δικάσετε τὸν ἀγῶνα, καὶ πότερον εἰσαγωγίμους τὰς τῶν ἄλλων δωροδοκίας ποιήσετε, ἢ ἀνέδην ἐξέσται δῶρα λαμβάνειν καθ᾽ ὑμῶν, id eſt, ſi per vos lege agere licebit aduerſus ſordes magiſtratuum, ſi intendere crimina licebit aduerſus ſordidos magiſtratus.

Εἰσαγωγεύς.

Εἰσαγωγεὺς dicitur qui actionem rei dare poteſt, & lege agere iubere. Demoſth. Οἱ δὲ νόμοι καὶ τούτων διδόασι παραγραφὰς ἀντιλαγχάνειν περὶ ὧν οὐκ εἰσὶν εἰσαγωγεῖς, id eſt, Legibus autem exceptiones dantur earum rerum, quarum actiones apud iudices proditæ non ſunt. Idem alibi, Οὐκ ὄντων εἰσαγωγέων τῶν θεσμοθετῶν ὑπὲρ ὧν λαγχάνει, cũ Theſmothetarũ cognitio non ſit earum rerum, quarum nomine hic iudicium intendit. Hoc plenius intelligetur ex iis quæ ſupra in mentione verbi παραγράφεσθαι ſcripſimus. Plin. in epiſt. εἰσάγειν inducere Latinè ſæpe dixit, vt libro v. Inductus eſt nominatus: egit ipſe pro ſe, nullo accuſante. & lib. VI. Tertio die inducta cognitio eſt Iulii Tyronis: codicilli quos ex parte veros eſſe cõſtabat, ex parte falſi dicebantur. Εἰσάγειν εἰς τοὺς φράτορας eſt profiteri liberos, καὶ εἰσάγειν εἰς τοὺς γεννήτας, hoc eſt gentiles. Iſæus, Καὶ ἐπειδὴ θαργήλια ἦν, εἰσήγαγέ με ἐπὶ τοὺς βωμοὺς, εἰς τοὺς γεννήτας τε καὶ φράτορας. Demoſth. πρὸς Εὐβουλίδην, Ὡς εἰσήχθην εἰς τοὺς φράτορας, ὡς ἐνεγράφην εἰς τοὺς δημότας. Huiuſmodi, vt videtur, aut non abſimilis fuit ἡ εἰσαγωγὴ τοῦ βρέφους εἰς τὸ ἱερὸν apud Iudæos: cuius meminit Lucas euangeliſta cap. ſecundo, Καὶ ἦλθεν ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν, & reliqua, Et cum introdu-

cerent



Εἰσάγεσθαι.

cerent puerum Ieſum parentes. Εἰσάγομαι etiam paſſiua voce dicitur pro εἰσάγω, vt ἐπάγομαι & προσάγομαι. Polyb. in ſecundo hiſtor. ἢ πρὸς οἷς πρότερον μαχόμενοι, πολλοὺς τῶν ἀναγκαίων ἐπεῖδον ἀπολλυμένους, τούτους εἰς τὰς οἰκίας ἰδίας εἰσαγόμενοι, οὐδὲν ἀπέλιπον τῆς μετ᾽ ἀλλήλων φιλοφροσύνης. Ariſtotel. Ἀλλὰ μὲν εἰσάγονταί γε ἐφ᾽ ἑαυτοὺς οἱ ἰατροὶ κάμνοντες τοὺς ἄλλους ἰατρούς, aſciſcunt, accerſunt.

Συνείσακτος.

Συνείσακτος dicitur comes vel ſocius ſociáve cælibatus, ſiue virgo contubernalem habeat virum, ſiue monachus fœminam: quod genus olim in vſu fuit inter Chriſtianos, ſed improbatum propter ſuſpicionem ſtupri. de quo Gregor. Τοὺς δὲ συνεισάκτους ὡς δὴ φάσκουσιν ἅπαντες, οὐκ οἶδ᾽ εἴτε γάμῳ δώσομεν, εἴτ᾽ ἀγάμοις θήσομεν, εἴτε μέσον τι φυλάξομεν. οὐ γὰρ ἔγωγε, κἂν μελέζητε κακῶς, τὸ πρᾶγμ᾽ ἐπαινέσομαι. Idem, Ἄρσενα πάντ᾽ ἀλέεινε, συνείσακτον δὲ μάλιστα. Et

Συνεισάγω.

συνεισάγω verbum eiuſdem rei ſignificatiuum. Idem, Παρθένε παρθένος ἴσθι καὶ ὄμμασι καὶ κρυφίοισι, Μὴ δὲ συνεισάγῃς ἄρσενα κηδεμόνα.

Εἰς ἐχῖνον ἐμβαλεῖν.

Ἐμβαλεῖν εἰς τὸν ἐχῖνον dicebant pro eo quod eſt Apud acta proferre. Demoſth. περὶ στεφάνου, Μαρτυροῦσιν οὗτοι παρεῖναι πρὸς τῷ διαιτητῇ, ὅτε προὐκαλεῖτο Φορμίων Ἀπολλόδωρον, εἰ μή φησιν ἀντίγραφα εἶναι τῆς διαθήκης τῆς Πασίωνος τὸ γραμματεῖον, ὃ ἐνεβάλετο Φορμίων εἰς τὸν ἐχῖνον, ἀνοίγειν τὰς διαθήκας τὰς Πασίωνος, ἃς παρείχετο πρὸς τὸν διαιτητὴν Ἀμφίων. Ἀπολλόδωρον δὲ οὐκ ἐθέλειν ἀνοίγειν. Verba ſunt ſcribæ recitãtis teſtificata: ac ſi diceret, Aiunt hi ſe affuiſſe cum Phormio Apollodoro denunciaret, Si Apollodorus negaret id eſſe exemplũ teſtamenti Paſionis, quod Phormio in echinũ intuliſſet, per ſe iam non ſtare quo minus Apollodorus tabulas aperiret, inſpiceretque, quas Amphion apud arbitrũ protulerat: Apollodorũ autẽ ipſum inſpicere noluiſſe. hoc eſt, cum Phormio obtulit ſe aperturũ tabulas, aut aperiendas daturum.

Πρόκλησις.

Vt enim ſupra dictum eſt, Πρόκλησις eſt denunciationis genus, cum partes extra iudicium diem conſtituunt ex compoſito, vel alter alteri diem dicit ad aliquem actum iudicio procul agendum. vt fit, verbi gratia, cum exhibitoria eſt petitio ad inſtrumentum exſcribendum.

Ἐχῖνος.

Echinus autem eſt capſula intra quam claudebatur inſtrumentum litis, & ea quæ in acta prolaturi erant, vel (vt erat tum mos in priuatis litibus agitandis) apud ſequeſtrem depoſituri, quoad palàm in iudicium proferrentur ad ſententiam ferendam. Idem in eadem, Τὴν γὰρ μαρτυρίαν, ἣν φημι ψευδῆ εἶναι, καὶ δι᾽ ἧς ἦν ὁ πλεῖστος ἔλεγχός μοι, ταύτην οὐχ εὗρον ἐνοῦσαν ἐν τῷ ἐχίνῳ. Et κατὰ Ὀλυμπιοδώρου, Ἐγὼ γὰρ τοῦτον προὐκαλεσάμην, καὶ ἠξίωσα ἀκολουθῆσαι ὡς Ἀνδροκλείδην, παρ᾽ ᾧ κεῖνται αἱ συνθῆκαι, καὶ κοινῇ ἐκγραψαμένους ἡμᾶς τὰς συνθήκας, πάλιν σημήνασθαι, τὰ δ᾽ ἀντίγραφα ἐμβαλέσθαι εἰς τὸν ἐχῖνον, ὅπως ἂν μηδεμία ὑποψία ᾖ. Idem, Νυνὶ δὲ καὶ ἐναντίον ὑμῶν τῶν δικαστῶν πάλιν προκαλοῦμαι, καὶ ἀξιῶ συγχωρεῖν αὐτόν, καὶ ἐγὼ συγχωρῶ ἀνοιχθῆναι τὰς συνθήκας ἐνταυθοῖ ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου, καὶ ἀκοῦσαι ὑμᾶς, καὶ πάλιν σημήνασθαι ἐναντίον ὑμῶν, Coram vobis autem rurſum conditionem offero, ab eoque poſtulo vt per eum itidem vt per me liceat, pacti tabulas tranſactioniſque inter nos factæ, apud Androclidem depoſitas, in iudicium proferri. Quæ verba ſunt hominis cardinem cauſæ ponẽtis in ipſo inſtrumento, iuſque dici ex eo permittentis. Erant autem tabulæ obſignatæ, in quibus ſcriptæ erant conditiones, quibus de hæreditate cõtro-

h.i.

uerſiam iam exorientem deciderant. Erántque apud Androclidem vt ſequeſtrem depoſitæ, qui fuerat tranſactæ rei arbiter. Ἐχῖνος præter eam ſignificationem, & præter alias notas, freni partem ſignificat, qua equus coercetur. Ξενοφ. περὶ ἱππικῆς, Τούτων δὲ τῶν χαλινῶν ἔστω, ὁ μὲν λεῖος, τοὺς τροχοὺς εὐμεγέθεις ἔχων· ὁ δ' ἕτερος, τοὺς μὲν τροχοὺς καὶ βαρεῖς καὶ ταπεινούς, τοὺς δ' ἐχίνους ὀξεῖς, ἵνα ὁπόταν μὲν τοῦτον λάβῃ, ἀχθόμενος τῇ τραχύτητι, διὰ τοῦτο ἀφίῃ, vt cum frenũ morſu contumaci apprehenderit, aſperitate echinorum offenſus, habenis cedat. Echinos vocat orbiculos echinatos, quibus freni cõſerti ſunt.

Ποιεῖσθαι υἱόν.

Ποίησις adoptio, vt ſupra ſtrictim dictum eſt, & Παῖδα ποιεῖσθαι adoptare. Demoſth. Οὐ δήπου τοῦτον μὲ δίκαιον τὸ μέρος τῶν ἐμῶν χρημάτων ἔχειν, κατὰ τὴν ποίησιν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτὸν ἀναγκασθεὶς ἐποιήσατο. Sic πατέρα ποιεῖσθαι. Plutar. in Alexãdro, τοῦτο δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐδήλωσε, καὶ ἐν τοῖς πρὸς ἄδαν λεχθεῖσιν, ἣν ἐποιήσατο μητέρα, καὶ

Ποιεῖσθαι μητέρα.

καρίας βασίλισσαν ἀπέδειξε, quam in matrem adoptauerat. Dicitur & Παῖδα θέσθαι. Plutar. de AEmyl. Τεσσάρων δὲ παίδων αὐτῷ ἀρρένων ὄντων, δύο μὲν προτέρους ἐτύγχανεν ἐκδεδωκὼς ἑτέροις θέσθαι, id eſt, adoptandos dederat aliis. Dicitur & Εἰσποιεῖν. Vnde υἱόθετοι dicuntur & εἰσποίητοι, & θετοί. Appian. ἔθος γὰρ τοῖς ῥωμαίοις, τοὺς θετοὺς τὰ τῶν θεμένων ὀνόματα ἐπιλαμβάνειν, adoptatos adoptantium nomina accipere. & θέσις apud eundem pro adoptione. Εἰσποιεῖν etiam eſt οἰκειοῦν & aſciſcere. Plutar. Ἐπεὶ τάχα τοῦ Σύλλα τελευτήσαντος, Λέπιδος εἰσεποίει ἑαυτὸν εἰς τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ſemetipſum aſciuit & adoptauit in eius locũ & potentiã. Dinarch. cõtra Demoſth. Καὶ τῶν παραπολλυμένων εἰσεποίει κοινωνὸν αὐτόν. Sic Plinius lib. XII. Sed qui ſe potentiæ cauſa Cæſaris libertis adoptaſſet, ſpado Theſſalicus, prædiues. Pauſan. in Meſſen. μεσσήνιοι γὰρ οὐκ εἰσποιοῦσιν ἀριστομένην ἡρακλεῖ παῖδα ἢ διΐ, ὥσπερ ἀλέξανδρον ἄμμωνι οἱ μακεδόνες, καὶ ἄρατον ἀσκληπιῷ σικυώνιοι.

Θέσθαι παῖδα.

Εἰσποιεῖν.

Θετός.

Ἐκποίητος.

Ἐκποίητος verò eſt ὁ δοθεὶς εἰς υἱοθεσίαν, id eſt, à familia ſua alienatus, & in adoptionem alienæ familiæ datus, quaſi εἰσποιήτῳ oppoſitus. Iſæus περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου, Καὶ τοῖς λόγοις χρῶνται τοιούτοις, ὡς αὐτοῖς ὅλου τοῦ κλήρου ληκτέον, ὅτι Θρασύβουλος ἐκποίητος εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἱππολοχίδου γέγονε. Dictitántque in totum aſſem hæreditatis agere ſe debere, vel bonorum poſſeſſionem totius hæreditatis agnoſcere. vt Demoſth. κατὰ Ὀλυμπιοδώρου, Καὶ ἐπεὶ ἔλαχεν αὐθις τοῦ ἡμικλήρου, egit in ſemiſſem petitione hæreditatis. Idem, Καὶ ἔδοξεν ἡμῖν τουτονὶ μὲν Ὀλυμπιόδωρον τοῦ κλήρου ὅλου ἀμφισβητεῖν, ἐμὲ δὲ τοῦ ἡμικληρίου.

Ἐκποιεῖν.

Ἐκποιεῖν in adoptionẽm dare. Idem Iſæus, Μητρὸς δὲ οὐδείς ἐστιν ἐκποίητος, ἀλλ' ὁμοίως ὑπάρχει τὴν αὐτὴν εἶναι μητέρα, κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένοι τις οἴκῳ, κἂν ἐκποιηθῇ, A matre autem nullus per adoptionem alienus eſſe poteſt, neque matrem habere poteſt niſi propriam, ſiue in gentilitate maneat, ſiue inde migret. Ἐκποιεῖν etiam eſt ſufficere, hoc eſt ἐξαρκεῖν. Athenæus lib. IIII. Καὶ πίνω χῖον οἶνον, καὶ τἆλλα ἀρκούντως παρασκευάζομαι, τῶν ἰδίων μου προσόδων εἰς ταῦτα ἐκποιουσῶν. Theoph. in pri. de Cauſis, Τὰ γὰρ πρόβατα ἀποτοκήσαντα καὶ εὐγονοῦντα, πάλιν ὁρμᾷ πρὸς κύησιν, ἐκποιούσης ἔτι τῆς ὥρας, tempore anni adhuc ſufficiente, hoc eſt pariendi ſpatiũ præbẽte. Ἐκποιεῖν etiam eſt alienare, hoc eſt emãcipare: quo modo accipitur identidem in Pandectis Græcis, & accipi poteſt apud AEſch. κατὰ Κτησιφῶντος, Πάλιν ὑπεύθυνον ὁ νομοθέτης οὐκ ἐᾷ τὴν οὐσίαν καθιεροῦν, οὐδὲ ἀνάθημα ἀναθεῖναι, οὐδ' ἐκποίητον γενέσθαι, οὐδὲ διαθέσθαι τὰ ἑαυτοῦ, οὐδὲ ἄλλα πολλά, ἑνὶ δὲ λόγῳ ἐνεχυράζει τὰς οὐσίας ὁ νομοθέτης τὰς



τῶν ὑπευθύνων. Poteſt tamen ad hominem ὑπεύθυνον referri, & ſignificare εἰς υἱοθεσίαν δεδομένον. Ἐκποιεῖν με τοῦ δικαστηρίου Philoſtratus pro ſubducere me è iudicio, dixit. Ἐκποιεῖν etiã efficere & conſummare ſignificat.

Πίστιν ἐπιθεῖναι.

Πίστιν ἐπιθεῖναι eſt iurare, fidem dare. Demoſth. πρὸς Ἄφοβον, Ἔτι τοίνυν ἡ μήτηρ ἠθέλησε πίστιν ἐπιθεῖναι κατ' ἐμοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς παραστησαμένη, τοῦτον λαβεῖν τὴν προῖκα τὴν ἑαυτῆς κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς διαθήκην. Idem, Καὶ πρὸς τούτοις ἡ μήτηρ κατ' ἐμοῦ, καὶ τῆς ἀδελφῆς, οἳ μόνοι ἐσμὲν παῖδες αὐτῇ, δι' οὓς κατεχήρευσε τὸν βίον, πίστιν ἠθέλησεν ἐπιθεῖναι παραστησαμένη, τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἀφεῖναι τὸν πατέρα ὅτε ἐτελεύτα, Ad hæc, mea mater in me ſororémque meam, quos ſolos liberos habet, quorúmque gratia vitam viduam traducere ſuſtinuit, iuſiurandum cõcipere non recuſauit: eiuſque rei cauſa, nos in medium produxit atque in iudicium, hoc eſt, καθ' ἡμῶν ὀμνύναι, in capita liberorum iurare. id quod fiebat, tacto eius capite in quem iurabant: ita ſe ſacrare caput eius diis inferis, deuouerẽque ſignificantes, ſi peierarent. Idem κατὰ Κόνωνος, Ἀξιοπιστότερος τοῦ κατὰ παίδων ὀμνύοντος, καὶ διὰ τοῦ πυρός.

Κατὰ παίδων ὀμνύναι.

Iſæus, Ἔστι δ' αὐτοῖς νόμος ὁ αὐτός, ἐάν τε τινὰ φύσει γεγονότα εἰσάγῃ τις, ἐάν τε ποιητόν, ἐπιτιθέναι πίστιν κατὰ τῶν ἱερῶν, ἦ μὴν ἐξ ἀστῆς εἰσάγειν, id eſt, aram ſacráque tenentem iurare ſe profiteri filium, & ad nomen dãdum adducere è fœmina vrbana ſuſceptum. Dicitur & Διδόναι πίστιν καὶ πίστεις. Iſocr. in Helene, Ὥστε συνελθόντες πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις, ἦ μὴν βοηθήσειν εἴ τις ἀποστεροίη τὸν ἀξιωθέντα λαβεῖν αὐτήν, de procorũ pacto loquens.

Διδόναι πίστιν, καὶ πίστεις, καὶ πιστά.

Dicitur & Πιστὰ διδόναι. Xenoph. Ἐκ τούτου πιστὰ δίδωσιν αὐτοῖς, ἦ μὴν ἐὰν ἐμπεδῶσιν ἃ λέγουσιν, ὡς φίλοις καὶ πιστοῖς χρήσεσθαι αὐτοῖς. Polyb. in ſecundo hiſto. διδόντες μὲν τὰ πιστὰ περὶ αὐτῶν συμμαχίας, de ſocietate bellica ſocialique fœdere, aut iureiurando aut obſidibus cauentes. Lyſ. ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφ. χρημ. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ πρότερον πρὸς τοὺς συνδίκους, καὶ νῦν ἐθέλομεν πίστιν δοῦναι, ἥτις ἐστὶ μεγίστη τοῖς ἀνθρώποις, μὴ ἔχειν τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων, parati ſumus iurare. Iſocr. pro fidem facere dixit, & documenta dare, Καὶ τοσαύτην πίστιν δεδωκότες ὑπὲρ τοῦ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν. Quod Πιστὸν ποιεῖν dicitur. idem Xenoph. ἂν μὲν δὴ ταῦτα δέῃ ποιεῖν πιστά, ὁμήρους δοτέον καὶ ληπτέον. Id etiam Πίστεις ποιεῖν dicitur. Idem, Καὶ ἀλλήλοις πίστεις ἐποιήσαντο, fidei pignora dederunt, fiduciã promiſſorum firmauerunt.

Πίστεις ποιήσασθαι.

Antiph. pro cauere ſatiſdato poſuit. Athenæ. in VIII. Πίστεις πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος πέμπει, de Iphiclo loquens, qui nuncium promiſſis exhortabatur ad id obeundum negotium, quod ei iniunxerat. Πιστὰ ἔχειν dicitur, qui pignore aut aliàs ſibi cauit in futurum. Xenoph. Τί δὲ οὐκ ἀναμένεις ἕως ἂν ἀγάγωμεν ὁμήρους, ἵνα καὶ σὺ ἔχων παρ' ἡμῶν τὰ πιστὰ πορεύῃ;

Εἰς πίστιν ἑαυτὸν διδόναι.

Εἰς πίστιν ἑαυτὸν διδόναι, vt Latini In fidem ſe dédere, aut fidei ſe permittere. Polyb. οὗτοι τοὺς μὲν βίους ἐξ ἐφόδου καταπληξάμενοι, συνηναγκάσθη εἰς τὴν ῥωμαίων δοῦναι πίστιν. Idem, συνεφεδρεύων ταῖς τε τῶν ἀρδυαίων ἔθνει, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς δεδωκόσιν ἑαυτοὺς εἰς πίστιν. Πίστεις etiam dicuntur probationes, id eſt, ἔλεγχοι καὶ ἀποδείξεις. Iſæus, Ἐγὼ δὲ μὰ τοὺς θεούς, οὐκ ἂν ἔχοιμι πίστεις μείζους τούτων εἰπεῖν, teſtimonia ſignificãs, & quæſtionem de mancipiis habitam. Halicarnaſſ. in vita Lyſiæ πίστεις ἐντέχνους vocat, quas Quintil. artificiales probationes dixit, quæ diuiduntur εἰς τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ πάθος καὶ τὸ ἦθος.

Πίστεις ἔντεχνοι.

Idem, Καὶ τὰς ἐκ τῶν ἠθῶν γε πίστεις ἀξιολόγως πάνυ κατασκευάζειν ἔμοιγε δοκεῖ. Et rurſus, Τὰς μὲν οὖν ἰδίας πίστεις, ὡς οὐ πολ-

λεῖν ἐπὶ λόγων δεομένας, δι᾽ αὐτῶν βεβαιοῦται τῶν μαρτύρων, probationes propriè dictas.

*Πίστιν περιτεθεῖναι.*

Inde, Πίστιν περιτεθεῖναι, ab AEſchine dictum ἐν τῷ περὶ παραπρ. Κἂν εἰ τοὺς ὑπηρέτας ἔπεμψεν ἡ πόλις, περιθεῖσα πίστιν αὐτοῖς, ἅπαντα ἂν πεπρᾶχθαι νομίζω, Si nuntios tantum ſuos auctoritate inſtructos, hoc eſt diplomate & documento publico miſiſſet, omnia confici potuiſſe exiſtimo. Polyb. lib. v. ὁ δὲ λεόντιος καταπεπληγμένος τὴν διάθεσιν τῶν ἡγεμόνων, ἐξέπεμψε τοὺς θησομένους

*Πίστιν τίθεσθαι.*

τὰς πίστεις ὑπὲρ τῆς τῶν ἐν τῇ πόλει πολιτῶν ἀσφαλείας πρὸς τὸν ἀντίοχον. ὁ δὲ βασιλεὺς δεξάμενος τὴν ἔντευξιν, συνεχώρησε δώσειν τοῖς ἐλευθέροις τὴν ἀσφάλειαν, id eſt, fidem regis accepturos de ſeruandis ciuibus omnibus & militibus. Suprà autē dixerat, προσδέχοντες πρὸς τὸν λεόντιον τὸν ἐπὶ τῶν ὅλων, ἐκπέμπειν ᾤοντο δεῖν, καὶ τίθεσθαι τὰ πρὸς τὸν ἀντίοχον. τίθεσθαι hoc loco ſancire ſignificat. Quintil. in v. de argumentis loquens, Hæc omnia, inquit, πίστεις appellantur: quod etſi propria interpretatione dicere fidem poſſumus, apertius tamē probationem interpretabimur. Laur. Valla lib. v. Elegan. vt à Græcis πίστιν, ſic à nobis religionē Chriſtianam & pietatem rectè de diuinis ſentiētem, fidem vocari poſſe cenſuit. Quod ne in dubium vocetur, cum alia, tum hic Liuii locus in pri. lib. facit. Hæc, inquit, Romulo regnāte domi militiǽque geſta. Quorū nihil abſonum fidei diuinæ originis, diuinitatíſque poſt mortem creditæ, fuit.

*Fides.*

Fides enim non modo credulitatē, vt ipſe Laurētius dixit, ſed rei compertæ exploratǽque fiduciam ſignificat, ex Græci vocabuli imitatione.

*Πιστόν.*

Πιστὸν enim eſt γνώριμον καὶ ἀσφαλές, ὃ ἡμεῖς πεπείσμεθα. Quare fides non minus ſignificat quàm perſuaſio. Fidem enim habere debemus, plenámque fiduciā compertæ veritatis. Celſus lib. VII. Vbi eius rei fides eſt, pridie is puer in ieiunio continendus eſt, & tum loco calido curatio adhibenda, ἐπειδὰν πιστὸν ἐγένετο τὸ πρᾶγμα, ἐπειδὰν ἐπιστώθη ὁ ἰατρός. Inde Fides appellatur, exiſtimatio certa, & clara opinio qua homines præditi, facilè à quouis pecunioſo verſuram cum libuit faciunt. Cic. pro lege Manil. Nā cum in Aſia res magnas permulti amiſerūt, ſcimus Romæ ſolutione impedita fidem cócidiſſe. Idem, Hæc fides atque hæc ratio pecuniarum quæ Romæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt cum illis pecuniis Aſiaticis, & cohæret. Plautus in Epidico, Vbi fidémque, rémque, ſéque, téque properat perdere.

*Perſuaſio.*

Perſuaſio idem quod fides ſignificat. Quintil. in XII. Qui velut ſacramento rogati, vel etiam ſuperſtitione conſtricti, nefas eſſe ducunt à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere, οὐχ ὅσιον εἶναι οἴονται τῆς ἀνῃρημένης ἅπαξ πίστεως ἀπαλλαγῆναι. vel, τοῦ ἀτεχνῶς ἀναδεδεγμένου πεποιθότος μεθίεσθαι. Plato exquiſitius hæc diſſerens libro VI. de Repub. circa finem, quatuor animæ affectiones eſſe dicit, intelligentiam, cogitationem, fidem, ſimulationem, ſiue ſimulachri effictionem, hoc eſt, νόησιν, διάνοιαν, πίστιν, εἰκασίαν. Nam in Sophiſta εἰκαστικὴν eſſe dicit τὴν εἰκόνας ἀπεργαζομένην, hoc eſt, μιμητικήν. εἰκόνας autē in eodē VI. de Rep. ait eſſe τὰς σκιὰς καὶ τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα. Πίστιν autem & δόξαν pro eodem accipit: ita vt νόησις ſit τοῦ νοητοῦ ἀνυποθέτου, hoc eſt, τῆς ἀρχῆς ἀνυποθέτου, id eſt, quæ ſine ſuppoſitionibus ab intellectu apprehenditur. ὁ γὰρ νοῦς illarum non indiget, vt ad apprehenſionem τοῦ ὄντος καὶ νοητοῦ. Artes autem liberales & diſciplinæ, ὧν αἱ ὑποθέσεις ἀρχαί



εἰσι, τῇ διανοίᾳ ἀναγκάζονται θεωρεῖν τὰ αὐτῶν θεωρήματα. Aliud eſt enim νοεῖν, & aliud διανοεῖσθαι. πίστις καὶ δόξα τοῦ αἰσθητοῦ. Inter quæ duo eſt Διάνοια media,

*Διάνοια.*

& circa mathematica verſatur. Quæ ipſa ἄνευ ὑποθέσεων intelligi non poſſunt. Sic autem inquit Plato, Διάνοιαν δὲ καλεῖν μοι δοκεῖς τὴν τῶν γεωμετρικῶν τε καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἕξιν, ἀλλ᾽ οὐ νοῦν, ὡς μεταξύ τι δόξης τε καὶ νοῦ τὴν διάνοιαν οὖσαν, id eſt, cæterū ita vt ſit διάνοια, hoc eſt ἀλλ᾽ ὡσπερεὶ οὔσης τῆς διανοίας. Eſt enim accuſ. pro genitiuo Attice poſitus. Sequitur, Ἱκανώτατα, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἀπεδέξω, καί μοι ἐπὶ τοῖς τέτταρσι τμήμασι τέτταρα ταῦτα παθήματα ἐν τῇ ψυχῇ γιγνόμενα λάβε· νόησιν μὲν, ἐπὶ τῷ ἀνωτάτω· διάνοιαν δὲ, ἐπὶ τῷ δευτέρῳ· τῷ τρίτῳ δὲ, πίστιν ἀπόδος, καὶ τῷ τελευταίῳ, εἰκασίαν. Plutar. in Platonicis quæſtionibus, de hoc loquēs, Καὶ κριτήριον ἑκάστῳ τῶν τεττάρων ἀποδίδωσιν ἴδιον· νοῦν μὲν τῷ πρώτῳ, διάνοιαν δὲ τῷ μαθηματικῷ, τοῖς δ᾽ αἰσθητοῖς πίστιν, εἰκασίαν δὲ τοῖς περὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὰς εἰκόνας. Philopo. de animæ facultatibus loquens ita inquit, ἡ δὲ διάνοια, τῆς δόξης ἐστὶν ἐπιπλέον, διότι οὐ μόνον ἐπὶ τῶν δοξαστικῶν ἤτοι διαλεκτικῶν συλλογισμῶν λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀποδεικτικῶν. ὅτι δὲ πάντες κέχρηνται τῇ διανοίᾳ, ταυτὸ δὲ εἰπεῖν τῇ συλλογιστικῇ ἀγωγῇ, καὶ οἱ τεχνῖται καὶ αἱ πράξεις, εἴρηται πολλάκις. ἡ δὲ ἐπιστήμη οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀποδεικτικῶν συλλογισμῶν λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄνευ συλλογισμοῦ, λέγω δὴ τῆς ὑπολήψεως τῶν ἀμέσων προτάσεων, id eſt, quæ axiomaticæ ſunt. Sciētiæ autē par eſt aut eadem ſapientia, vt ipſe inquit. ἔστι δὲ σοφία ἡ αὐτὸ πάμπαν τῇ ἐπιστήμῃ.

*Σοφία.*

Vel ſi quis exquiſitius commentari velit, & eas diſcriminare, hoc eſt ἀκριβέστερον διελεῖν, τὸ ἀκρότατον τοῦ νοῦ, καὶ οἷον ἡ τελειότης αὐτοῦ. Quod ſi verum eſt, ἐκείνη ἂν εἰκότως καλοῖτο σοφία, καθ᾽ ἣν ἡ τῶν θείων καὶ νοητῶν εἰδῶν ἀντίληψις γίνεται, σοφία κληθεῖσα, οἱονεὶ σάφειά τις οὖσα, διὰ τὸ δι᾽ αὐτῆς τὰ θεῖα σαφῆ ἡμῖν γίνεσθαι. τὰ γὰρ θεῖα, ὡς αὐτός φησιν ἀριστοτέλης, φανότατά τε ἐστὶ καὶ σαφέστατα. εἴδη γάρ ἐστι καθαρὰ ἄνευ ὕλης, καὶ ἄνευ δυνάμεως ἐνέργεια ὄντα. Ἀγχίνοια autē, vt inquit Ariſtoteles in

*Ἀγχίνοια.*

fine pri. τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν, ἐστὶν εὐστοχία τις ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ τοῦ μέσου. οἷον εἴ τις ἰδὼν ὅτι ἡ σελήνη τὸ λαμπρὸν ἀεὶ ἔχει πρὸς τὸν ἥλιον, ταχὺ ἐνενόησε διά τι τοῦτο, ὅτι διὰ τὸ λάμπειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Νοῦς vero principiū eſt ſcientiæ, ᾧ τοὺς ὅρους γινώσκομεν, & eſt

*Νοῦς.*

τῶν νοερῶν ἀντίληψις καὶ τῶν ἀμέσων προτάσεων. quare decem prædicamentorum inuentionem τῷ νῷ ἀπονέμουσιν, quæ principia ſunt & omnis ſcientiæ & omnis ratiocinationis. Διανοεῖσθαι eſt idem quod διαλογίζεσθαι, hoc eſt intelligere, animo verſare, & commentari.

*Διανοεῖσθαι.*

Ariſtot. in XI. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, de mente & intellectu loquēs vt numine, πότερον οὖν διαφέρει τι ἢ οὐδὲν τὸ νοεῖν τὸ καλὸν καὶ τὸ τυχόν, ἢ καὶ ἄτοπον τὸ διανοεῖσθαι περὶ ἐνίων; id eſt, mentem ipſam cōmētatione aliqua agitare? ὅθεν ἀνὴρ διανοητικὸς ingenioſus & commētator.

*Διανοητικός.*

Idem in VII. Politicon, τὰ δὲ περὶ τὴν ἀσίαν ἔθνη, διανοητικὰ μὲν καὶ τεχνικὰ τὴν ψυχὴν, ἄθυμα δέ. καὶ τὸ διανοητικὸν vis animi cōmētatrix. & διανόημα cōmētatio,

*Διανόημα.*

σκέμμα, ſententia, vt ἐννόημα. Idem in fine primi libri Ethic. σοφίαν καὶ φρόνησιν ait ἀρετὰς εἶναι διανοητικάς. Hermog. περὶ μεθόδου δεινότητος, Οἱ παλαιοὶ ῥήτορες κοινὰ λέγοντες διανοήματα, ὁμολογίᾳ τῆς κοινότητος ἴδια αὐτῶν ποιοῦσιν, id eſt ſentētias peruulgatas. Idē, Ἔστι δὲ ἀντίθετον, διανοήματι διανόημα ἀντικείμενον. Greg. enarrans illud, Et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis, τὸ διανοητικὸν (inquit) δηλῶν, καὶ τὰ τούτου κινήματα, καὶ διανοήματα. Damaſc. Τὸ μὲν οὖν φανταστικὸν διὰ τῶν αἰσθήσεων ἀντιλαμβανόμενον τῶν ὑλῶν, παραδίδωσι τῷ διανοητικῷ, ἢ τῷ

λογιστικῷ. ταυτὸν γὰρ ἀμφότερα. ὁ παραλαβὸν καὶ κρίναν, παραπέμπει τῷ μνημονευτικῷ.

Διανοεῖσθαι. Διανοεῖσθαι etiam exiſtimare, iudicare. Plato in Philebo, Ὡς μὲν τοίνυν τὴν γε φιλήβου θεὸν οὐ δεῖ νοεῖσθαι ταυτὸν καὶ τἀγαθὸν, ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, id eſt, quod oporteat voluptatem idem quod bonum ipſum exiſtimare. Διανοεῖσθαι, animaduertere, apprehendere animo & percipere, τῷ νῷ ἀντιλαμβάνεσθαί τινος. Xenoph. de ſenibus, Καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν ἧττον, καὶ διανοεῖσθαι χεῖρον. Significat etiam ſtatuere aliquid, & in animum inducere. Idem, Ὦ γλαύκων ἔφη, διανενόησαι προστατεύειν ἡμῖν τῆς πόλεως; Damaſc. περὶ πάθους καὶ ἐνεργείας, ita hæc ſuprà dicta enucleatius diſtinguit, διὰ τῆς αἰσθήσεως τοίνυν (inquit) ἐν τῇ ψυχῇ συνίσταται πάθος ὃ καλεῖται φαντασία. ἐκ δὲ τῆς φαντασίας γίνεται δόξα. εἶτα ἡ
Διάνοια. διάνοια, ἀνακρίνουσα τὴν δόξαν, εἴτε ἀληθής ἐστιν, εἴτε ψευδής, κρίνει τὸ ἀληθές. ὅθεν καὶ διά-
Νοῦς. νοια λέγεται ἀπὸ τοῦ διανοεῖν καὶ κρίνειν. τὸ οὖν κριθὲν καὶ ὁρισθὲν ἀληθῶς, νοῦς λέγεται. Auguſtinus in libro de ſpiritu & anima, de facultatibus & viribus animæ loquens, Intellectus eſt (inquit) rerum in ſe verè exiſtentium: Intelligentia veró eſt principiorum, vt dei, hyles, idearum, & incorporearũ naturarum. intelligentiam enim ſemper ſublimiorem intellectu facit. Διάνοια & νοῦς pro eodem ab Ariſtotele dicitur in VI. Ethic. Τρία δ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ, inquit ille, τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας, αἴσθησις, νοῦς, ὄρεξις. deinde, Ἔστι δὲ ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις καὶ ἀπόφασις, τοῦτ' ἐν ὀρέξει δίωξις καὶ φυγή. Et infrà viciſſim νοῦν & διάνοιαν pro intellectu dicit. Proclus in Euclidem ex Platone τέσσαρας ὄντων γνώσεις, νόησιν, αἴσθησιν, διάνοιαν ſtatuens, mathematicis τὴν διάνοιαν attribuit medium locum habentem. Sic enim inquit, Καὶ τὰ μὲν νοητὰ πάντων ὑπερήπλωται ταῖς ἐνοειδέσιν ὑπάρξεσι· τὰ δὲ αἰσθητὰ, τοῖς πᾶσιν ἀπολείπεται τῶν πρώτων οὐσιῶν· τὰ δὲ μαθηματικὰ, καὶ ὅλως τὰ διανοητὰ μέσην κεκλήρωται τάξιν. Ariſtotel. in tertio de Anima, Νοῦν καὶ ἐπιστήμην ἀεὶ ἀληθεύειν, id eſt nunquam aberrare à veritate & falli, dicit: contrà, opinionem & fidem falli, Γίνεται γὰρ δόξα καὶ ἀληθὴς καὶ ψευδής. ἀλλὰ δόξῃ μὲν ἕπεται πίστις. οὐκ ἐνδέχεται γὰρ δοξάζοντα, οἷς δοκεῖ, μὴ πιστεύειν, neque enim fieri poteſt vt qui opinatur, nó credat quæ opinatur. Nos autem fidem rerum diuinarum vocamus, id eſt, vt principes Theologi vocauerunt, πεποίθησιν, τὴν περὶ τῶν θείων ἀπολυπραγμόνητον συγκατάθεσιν. quarum rerum cogitationi ita incumbere debemus propter oraculorum fidem, vt non minus ea cernere animo credamus, quàm oculis res ſenſu perceptas & aſpectabiles cernimus. Iuſta autem & vera fides eſt, vt verbis vtar Magni Dionyſii, ἡ μόνιμος τῶν πεπεισμένων ἵδρυσις, quam Apoſtolus cap.
Πίστις. XI. ad Hebræos ſic diffinit, Ἔστι δὲ πίστις τῶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, rerum ſperatarum ſubſiſtentia, demonſtratio eorum quæ non videntur. Illa eſt vis miraculorum editrix & deſignatrix, mortis & ſuppliciorum contemptrix, credentium cum credito copulatrix. Quæ in cælum iam propè dixerim cum Iuſtitia remigraſſe videtur, ſi ad normam veritatis pauliſper loqui nobis placeat. Πίστις etiam ab antiquis ἀντὶ τῆς ἀποδείξεως dicebatur. Proclus in tertio in Euclidis στοιχεῖον πρῶτον, Ὅλως γὰρ, inquit, εἰδέναι χρὴ ὅτι πᾶσαι αἱ μαθηματικαὶ πίστεις ἢ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν εἰσιν, ἢ ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, ὥς που φησὶν ὁ πορφύριος. Inde ἄπιστος πρότασις dicitur quæ demonſtrari non poteſt, hoc eſt ἀξίωμα: quæ ob id αὐτόπιστος dicitur, id eſt



ſuapte natura demonſtrata. Idem, Καὶ αἱ μὲν ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πίστεις ὡρμημέναι, τῆς ἐνεργείας μόνης εἰσὶ τῆς ἀπίστου, ἄλλαι δὲ ἀπὸ τῶν προαποδεδειγμένων. ἐνέργειαν ἄπιστον appellat vim fidei faciendæ citra demonſtrationem, aut aliam probationem. Fides igitur Latinum eſt vocabulum in ea ſignificatio- Fides.
ne. Significat etiam hæc dictio religionem atque innocentiam, quam vulgò Conſcientiam dicimus. Cic. pro Cælio, Sed veſtræ ſapiẽtiæ tamen eſt, non ſi iuſta cauſa eſt viris fortibus oppugnandi M. Cælium, ideo vos quoque cauſam putare eſſe iuſtam, alieno dolori potius quàm veſtræ fidei conſulendi, μᾶλλον ἢ τοῦ συνειδότος πρόνοιαν τοῦ ὑμετέρου ποιεῖσθαι. Quanquã propter iudicum iuſiurandum intelligi ſic etiam poſſit, μᾶλλον ἢ τοῦ εὐόρκειν προνοεῖν. Idem pro Archia apertius, Adeſt vir ſumma auctoritate & religione & fide M. Lucullus, qui ſe non opinari, ſed ſcire, nõ audiuiſſe, ſed vidiſſe dicit. Et pro Flacco, Teſtimoniorũ religionem & fidem nunquam iſta natio coluit, τὴν περὶ τὰς μαρτυρίας εὐσέβειαν οὐδέποτε ἐθεράπευσε, οὐκ εἰδὼς ὅτι τῆς περὶ τὰς μαρτυρίας εὐλαβείας οὐδένα ὑπόλογον ἐποιήσατο. Fides etiã auctoritatem ſignificat. Vnde titulus ille in Pandectis, de fide inſtrumentorum. Cic. pro Archia, Cum Gabinii, quandiu incolumis fuit, leuitas: poſt damnationem calamitas, omnem tabularum fidem reſignaſſet, ἐπεὶ ἡ Γαβινίου, ἕως μὲν ἄρτιος ἐτύγχανεν ὤν, φαυλότης, μετὰ δὲ τὴν καταδίκην ἡ συμφορὰ ἅπασαν τὴν τῶν γραμμάτων πίστιν εἴη παραλελυκυῖα. Πίστις enim auctoritatem Πίστις.
ſignificat, vt in loco AEſchinis ſuprà citato. Et apud Dinarchum κατὰ Φιλοκλέους, Πάντας Ἀθηναίους ἠδικηκὼς, καὶ προδοὺς τὴν πίστιν, ἣν παρ' ὑμῶν οὐκ ἄξιος ὢν ἔλαβε, καὶ τὸ καθ' αὑτὸν μέρος πάντα ἀνατρέψας τὰ ἐν τῇ πόλει, de Præfecto proditore loquens. Idem, Ὅστις ἀργύριον καὶ χρυσίον περὶ πλείονος τῆς πρὸς ὑμᾶς
πίστεως αἱρεῖται. Iſque πίστιν λαμβάνειν dicitur cui poteſtas & imperium credi- Πίστιν λαμβάνειν.
tur, vt à populo magiſtratibus. Fidem dare & accipere, vt Accipe dáque
fidem, Πίστιν διδόναι καὶ δέχεσθαι. Gorg. ἐν τῷ ὑπὲρ Παλαμήδους, Ἔδει δὲ μετὰ τοῦτου Διδόναι πίστιν καὶ δέχεσθαι.
πίστιν δοῦναι καὶ δέξασθαι. Et Iſocr. Ὥστε συνελθόντες πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις. Xenophon, Ἐπὶ τούτοις δίδωμί τε σοὶ καὶ λαμβάνω τὴν δεξιάν. Fides etiam pro eo dicitur quod vulgus Saluum conductum vocat. Liuius, Quos nominatim Philopœmẽ depopoſcerat, ipſi ſe ituros profeſſi ſunt, fide accepta à legatis, vim abſuturam donec cauſam dixiſſent. Salluſt. Poſt vbi fide publica dicere iuſſus eſt, omnia vti geſta erant aperit, τῆς πίστεως τῆς δημοσίας δοθείσης. Xenoph. in V. ἑλληνικ. Πιστὰ δοὺς καὶ λαβὼν, συνέθετο ὡς δεῖ ἕκαστα γίγνεσθαι, Data fide & accepta, & accepto pignore dolum abſuturum, & vt ſuprà diximus, ἐκ τούτου πιστὰ δίδωσιν αὐτοῖς, ἢ μὴν & reliqua. Et Πιστὰ ποιεῖν, vt in loco
ſuprà citato. Bona fide paciſci, κατὰ πίστιν συνθέσθαι. Ariſtot. in VIII. Ethic. Bona fide.
κατὰ πίστιν συναλλάξαντες dixit. Et Ἐπιεικῶς. Bona fides eſt Ἐπιείκεια καὶ χρηστότης. Bona fide aliquid facere eſt εὐγνωμόνως πράττειν καὶ ἐπιεικῶς, vt apud Pliniũ lib. VII. de Cæſare, Captis apud Pharſaliam Pompeii Magni ſcriniis epiſtolarum, ea optima concremaſſe fide. Illud verò Plauti in in Aulul. Dic bona fide, tu id aurum non ſurripuiſti? Et in Capti. Dic, bonan' fide tu mihi iſthæc verba dixiſti? Et Terent. Bonan' fide? Syr. bona. ἆρά γε σὺ ἐσπουδασμένως τόνδε τὸν λόγον ἔλεξας; vel, ἐσπουδαιολογημένος ἔτυχες; Illud verò

Inde illud, Οὐδεὶς δὲ πώποτε οὕτω πικρῶς οὐδ᾽ ὑπερήμερον εἰσέπραξεν, ὡς οὗτος τοὺς ὀφείλοντας τοὺς τόκους. Et Ὑπερήμερος genitiuo iungitur, hoc eſt, qui iam in mora eſt. Lucian. Ὑπερήμερος τῆς προθεσμίας. Hos Romani tarda nomina vocabant. Propriè tamen Ὑπερήμεροι vel priuato vocabulo dicuntur ab oratoribus qui iudicatum non faciunt intra diem rei iudicatæ à iudice præſtitutum. Olim autem cum inter priuatos erat controuerſia, dies rei iudicatæ à iudicibus ſtatuebatur, vt eſt ſcriptum in cap. debitoribus, ſub titulo de re iudicata Digeſtis. Intra eum diẽ ſi damnatus iudicatum non faciebat, cõfeſtim eo nomine ad iudicium rapiebatur, pignora eius capiebantur, mulctáque adiudicabatur ei, ſecundum quem iudicatũ fuerat. Quod inſtitutum ſi apud nos valeret, litium materia minueretur, meliúſque cum rebus humanis ageretur.

*Tarda nomina.*

Dies autem præfinita Προθεσμία τακτὴ dicebatur. Demoſth. κατ᾽ Εὐέργου, Προσελθὼν τοῦ Θεοφήμου μελλούσης μοι ἐξήκειν τῆς ὑπερημερίας, ἐδεήθην αὐτοῦ ἐπιχεῖν μοι ὀλίγον χρόνον. Inde Ἀναβάλλεσθαι τὴν ὑπερημερίαν dicebant Comiter diem præſtitutum prorogare. Idem, Ἀποκριναμένου δέ μοι ταῦτα τοῦ Θεοφήμου, καὶ ἀναβαλομένου τὴν ὑπερημερίαν, καὶ μάλιστά μου πιστεύσαντος, & reliqua. Verùm ſi is qui ad pignora capienda mittebatur, aut ſi creditor in bonorum poſſeſſionem miſſus, ab eo qui condemnatus erat, vi expellebatur: inde iam erat ἐξούλης δίκη contra vim inferentẽ, cumulabatúrque iudiciũ priuatum iudicio publico. Erat enim Ἐξούλη quaſi vis publicæ iudicium, non quòd publicum per ſe crimen eſſet, ſed quòd mulcta in publicum committebatur: vt fit hodie, cum ex diſceptationibus priuatis enaſcitur actio procuratori regis, cuius damnatio & mulcta cedit in fiſcum. Inde illud à Demoſthene dictũ κατ᾽ Μειδίου, Τί γὰρ δήποτε ἄν τις ὀφλὼν δίκην μὴ ἐκτίσῃ, οὐκ ἐποίησεν τὴν ἐξούλης δίκην ἰδίαν, ἀλλὰ προστιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ; Qua nã enim de cauſa ſi quis debitor eſt ob rem iudicatam, & non ſoluerit, lex iudicium de vi non iam priuatum eſſe voluit, ſed in eum animaduertẽdum eſſe mulcta iuſſit in publicum ceſſura? Et inferius ſibi reſpondens, Διὰ τί; ὅτι πάνθ᾽ ὅσα τις βιαζόμενος πράττει, κοινὰ ἀδικήματα, καὶ κατὰ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος ὄντων ἡγεῖτο ὁ νομοθέτης, quoniam quæcunque quis violenter facit, communes ex eo iniurias legiſlator eſſe cenſuit, aduerſúſque eos perpetratas, ad quos res ipſa non pertinebat. Ἐξούλη παρὰ τὸ ἐξείλλειν dicitur, quod eſt poſſeſſione eiicere, vt alibi dictum eſt. Idem πρὸς Παραίνετον, Οὐκοῦν ὁ μὲν νόμος, ἐάν τις ἐξείλλῃ τινὰ τῆς ἐργασίας, ὑπόδικον ποιεῖ· ἐγὼ δὲ οὐχ ὅπως αὐτὸς ἐξείλλω τοῦτον, ἀλλ᾽ ὧν ἄλλος ἀπεστέρει, τοῦτον ἐγκρατῆ κατέστησα καὶ παρέδωκα. Baſilius Olympio, Οἷα ποιεῖς, ὦ θαυμάσιε, τὴν φίλην ἡμῖν πενίαν καὶ φιλοσοφίας τροφὸν, τῆς ἑστίας ἀπελαύνων. οἶμαι γὰρ ἄν σε καὶ ἐξούλης γραφὴν ὑπὸ αὐτῆς φεύγειν, εἴ τις αὐτῇ προσγένοιτο λόγος. Ariſtid. in Panegyr. metaphoricè vſus eſt his verbis, Οὐκοῦν ἐξούλης γε μόνοις ἡμῖν, εἰ οἷόν τε ἐστὶν εἰπεῖν, οὐδ᾽ ἂν εἷς λάχοι τῆς γῆς, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τῆς μητρὸς τινὶ, Proinde vnis nobis hoc contigit, vt iure nemo ipſis intendere iudicium vnde vi poſſit, non magis quàm cuipiam ob id quòd in poſſeſſione matris ſuæ ſit. Quorum verborum hæc eſt ſententia, Cæteri mortales ita vrbes ſuas & agros ab ſe denominatos poſſident, vt tamẽ

*Προθεσμία τακτή.*
*Ὑπερημερίαν ἀναβάλλεσθαι.*
*Ἐξούλης δίκη.*
*Ἐξείλλειν.*



in agrum alienum olim venerint, indéque antiquiores poſſeſſores eiecerint. Athenienſes ſoli vt αὐτόχθονες & indigenæ, ita ſolo ſuo incumbunt, vt vtero materno. Quibuſcũ nemo ambigere de ipſo ſolo poteſt, quaſi iniuria occupauerint: vt non idem etiã conqueri poſſit, quemuis nobiliſſimo vtero editum, primum eam ſortem occupaſſe. Ὑπερήμερος etiam dicitur cui ætas exceſſit ex aliquo ſtudio. Philoſtr. in Epiſt. Μὴ δὴ νόμιζε σεαυτὸν ὑπερήμερον τῆς τούτων τῆς ποιητικῆς ἀκροάσεως, id eſt ἔξωρον. Hoc enim Ἔξωρος ſignificat, quod Latini excedere ætatẽ dicunt, vt Plautus, Iam mihi exceſſit ætas è magiſtratu tuo, ἤδη μοι ἔξωρος ἡ ἡλικία τῆς ἐξουσίας τῆς σῆς. Cicero pro Archia, Vt primùm exceſſit è pueris. vt Terent. Exceſſit ex ephebis, ὡς τάχιστα ἐκ παίδων ἀπηλλάγη, AEſchines dixit. Dicitur etiam ὡς τάχιστα ἐξ ἐφήβων ἔτυχε.

*Ἔξωρος.*
*Excedere ætatem.*

Πρωτολογία primæ partes agendi, Δευτερολογία ſecundæ, hoc eſt ſecunda actio. Qualis eſt actio Demoſthenis πρὸς Λεπτίνην. Libanius, Ἔστι δὲ ὁ λόγος οὗτος δευτερολογία. ὁ Ἀφεψίων γὰρ ὡς πρεσβύτερος εἴληφε τὴν πρωτολογίαν. Subſcriptio Latinè dicitur & Subſcribere in cauſam, vt in annotationibus in Pandectas diximus. Ii autem qui in eandem cauſam incumbunt, Σύνδικοι dicuntur, vt alibi adnotauimus. Demoſth. ipſe in ea oratione, ὃ δὲ δὴ μέγιστον ἁπάντων καὶ κοινὸν ὑπάρχει κατὰ πάντων τῶν συνδίκων τούτων, πολλάκις εἷς ἕκαστος πρότερον τισι πράγμασι σύνδικος γέγονε. Et Συνδικεῖν ῥῆμα in eadem, Γελοῖον νόμῳ μὲν συνδικεῖν, νόμον δὲ αὐτοὺς παραβαίνειν ἕτερον, id eſt, hanc rogationem iſtos cõmuni tueri patrocinio, legem autem contrariam & antiquiorem ob eam abrogare. Δευτερολογεῖν etiam Δευτεραγωνιστεῖν dicitur, vt Πρωταγωνιστεῖν primam orationem habere in iudicio. Liban. Πρωταγωνιστοῦντος Λυκούργου, καὶ μικρὰ, μᾶλλον δὲ οὐδὲν καταλιπόντος εἰς ἀπόδειξιν τῶν πραγμάτων τῷ ῥήτορι.

*Πρωτολογία.*
*Δευτερολογία.*
*Σύνδικοι.*
*Συνδικεῖν.*
*Δευτερολογεῖν.*
*Πρωταγωνιστεῖν.*

Δευτεραγωνισταὶ etiã ſunt ſcenici, qui ſecundas partes fabulæ agunt, & Τριταγωνισταὶ qui tertias. Demoſth. περὶ παραπρεσβ. Ἔστι τοίνυν οὗτος ὁ πρῶτος Ἀθηναίων αἰσθόμενος ἐπιβουλεύοντα τοῖς Ἕλλησι, καὶ διαφθείροντά τινας τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ προεστηκότων, καὶ ἔχων Ἴσχανδρον δευτεραγωνιστὴν, προσιὼν μὲν τῇ βουλῇ, προσιὼν δὲ τῷ δήμῳ περὶ τούτων, & reliqua. δευτεραγωνιστὴν metaphoricè dixit, quaſi optionem & ſecundas partes negocii ſuſcepti tractantem, quaſi ſecundariũ proditorem. Cicero in Bruto, Quod idem faciebat Q. Arrius. Mar. Craſſi quaſi ſecundarius, hoc eſt, ſecundæ & à Craſſo proximæ claſſis, ὁ εἰς τὴν ἐφεξῆς τάξιν τῶν περὶ Κράσσον συντατόμενος, vel, ὃς ἦν τοῦ Κράσσου ὡσπερεὶ δευτεραγωνιστής. Hoc enim Cicero mihi intelligi voluiſſe videtur. Δευτεραγωνισταὶ enim dicebantur hiſtriones qui ſecundas partes agebant, vt τριταγωνισταὶ qui tertias & vltimas: quod probroſè Demoſth. AEſchini obiicit ἐν τῷ περὶ στεφάνου, Καὶ κακὸν κακῶς σε μάλιστα μὲν οἱ θεοὶ, ἔπειτα δὲ οὗτοι πάντες ἀπολέσειαν, πονηρὸν ὄντα πολίτην καὶ προδότην καὶ τριταγωνιστήν. Et περὶ παραπρ. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ᾽, ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς δράμασι τοῖς τραγικοῖς ἐξαίρετόν ἐστιν ὥσπερ γέρας τι τοῖς τριταγωνισταῖς, τὸ τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας εἰσιέναι. Et Τριταγωνιστεῖν alibi in eadem, Ἐξεβάλλετε αὐτὸν καὶ ἐξεσυρίττετε ἐκ τῶν θεάτρων, καὶ μονονοὺ κατελεύετε οὕτως, ὥστε τελευτῶντα τοῦ τριταγωνιστεῖν ἀποστῆναι. Et περὶ στεφάνου, Ἐτριταγωνίστεις, ἐγὼ δ᾽ ἐθεώρουν. Tres enim tragœdi fabulam abſoluebant. Laërtius, ὥσπερ δὲ τὸ παλαιὸν, ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕſte-

*Δευτεραγωνισταὶ & Δευτεραγωνιστεῖν.*
*Secundarius.*
*Τριταγωνιστής.*
*Τριταγωνιστεῖν.*

ρον δὲ Θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν ὑπὲρ τοῦ διαναπαύεσθαι τὸν χορόν, καὶ δεύτερον Αἰσχύλος, τὸν δὲ τρίτον Σοφοκλῆς, καὶ συνεπλήρωσε τὴν τραγῳδίαν· οὕτω καὶ τῆς φιλοσοφίας ὁ λόγος πρότερον μὲν ἦν μονοειδής, ὡς ὁ φυσικός, δεύτερον δὲ Σωκράτης προσέθηκε τὸν ἠθικόν, ὁ δὲ Πλάτων τὸν διαλεκτικόν, καὶ ἐτελεσιούργησε τὴν φιλοσοφίαν. Verùm quod in loco ſupra citato Orator dixit, προσιὼν μὲν τῇ βουλῇ, προσιὼν δὲ τῷ δήμῳ περὶ τούτων, hoc ſignificat, ad conſilium & curiam referens, cum populo agens. Idem περὶ στεφάνου, Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ, καὶ λόγου τυχεῖν. Cicero in Legibus, de Auguribus loquẽs, Quid religioſius quàm cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non dare? hoc eſt, populum rogare quippiam, quod ſuffragio ſuo populus aut iubeat aut vetet. Idem ex XII. tab. Cum populo patribúſque agendi ius eſto Conſuli, Prætori, magiſtro populi equitúmque, προσιέναι τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ ἐξέστω τῷ ὑπατεύοντι, τῷ στρατηγοῦντι, τῷ δικτάτωρι. vel, χρηματίσαι τῷ δήμῳ ἐξέστω. Andocides, Ἐπειδὴ γὰρ ἤλθομεν Ἐλευσινόθεν, καὶ ἡ ἔνδειξις ἐγεγένητο, προσῄει ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν γεγενημένων ἐν Ἐλευσῖνι κατὰ τὴν τελετήν, ὥσπερ ἔθος ἐστίν· οἱ δὲ Πρυτάνεις προσάξειν ἔφασαν αὐτὸν πρὸς τὴν βουλήν, id eſt retulit ad Prytaneis. Dinarch. κατὰ Ἀριστογείτ. Δεῖ δέ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥσπερ οἱ πρῶτοι νομοθέται περὶ τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων τοῖς προγόνοις ὑμῶν ἐνομοθέτησαν, οὕτω καὶ ὑμᾶς ζητεῖν ἀκούειν, ἵνα βελτίους τοὺς προσιόντας ὑμῖν ποιήσητε, id eſt, eos qui apud vos cauſas actitant, qui in iudicio dicunt. Apud AEſchinem κατὰ Τιμάρχου, cum accuſatiuo conſtruitur, ſi emendatè legitur, Καὶ ἔγωγε ἐπειδὰν προσίω τὸ δικαστήριον, καὶ ἀκροάσωμαι τῶν ἀγωνιζομένων, ὁρῶ ὅτι ἀεὶ τὸ αὐτὸ ἰσχύει παρ᾽ ὑμῖν, cum ingredior iudicium auditurus oratores. Προσιέναι etiam conuenire ſignificat, vt Gregorius, Προσελθὼν τῷ βασιλεῖ ὡς εἶχε τάχους. Significat & adire ad quiduis. Plutarch. de Cicerone, Ἀλλὰ καὶ τῷ λέγειν μετὰ φόβου προσιών, ad dicendum timide accedens. Dicitur & de muliere nubente, quaſi pro conuenire in manum, vt eſt in illo Xenophontis vel Plutarchi, Λάκαινα ἐρωτηθεῖσα εἰ ἀνδρὶ προσελήλυθεν, οὐκ ἐγώ, εἶπεν, ἀλλ᾽ ἀνὴρ ἐμοί. Inde fortaſſe illa antiquorum locutio, In manú viri conuenire, cuius Cicero in Topicis meminit, quod ſignificabat in mancipio eſſe viri. Προσιέναι etiam quotannis redire ſignificat & obuenire. Thucyd. in ſecundo, Προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φόρου κατ᾽ ἐνιαυτόν, ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου. Demoſth. κατ᾽ Ἀφόβου, Ἐξὸν τούτοις καὶ εἰ μισθοῦν τὸν οἶκον ἐβούλοντο, ἀπὸ μὲν τούτων τῶν προσιόντων, ἐῶντας ὥσπερ εἶχε κατὰ χώραν, ἡμᾶς τε τρέφειν, καὶ τὰ πρὸς τὴν πόλιν διοικεῖν, id eſt, ab his obuentionibus & redditibus. Vnde Πρόσοδος redditus & obuentio & vectigal & quæſtus, hoc eſt πόρος, λῆμμα, κέρδος. Redditus autem à verbo reddo, & reditus à redeo dici poteſt. Cicero in ſecũdo de finibus, Quid autem eſt amare, ex quo amicitiæ nomẽ ductum eſt: niſi velle bonis aliquẽ affici quammaximis, etiamſi ad ſe ex iis nihil redeat? id eſt obueniat. Reddere autẽ ager quaſi depoſitũ ſemẽ, & operã culturæ impenſam. Et verbũ Προσοδεύομαι, percipio, καρποῦμαι. Srabo in XVII. Τῆς Αἰγύπτου δὲ τὰς προσόδους ἔν τινι λόγῳ Κικέρων φράζει, φήσας κατ᾽ ἐνιαυτὸν τῷ τῆς Κλεοπάτρας πατρὶ τῷ αὐλητῇ προσφέρεσθαι φόρον ταλάντων μυρίων δισχιλίων πεντακοσίων. ὅπου οὖν ὁ κάκιστα καὶ ῥᾳθυμότατα τὴν βασιλείαν διοικῶν, τοσαῦτα προσωδεύετο, τί χρὴ νομίσαι τὰ νῦν διὰ τοσαύτης

Προσιέναι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ.

*Agere cum populo.*

Προσιέναι τοῖς δικασταῖς.

Τὰ προσιόντα

Πρόσοδος.

Redditus. Reditus.

Προσοδεύομαι.



ἐπιμελείας οἰκονομούμενα; Alibi de Laodicea loquens, Οἵπερ προσοδεύονται λαμπρῶς ἀπὸ τῶν ἐρίων, Large redditus percipiunt. Πρόσοδος etiam ἔντευξις dicitur, id eſt, conuẽtio & aditio & acceſſus, hoc eſt παρουσία. Significat etiam conuentum & concilium, quaſi σύνοδον & πανήγυριν. Quare pro aduocata concione ponitur. Iſocr. in principio Areopag. Πολλοὺς ὑμῶν οἶμαι θαυμάζειν ἥντινά ποτε γνώμην ἔχων περὶ σωτηρίας, τὴν πρόσοδον ἐποιησάμην. Idem, Ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ ταῖς διανοίαις αἷς ἔχομεν, μᾶλλον αὐτὴν ἀγαπῶμεν τῆς ὑπὸ τῶν προγόνων καταλειφθείσης, ὑπὲρ ἧς ἐγὼ τὸν λόγον μέλλω ποιεῖσθαι, καὶ τὴν πρόσοδον ἀπεγραψάμην, concionem me habiturum proſcriptione profeſſus ſum, hoc eſt programmate edito. Et in fine orationis, Τήν τε πρόσοδον ἐποιησάμην καὶ τοὺς λόγους εἴρηκα τούτους. Pauſanias in Achaicis pro conuẽtibus vſus eſt, Οἱ δὲ Ἀχαιοὶ Μετέλλῳ καὶ τῇ ἄλλῃ πρεσβείᾳ ἀπεκρίναντο, μήτε ἐκείνοις σύλλογον, μήτε ἄλλῳ συνάξειν, ὅστις μὴ ἐπὶ τῷ πράγματι ἐφ᾽ ὅτῳ ποιεῖται τὴν πρόσοδον, παρὰ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς ἔχει δόγμα· πρόσοδον ἀντὶ τοῦ συνεδρίου dixit: quo verbo paulo antè vſus erat. Dicitur ab eo quod ſupra diximus, προσιέναι τῷ δήμῳ. Πρόσοδοι etiam dicuntur à Græcis, quas Latini ſupplicationes vocãt, & ad altaria puluinariáque deorũ obſecrationes. Demoſth. περὶ στεφάνου, Τὰς θυσίας τοῖς θεοῖς καὶ προσόδους, ὡς ἀγαθῶν τούτων ὄντων, ὑμᾶς πεποιῆσθαι. Plato lib. VII. legum, τοῖς δέ που παισὶν εὐθύς τε καὶ ὅσον ἂν χρόνον μήπω εἰς πόλεμον ἴωσι, πᾶσι θεοῖς προσόδους τε καὶ πομπὰς ποιουμένοις μεθ᾽ ὅπλων τε καὶ ἵππων ἀεὶ κοσμεῖσθαι δέον ἂν εἴη. Plutar. tamẽ in Cæſ. aliter dixit, de Neruiorum victoria loquens, Ταῦτα ἡ σύγκλητος πυθομένη, πεντεκαίδεκα ἡμέρας ἐψηφίσατο θύειν τοῖς θεοῖς, καὶ σχολάζειν ἑορτάζοντας. Πρόσοδον etiam Chriſtiani auctores appellauerunt religioſum aditum ad ſacroſanctum epulum, cum populus ad euchariſtiæ ſacrum conuenit. tunc enim ſupplicantes προσέρχεσθαι & προσιέναι dicuntur. Chryſoſt. primæ ad Timoth. primo, καὶ πῶς φησὶν ὅταν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ προσερχώμεθα; τοῦτο γὰρ τὸ δεινόν, ὅτι οὐ καθαρότητι διανοίας, ἀλλὰ διαστήματι χρόνου τὴν ἀξίαν ὁρίζεις τῆς προσόδου, καὶ τοῦτο εὐλαβείας εἶναι νομίζεις τὸ μὴ πολλάκις προσελθεῖν. Idem, οὐκ ἔστι τόλμα τὸ πολλάκις προσιέναι, ἀλλὰ τὸ ἀναξίως. Eſt enim προσιέναι obſecrare & ſupplicare. Idẽ cap. 2. οὐ γὰρ ἐξῆν τοῖς Ἰουδαίοις τῷ θεῷ προσιέναι ἀλλαχοῦ, καὶ θύειν, καὶ τὰς λατρείας ἐπιτελεῖν. Inde Προσόδια μέλη dicta ſunt quæ in huiuſcemodi obſecrationibus canebantur, & quæ in pompis deorum. Athenæ. lib. VI. Τί οὖν παράδοξον, εἰ Ἀθηναῖοι τῶν κολάκων κόλακες ἐποίησαν, οἱ εἰς αὐτὸν τὸν Δημήτριον παιᾶνας καὶ προσόδια ᾄδοντες; Idem, Προσόδια καὶ χοροὶ καὶ ἰθύφαλλοι μετ᾽ ὀρχήσεως. per ο μικρὸν ſcribi debet, licet aliquãdo προσώδιον legatur. Sic dicitur vt Ἐξόδιον, & vt Ἐξοδικὸν μέλος καὶ παροδικόν. Ἐξοδικὸν autem ἐν τῇ ἐξόδῳ τοῦ χοροῦ, Παροδικὸν δὲ ἐν τῇ παρόδῳ canebatur, id eſt, cum in medium prodibat. Dicitur etiã Παρῳδικόν.

Ἐπιδιέτες ἡβᾶν ſignificat decem & ſex annos natũ eſſe, quaſi δύο ἔτη ὑπερφηβεῖν, hoc eſt, pubertatem annis duobus excedere, apud Demoſth. περὶ στεφάνου ψευδομαρτυριῶν, Καὶ ἐὰν ἐξ ἐπικλήρου τις γένηται, καὶ ἅμα ἡβήσῃ ἐπὶ δίετες, κρατεῖν τῶν χρημάτων. Idem, Ὅ,τι ἂν γνησίων ὄντων υἱῶν ὁ πατὴρ διάθηται, ἐὰν ἀποθάνωσιν οἱ υἱεῖς πρὶν ἐπὶ διέτες ἡβᾶν, τὴν τοῦ πατρὸς διαθήκην κυρίαν εἶναι, Quicquid pater teſtamento ſuo ſtatuerit, is ſi liberis iuſtis legitimíſque ſuperſtitibus deceſſerit, iique liberi antequam ætatis annos decem & ſex impleuerint, moriã-

Πρόσοδος.

Προσέρχεσθαι καὶ προσιέναι.

Προσόδια μέλη.

Ἐξόδιον καὶ ἐξοδικόν.

Παροδικὸν καὶ παρῳδικόν.

Ἐπιδιέτες ἡβᾶν.

tur, teſtamentũ eius ratum eſto. AEſch. κατὰ Κτησιφῶντος, Ἤδη δὲ πόῤῥω τῆς ἡμέρας οὔσης, προσελθὼν ὁ κήρυξ ἀνεῖπε, Δελφοὶ ὅσοι ἐπιδιετεῖς ἡβῶσι, καὶ δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι ἥκειν ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἔχοντας ἅμας καὶ δικέλλας· ſic enim emendatè legitur. ſicque ἐπιδιετεῖς dictum eſt, vt Ἐπιτριηράρχημα dicitur. Idem Demoſth. πρὸς Πολυκλέα, Τοῦ δὲ χρόνου μοι ἐξήκοντος, καὶ ἐπιτετριηραρχημένων μοι ἤδη δυοῖν μηνοῖν, καὶ διαδόχου οὐχ ἥκοντος ἐπὶ τὴν ναῦν, προσέταξεν ἡμῖν ὁ στρατηγὸς ἕλκειν εἰς Μαρώνειαν πλοῖα. Idem, Εἰδὼς τόν τε χρόνον ἐξήκοντά μοι τῆς τριηραρχίας, καὶ ἤδη ἐπιτριηραρχοῦντά με, id eſt, tẽpus iam muneris mei trierarchici exceſſiſſe. Oratio autẽ ipſa περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος inſcripta eſt, hoc eſt, ἐπιμεμετρημένου τριηραρχήματος, de muneris trierarchiæ prorogatione.

Ἐπιτριηράρχημα καὶ Ἐπιτριηραρχεῖν.

Καταδίκος. Καταδίκη. Καταδίκος dicitur obnoxius è re iudicata, hoc eſt, ἐκ τῆς καταδίκης, ὁ μὴ ἐκτετικὼς τὴν καταδίκην. Qui & Ὑπόδικος dicitur, & Ὀφλών, vt alibi diximus, &

Ὠφληκώς. Κατάκριτος, & Κατεγνωσμένος, vt Demoſth. Ὠφληκὼς τὴν δίκην δικαίως, merito damnatus. Et in verbis legis, Ὀφλέτω τῷ δημοσίῳ ἑκατὸν δραχμάς, mulctetur. Demoſth. Τί οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὑπομένετε τὸν εὐεργέτην τοῦ δήμου τάλαντα δέκα ὠφληκέναι; damnari decem talentis? Idẽ, Ἐὰν δέ τις τούτων τι παραβαίνῃ, ὑπόδικος ἔστω τῷ παθόντι, hoc eſt, ἐνεχέσθω, obnoxius ſit & damnetur.

Κακοτεχνεῖν. Κακοτεχνοῦντες & Κακομήχανοι ſunt qui vetitis & noxiis artibus vtuntur, qui coerceri iubentur in tractatu Pandectarũ, de extraordinariis criminibus, & ſub titulo Stellionatus. Demoſth. Ἐκακοτέχνουν καὶ ἐπεβούλευον μηδὲν ὑγιὲς ποιεῖν. Alibi, Καὶ κολάζειν τοὺς κακοτεχνοῦντας. Alibi κακουργεῖν dixit. Ῥα-

Ῥᾳδιουργεῖν. διουργεῖν etiam eſt mala fide in re quacunque verſari. Plutar. Ῥᾳδιουργίαν te-

Teſtamentarius. ſtamenti ſuppoſitionem vocat, & Ῥᾳδιοῦργον, quem Cicero Teſtamentariũ vocat, hoc eſt adulteratorem teſtamenti. Σκευωρία & σκευώρημα eodem

Πανουργεῖν. pertinent, de quibus dicetur alibi. Dicuntur & Πανουργοῦντες. Demoſth. Κολάζειν τούς τε κακοτεχνοῦντας καὶ σοφιζομένους, καὶ πανούργως πανουργοῦντας. Ariſtoph. Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήμερον λήψεται πρᾶγμα, ὁ τοῦτο ποιήσων σοφιστὴν, ὧν πανουργεῖν

Πανουργία. ἤρξατ', ἐξαίφνης τι κακὸν λαβεῖν. Ariſtot. Πανουργίαν dicit eſſe δεινότητα οὐκ ἐπαινετὴν,

Πανουργεύομαι. ſolertiam minime commendabilem. Legitur etiam Πανουργεύομαι & Πα-

Πανούργευμα. νούργευμα. Baſil. in prouerbia πανουργίαν διττὴν εἶναι ait: ἐπαινετὴν enim πανουργίαν quandam eſſe, qua velut ὅπλῳ τινὶ πεφραγμένον εἶναι δεῖ καὶ δυσάλωτον εἶναι. φρόνιμον ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν ὑπεναντίων· δεῖ γὰρ εἶναι τέλειον, φρόνιμον μὲν εἶναι πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ἀκέραιον δὲ πρὸς τὸ κακόν. καλὴ πανουργία τῶν ἑβραίων κατασοφισαμένων τοὺς αἰγυπτίους. ἐπαινετῶς ἐπανουργεύσαντο αἱ μαῖαι περιποιούμεναι τὰ ἄῤῥενα τῶν ἑβραίων. καλὴ πανουργία τῆς ῥεβέκκας. Eccleſiaſtici capite primo in bonam partem, Ῥίζα σοφίας τίνι ἀπεκαλύφθη, καὶ τὰ πανουργεύματα αὐτῆς τίς ἔγνω; Sic autem dicitur πανουρ-

Ἀσωτεύομαι. γεύεσθαι vt Ἀσωτεύεσθαι ab Athenæo, & ab Ariſtotele in quinto Ethic. Ὅτι

Φιλανθρωπεύομαι. ἀσωτευόμενοι, καταποκιζόμενοι γίγνονται πένητες. Φιλανθρωπεύεσθαι. Demoſth. περὶ παραπρ. Φιλανθρωπευόμενος πρὸς αὐτοὺς, In comitatem benignitatémque compoſitus. Greg. de Conſtantino magno, qui Iulianum educauerat, Καὶ τοῦτο μόνον τῶν ἁπάντων οὐ καλῶς ἐφιλανθρωπεύσατο. Et Φιλανθρώπευμα pro liberali facinore & benignitatis pleno. Plutarch. in Demetr. Ἔχαιρε δὲ νικήσας, οὐχ οἷς ἔσχεν, ἀλλ' οἷς ἀποδώσειν ἔμελλε· καὶ τῆς νίκης οὐ τὸν πλοῦτον οὕτως, οὐδὲ τὴν δόξαν, ὡς τὴν διάθεσιν τοῦ φιλανθρωπεύματος ἐκείνου, καὶ τὴν χάριν ἠγάπησε.



Diciturctiam φιλανθρωπῶ. Polyb. in tertio, Καὶ τοὺς μὲν ἀπειθοῦντας ἐπολιόρκει τῶν τὴν παραλίαν οἰκούντων, τοὺς δὲ προσδεχομένους ἐφιλανθρώπει, τὴν ἐνδεχομένην ποιούμενος περὶ αὐτῶν πρόνοιαν. Et in primo, Οἷς ἐὰν μὲν συγγνώμην τινὰ προσάγῃς ἢ φιλανθρωπίαν, ἐπιβουλὴν καὶ παραλογισμὸν ἡγούμενοι, ἀπιστότεροι καὶ δυσμενέστεροι γίνονται πρὸς τοὺς φιλανθρωποῦντας. Similia ſunt ἀρέσκευμα & ἀπειροκάλευμα. Similia ſunt ἐνσχαλεύομαι, ἀχαλεύομαι, ἀναισθητεύομαι, ἀναιδεύομαι τὸ ἀναισχυντῶ. Φιλανθρωπῶ.

Ἐπισκήπτεσθαι ταῖς μαρτυρίαις eſt teſtimonia falſi accuſare, hoc eſt κατηγορεῖν ψευδομαρτυριῶν. Demoſth. κατὰ Εὐέργου, Καὶ οἱ μάρτυρες ὑμῖν οἱ τότε παραγενόμενοι ἐμαρτύρησαν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, καὶ Θεομνήστος αὐτοῖς ὡς ἀληθῆ μεμαρτυρηκόσιν οὐκ ἐπεσκήψατο, οὐδ' ἐπεξέρχεται τῶν ψευδομαρτυριῶν, id eſt, eóſque teſtes vt vera teſtificatos, nec tũ falſi poſtulauit Theomenes: nec nunc eo nomine reos facit, aut inter reos referre contendit, aut eo crimine vrget. Idem alibi, Ἵν' ἐπισκηψάμενος ταῖς μαρτυρίαις ὁ ἀδικηθεὶς, καὶ εἰσελθὼν εἰς ὑμᾶς, καὶ ἐπιδείξας τοὺς μάρτυρας περὶ τοῦ πράγματος τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότας, παρά τε τούτων δίκην λάβῃ, καὶ τὸν παρασχόμενον, ὑπόδικον ἔχῃ τῆς κακοτεχνιῶν, Vt qui falſis teſtimoniis circunuentus eſt, ſimul in ipſos eam rem vindicandam à nobis curare poſſit & poſtulare, ſimul eum qui teſtes adornatos produxit, eo nomine obnoxiũ habeat, cum eóque circunuẽtionis crimine & coitionis experiatur. Plato lib. legum x i, Ἐὰν ἐπισκήψῃ τὰ ψευδῆ μαρτυρῆσαι, ἐπισκήπτεσθαι δὲ τῶν ἀντιδίκων ἑκάτερον ὅλῃ τῇ μαρτυρίᾳ ἢ μέρει, ἐὰν τὰ ψευδῆ τινά φῇ μεμαρτυρηκέναι, πρὶν τὴν δίκην διακεκρίσθαι. τὰς δ' ἐπισκήψεις τὰς ἀρχὰς φυλάττειν κατασεσημασμένας ὑπ' ἀμφοῖν, καὶ παρέχειν τὴν τῶν ψευδομαρτυριῶν διάκρισιν, Si quis teſtem inſimulet falſi teſtimonii, (inſimulare autem & actori & reo licet aut in totum teſtimonium, aut in partem, duntaxat ante ſententiam) inſimulationes ipſas magiſtratus oportet aſſeruare ab vtroque obſignatas, ac tum demum iudices falſi mittere in conſilium. In quibus verbis τις nomen ſupplendũ eſt, niſi fallor, vt ſæpe apud Ariſtotelem: & verbum ἐξέστω è ſuperioribus. vel eſt ἀπαρέμφατον ἀντὶ προστακτικοῦ, quod vſitatũ eſt Græcis, præſertim Ionibus, quorum lingua Plato aliquãdo vtitur, vt δικάσαι ἀντὶ δικάσῃς. quanquam Atticorum eſt τὰ προστακτικὰ ſupplẽda relinquere. δὲ autem ἀντὶ δὴ poſitum eſt, aut παρέλκει. ἐπισκήπτεσθαι autem hoc in loco idem ſignificat quod vulgò nunc dicunt Falſi media dare. Idem Demoſth. πρὸς Ἄφοβον, Οὐδενὶ τῶν ψευδομαρτύρων ἐπεσκημμένος. Id verò animaduerſione dignũ eſt, quòd cum ἐπισκήπτεσθαι ταῖς μαρτυρίαις ſit teſtificata criminari, tamen ἐπισκήπτεσθαι μάρτυρσι ſignificat teſtimoniis niti hominum: vt apud eundem πρὸς Φορμίωνα, Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες οἱ τὰ ἑτερόπλοια δανειζόμενοι, ὅταν ἀποστέλλωνται ἐκ τῶν ἐμπορείων, πολλοὺς παρίστανται, ἐπιμαρτυρόμενοι ὅτι τὰ χρήματα κινδυνεύεται τῷ δανείσαντι· σὺ δ' ἐπισκήπτῃ μάρτυρι αὐτῷ τῷ συναδικοῦντι, Cum enim alii qui pecunias traiectitias fœnerato mutuantur ad alterutrum tantùm commeatum, ſoliti ſint portu egredientes, teſtes multos corrogare, eíſque coram conteſtari, quòd pecunia traiectitia creditori periclitatur, tute hoc vno teſte nitere, in eóque totam cauſæ fiduciam reponis, qui tibi ſocius eſt iniuriæ & fraudis. Sic enim ἐπισκήπτῃ dixit, vt pro Cluentio Cicero, niti & magnopere confidere videtur inuidia inueterata iudicii Iuniani, vt alibi

Ἐπισκήπτεσθαι.

Niti & ἐπισκήπτεσθαι.

Σκήπτεσθαι. diximus. Dicitur etiam Σκήπτεσθαι, hoc eſt ἐπερείδεσθαι. Idem, Καὶ ὁ μὲν Λάμ-
πις ᾧ οὗτος σκήπτεται, μάρτυρος ἐξάρνου γενόμενος τοῦ ἐξ ἀρχῆς, ὡς οὐκ ἀπείληφε τὸ χρυσίον,
id eſt, quo iſte teſte nititur & confidit. Ἐπισκήπτεσθαι etiam non modo
falſi accuſare eſt, ſed etiam iniuriarum iudicium intendere in aliquem,
ob vulnera aut verbera conſulto, non impetu illata. Lyſ. ἐν τῇ πρὸς Σίμω-
να ἀπολογίᾳ, Τὸ δὲ μέγιστον καὶ περιφανέστατον πάντων, ὁ γὰρ ἀδικηθεὶς καὶ ἐπιβουλευ-
θεὶς ὑπ' ἐμοῦ, ὥς φησιν, οὐκ ἐτόλμησε τεττάρων ἐτῶν ἐπισκήψασθαι εἰς ἡμᾶς. Idem,
Οὕτω δὲ διακείμεθα πρὸς τὰς τῶν τοιούτων πραγμάτων διαφοράς, ὥστε καὶ ἄλλα πολ-
λὰ ὑβρισμένος ὑπὸ Σίμωνος, καὶ καταγεὶς τὴν κεφαλὴν ὑπ' αὐτοῦ, οὐκ ἐτόλμησα
αὐτοῦ ἐπισκήψασθαι. Plato lib. IX. de legib. Ὁ δ' ἐπισκηπτόμενος, ἅμα καὶ κατεγγυάτω
τὸν ᾧ ἂν ἐπισκήπτῃ. ὁ δ' παρεχέτω τοὺς ἐγγυητὰς ἀξιοχρέως. hîc ἐπισκηπτόμενον Plato
Ἐπισκήπτειν. pro accuſatore cædis poſuit, hoc eſt inſimulāte cædis admiſſæ. Ἐπισκήπτω
autē voce actiua eſt idē quod ἐνσκήπτω, & ἐγκατασκήπτω, hoc eſt βαρέως ἐπερεί-
δομαι, incubo, irruo, ingruo, inceſſo. Theod. in 4. hiſt. eccleſ. Ὁ δὲ ἀμφιλό-
χιος ἅπαν ἰθύνων τὸ ἔθνος, ἐπισκήψασαν αὐτόσε τὴν λύμην ταύτην μαθὼν (de Arianiſmo
loquens) ἐξανέστησε πάλιν, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ νεμόμενα τῆς λώβης ἐκείνης ἠλευθέρωσε
ποίμνια. Idem in V. Ἐν τῇ χώρᾳ δὲ τῇ ἡμετέρᾳ τὴν Μαρκίωνος νόσον κώμαις τισὶν ἐπισκή-
ψαι μαθών, ἐπέστελλε τῷ τηνικαῦτα ποιμαίνοντι, προτρέπων ἐξελάσαι τὴν νόσον, id eſt,
Marcionis peſtem & hæreſim graſſari & incubuiſſe. Thucyd. in ſecundo,
Ἐγκατασκήπτειν. de morbo peſtifero, Λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι, καὶ
περὶ Λῆμνον, καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις. οὐ μέντοι τοσοῦτός γε λοιμός. Idem, Κατέσκηπτε γὰρ καὶ
Κατασκήπτειν. ἐς αἰδοῖα, καὶ ἐς χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ πολλοὶ στερισκόμενοι τούτων, διέφευγον. hoc eſt, ἐγκα-
Ἐνσκήπτειν. τῆλθε, ἀπηρείσατο, ἀπέκλινε. Quod & de fulmine dicitur, & propriè, ἐνσκήπτει γὰρ
ὁ κεραυνός, καὶ ἐνσκήπτει τὸ πάθος κατὰ τοῦ σώματος. Animo autem inceſſunt vel ani-
Ἐπιέναι. mum τὰ πάθη, hoc eſt ἐπέρχεται, vt Plato lib. VII. de legib. Κλωπείας δ' ἐν χώ-
ρᾳ καὶ πόλει μηδὲ εἰς τὸν ἔσχατον ἐπέλθοι νοῦν, ἅψασθαι, μηδ' αὖ πλωΐζων θήρας αἰμύ-
Ἐπελθεῖν. λος ἔρως, ὁ σφόδρα ἀργὸς θήρειος, ἐπέλθοι τινὶ νέων. Sic Virg. in quarto Georg. Nam
ſæpe duobus Regibus inceſſit magno diſcordia motu. Liuius plærũque
accuſatiuo iungit: vt, Primum admiratio, deinde timor haud dubius in-
ceſſit animos. Curtius datiuo & accuſatiuo vſus eſt, vt Valerius: Terētius
etiam accuſatiuo. Dicitur & εἰσιέναι, vt ſuprà dictum eſt. Ἐπισκήπτειν etiam
eſt obteſtari & mandare, vſúſque eius verbi extremis mandatis accom-
modatus eſt, hominúmque morientium precibus, quippiam ab amicis
& ab neceſſariis & hæredibus contendentium, quaſique fidei committē-
tium. Demoſth. κατ' Ἀφόβου, Ὁ γὰρ πατήρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὡς ᾔσθετο τὴν νόσον οὐκ
ἀποφευξόμενος, συγκαλέσας τούτους τρεῖς ὄντας, ἐμὲ πᾶσι κοινῇ μετὰ τῶν χρημάτων παρακα-
τατιθέμενος, καὶ ἐπισκήπτων μισθῶσαι τὸν οἶκον, καὶ συνδιασῶσαί μοι τὴν οὐσίαν, ἐμὲ
εἰς τὰ τούτου γόνατα ἐνέθηκε. Lyſias κατ' Ἀγοράτου, Προσήκει δ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες δικασταί,
ἅπασι, τιμωρεῖν ὑπὲρ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ὁμοίως, ὥσπερ ἡμῶν ἑνὶ ἑκάστῳ. ἀποθνήσκοντες
γὰρ ἡμῖν ἐπέσκηψαν, καὶ ὑμῖν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, τιμωρεῖν ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν Ἀγό-
ρατον τουτονί, ὡς φονέα ὄντα. ἐπέσκηψαν inquit, ὧν μετ' ἐπιθειασμοῦ ἐνετείλαντο, id eſt
cum imprecatione ni pareatur, mādarunt. Cuius rei exemplum eſt apud
Herodotum in Thalia de Cambyſe loquentem, Καὶ δὴ τελευτῶν τὸν βίον, ὦ
Πέρσαι, ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω, θεοὺς τοὺς βασιληΐους ἐπικαλέων, deinde imprecationē
mandatis



mandatis addit. Et Ἐπίσκηψις elogium morientis. Greg. de Baſilio mo- Ἐπίσκηψις.
riente, Οὐκ ἀηδῶς ἐναπέψυξεν, ἔστιν ἃ τοὺς παρόντας μυσταγωγήσας, καὶ βελτίους ποιή-
σας ταῖς ἐπισκήψεσι. Sic apud AEſchinem κατὰ Τιμάρχου, Ἐπισκήπτει μὲν γὰρ αὐτῷ,
προειπὼν ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνος ἀπέχει μακρὰν τῆς τοῦ βίου τελευτῆς. Interdum obte-
ſtor ſignificat & obſecro, vt idem κατὰ Κτησιφῶντος, Καὶ νομίσατε ὁρᾶν ἁλισκομέ-
νην τὴν πόλιν, καὶ ἀγομένας γυναῖκας καὶ παῖδας εἰς δουλείαν, πρεσβύτας ἀνθρώπους
κλαίοντας, ἱκετεύοντας ὑμᾶς, ἐπισκήπτοντας μηδενὶ τρόπῳ τὸν τῆς Ἑλλάδος ἀλιτήριον στεφα-
νοῦν. Baſil. τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς νεοκαισαρείας, Ἀλλ' ἐπισκήπτω ὑμῖν πρὸς τῶν πατέρων, πρὸς
τῆς ὀρθῆς πίστεως, διαναστῆναι τὴν ψυχήν. Plato in Theæteto pro ἐπισκήπτεσθαι
vſus eſt, Ἀλλὰ μὴ ἀναδύου τὰ ὡμολογημένα, ἵνα μὴ ἀναγκασθῇ μαρτυρεῖν. πάντως γὰρ
οὐδεὶς ἐπισκήψει αὐτῷ, hoc eſt, nemo refellet eius teſtimonium. Gregorius
Simpliciæ, Τί λοιπὸν ἔτι; ὡς ἀναξίου τοῦ ἀνδρὸς ἴσως ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο
ἐπισκήπτειν τῇ καταστάσει. τοῦτο γὰρ πως καὶ ἐγκαλεῖν εὐπρεπέστερον, Quid iam reliquū
erat? reprehendere hominem, & indignum ſacerdotio dicere, ob ídque
eius creationem inſtitutionémque accuſare & improbare. Chryſoſt.
enarrās illud, Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν τοῦ θεοῦ, ad Rom. 8. Εἰ γὰρ ἐπειδὰν πωλο-
δάμνης πολλοὺς ἐκλέξηται ἐπιτηδείους πρὸς τὸν δρόμον, οὐδεὶς ἐπισκῆψαι δύναται, πολ-
λῷ μᾶλλον ὅταν ὁ θεὸς ἐκλέγηται ψυχάς. Idem Chryſoſt. περὶ ἱερωσύνης, pro affin-
gere vſus eſt, Τῆς ἀληθείας οὐκ ἐφιείσης ἐπισκῆψαί τι τοῖς πρὸς χάριν λεγομένοις.

Ψευδομαρτυριῶν ἁλῶναι falſæ teſtificationis conuictum eſſe, frequenter
apud Demoſthenem legitur, & Ψευδομαρτυριῶν verbum. Andocid. Οἱ δὲ Ψευδομαρτυριῶν.
αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, ἀδίκως ἀνθρώπους ἀπολέσαντες, ἑάλωσαν παρ' ὑμῖν ψευ-
δομαρτυριῶντες, conuicti ſunt falſi teſtimonii. Et ψευδομαρτυριῶν ἀγωνίζε-
σθαι, cauſam falſi teſtimonii dicere.

Χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι dicitur is qui prior laceſſiuit, aut rixā aut bellū. De- Χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι.
moſth. κατ' Εὐέργου, Ὠιήθησαν δὲ οἱ δικασταὶ ἀληθῆ εἶναι τὴν μαρτυρίαν, φεύγειν δέ με τὸν ἔλεγ-
χον ἐκ τῆς ἀνθρώπου περὶ τῆς οἰκίας, ὁπότερος ἡμῶν ἦρξε χειρῶν ἀδίκων, id eſt, ὁπότε-
ρος ἦρξε τῶν πληγῶν ἐκ τῆς ἀψιμαχίας, vt inquit Libanius, Vter prior percuſ-
ſit in conferendis manibus. Idem, Οὐδενός σοι ὄντος μάρτυρος, ὡς ἐπλήγης ὑπ'
ἐμοῦ ἄρχοντος χειρῶν ἀδίκων, quòd prior ego inter rixandum te percuſſerim.
Xenoph. in primo παιδείας, Νῦν γὰρ ἔρχονται μὲν οἱ πολέμιοι ἄρχοντες ἀδίκων χει-
ρῶν, id eſt, bello nos laceſſentes. Baſil. κατὰ τῶν ὀργιζομένων, ἦρξε χειρῶν ἀδίκων. ὁ δὲ
ἠμύνατο, ὁ δὲ ἀντεπήνεγκεν, ὁ δὲ οὐχ ὑφίεται. Eſt autem Ἄρχω idem quod ὑπάρ- Ἄρχειν.
χω, id eſt laceſſo. Demoſth. περὶ συμμοριῶν, Παρασκευάζεσθαι μὲν πρὸς τοὺς ὑ-
πάρχοντας ἐχθροὺς κελεύω, ἄρχειν δὲ μηδενὸς μήτε λόγου μήτε ἔργου ἀδίκου. ἄρχειν hîc
idem quod ἄρχεσθαι ἀδικήματος ſignificat. Ἀρχὴν etiam ſignificat prin-
cipium & originem eſſe. Thucyd. Τοσόνδε εἰπών, ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι με-
γάλων κακῶν ἄρξει, principium erit. Pauſ. de Atreo loquens, Ὕστερον δὲ οὐκ ἔχω
σαφὲς εἰπεῖν, πότερον ἀδικίας ἦρξεν Αἴγισθος, ἢ προϋπῆρξεν Ἀγαμέμνονι φόνος Ταντά-
λου τοῦ Θυέστου, id eſt principiúm ne & cauſam ſcelerum dedit AEgiſthus
interfecto Agamemnone, an Agamemnō anteà cauſam dederat, ſcelúſ-
que laceſſiuerat, cæſo Tantalo Thyeſtæ filio, cui prius Clytæmneſtra nu-
pta fuerat. Phalaris de Perilao, Ἀλλ' ὅμως ταῦτα εἰδὼς ἅπαντα, καὶ τῆς ὕστερον εὐ-
φημίας οὐδὲν δεόμενος, δεινὸν ἡγησάμην, ἄνθρωπον ἀνθρώποις τοιούτου μόρου ἄρξαντα,

εἶναι ἀτιμώρητον, talis ſupplicii auctorem & cõditorem. Plutar. de Cæſare in tranſitu Rubiconis addubitante, Ἀναλογιζόμενος ἡλίκων κακῶν ἄρξει πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ διάβασις. Ἄρξαι cœpiſſe, & priores partes occupare, etiam in bonam partem. Xenoph. in ſecundo ἀπομνημονευμ. Ὦ οὗτος, ἔφη, ἄρξαι, μὴ αἰσχρὸς σὺ φανῇς, ἐὰν πρότερος τὸν ἀδελφὸν εὖ ποιῇς; καὶ μὴν πλείστου γε ἀνὴρ δοκεῖ ἐπαίνου ἄξιος εἶναι, ὃς ἂν φθάνῃ τοὺς φίλους εὐεργετῶν. Pauſ. Πάτροκλος δὲ ἀποστέλλων ἀγγέλους, προέτρεπε Λακεδαιμονίους ἄρξαι πρὸς Ἀντίγονον μάχης, id eſt ἄρχεσθαι. Ἄρχειν eſt

Ἄρχων.

præeſſe & imperium habere. vnde Ἄρχων priuato nomine peculiarique dicebatur ὁ ἡγεμὼν καὶ πρύτανις Ἀθήνησιν, ἐπώνυμος τῶν ἀρχόντων, à cuius nomine faſti perſcribebanrur, vt à Conſulum Romæ. Is ἄρχων ita præerat iudicibus, iudiciorúmque moderator erat, vt Romæ Prætor. Demoſth. κατ' Ὀλυμπιοδ. Καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἄρχων ἀνέκρινε πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἀμφισβητοῦσι. & ſententias iudicum numerabat. Iſæus περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου, Συγχωρησάντων ἡμῶν τῷ ἄρχοντι μὴ συναριθμεῖν, ἀλλὰ συγχέαι τὰς ψήφους, ἀφίστατο μὲν Δικαιογένης τῶν δυοῖν μεροῖν τοῦ κλήρου, ταῖς Δικαιογένους ἀδελφαῖς, καὶ ὡμολόγει ἀναμφισβήτητα ἡμῖν ἀποδοῦναι ταῦτα τὰ μέρη, Cum nos Archõti, quaſi cauſæ iudici, permitteremus ne ſententias numeraret, ſed tabellas cõfunderet, tam ſecundum nos latas, quàm ſecundum aduerſarium, ne ſcilicet Leochares ψευδομαρτυριῶν damnaretur. Erat enim in ea litis parte & inſtantia, falſi quæſtio ſuborta.

Ἀρχή.

Ἀρχὴ eſt magiſtratus, & differt τῆς ἐπιμελείας, vt Ariſtoteles docet in quarto Politicon, & nos in Annotationibus in Pãdectas diximus. Ἀρχὴ, id eſt principium, quot modis dicatur, docet amplè Ariſtoteles in principio quarti τῶν μετὰ τὰ φυσικά. In quo illud animaduerſione dignum, quòd ἀρχὴ

Τὸ οὗ ἕνεκα.

vna ſignificatione τὸ οὗ ἕνεκα dicitur, vt ipſe ibidem inquit: & tamen τὸ οὗ ἕνεκα finem ſignificat, hoc eſt actum, vt ipſe in octauo docet. Ex quo fit vt

Ἀρχὴ καὶ τέλος, τὸ αὐτό, τὸ οὗ ἕνεκα.

ἀρχὴ etiam τέλος ſit. Sed huius ratio eſt quam his verbis complectitur, Πρῶτον μὲν οὖν τὰ τῇ γενέσει ὕστερα, τῷ εἴδει καὶ τῇ οὐσίᾳ πρότερα, οἷον ἀνὴρ παιδὸς, καὶ ἄνθρωπος σπέρματος. τὸ μὲν γὰρ, ἤδη ἔχει τὸ εἶδος. τὸ δ' οὔ. καὶ ἅπαν ἐπ' ἀρχὴν βαδίζει τὸ γινόμενον καὶ τέλος. ἀρχὴ γὰρ τὸ οὗ ἕνεκα. τοῦ τέλους δ' ἕνεκα ἡ γένεσις. τέλος δ' ἡ ἐνέργεια, καὶ τούτου χάριν ἡ δύναμις λαμβάνεται. Ἀρχὴ etiam τὸ μέσον dicitur in animalibus perfectis. Idem ἐν τῷ περὶ νεότητος καὶ γήρως, Τριῶν δὲ μερῶν ὄντων, εἰς ἃ διαιρεῖται τὰ τέλεια πάντα τῶν ζώων, ἑνὸς μὲν, ᾗ δέχεται τὴν τροφὴν, ἑνὸς δὲ, ᾗ τὸ περίττωμα προΐεται, τρίτου δὲ τοῦ μέσου τούτων, τοῦτο ἐν μὲν τοῖς τελείοις τῶν ζώων καλεῖται στῆθος, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις τὸ ἀνάλογον. Idem ſuperius, Διῃρημένου δὲ τοῦ σώματος τῶν μὲν ζώων πάντων, τό, τε ἄνω ἐστὶ καὶ τὸ κάτω· πάντα γὰρ ἔχει τό, τε ἄνω, καὶ τὸ κάτω. ὥστε καὶ τὰ φυτὰ δηλονότι τὴν θρεπτικὴν ἀρχὴν ἔχοι ἂν ἐν μέσῳ τούτων. & in libro περὶ ἀναπνοῆς, Πᾶσι μὲν οὖν (inquit) τοῖς ζώοις ἡ φθορὰ γίνεται διὰ θερμότητος ἔκλειψιν. τοῖς δὲ τελείοις ἐν ᾧ τῆς οὐσίας ἀρχή. αὕτη δ' ἐστὶν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, ἐν ᾧ τό, τε ἄνω καὶ τὸ κάτω συνάπτει, τοῖς μὲν φυτοῖς μέσον βλαστοῦ καὶ ῥίζης. τῶν δὲ ζώων τοῖς μὲν ἐναίμοις ἡ καρδία, τοῖς δ' ἀναίμοις τὸ ἀνάλογον. τῆς οὐσίας ἀρχὴν appellat τὴν καρδίαν in medio ſitam τοῦ ἄνω καὶ τοῦ κάτω ἐν τῷ στήθει, id in plantis ὄζον vocat. ἐντεῦθεν γὰρ ὅ, τε καυλὸς ἐκφύεται, καὶ ἡ ῥίζα τῶν φυομένων, vt ipſe ibidem inquit, ἡ δ' ἀρχὴ τὸ μέσον αὐτῶν ἐστίν. & rurſus, ἔστι γὰρ ἀρχή τις ὁ ὄζος τοῦ κλάδου, ἅμα δὲ καὶ μέσον. quo loco ὄζον τὸν στέλεχος accipit, cũ Theophraſtus dicat, καυλὸν δὲ λέγω τὸ ὑπὲρ γῆς πε-



φυκὸς ὑφ' ἕν, ὃ ἐπὶ τῶν δένδρων καλεῖται στέλεχος. ἀκρέμονας δὲ, τοὺς ἀπὸ τούτου σχιζομένους, οὓς ἔνιοι καλοῦσιν ὄζους. κλάδον δὲ, τὸ βλάστημα τὸ ἐκ τούτων ὑφ' ἕν, οἷον μάλιστα τὸ ἐπέτειον. Plura autem principia habere quædam inſecta docet Ariſtoteles, dũtaxat potentia: quæ cauſa eſt vt quædam in partes diuiſa viuant, & ſine capite. Sic enim ſubdit poſt verba ſuprà citata, Τούτων δ' ἔνια δυνάμει πολλὰς ἀρχὰς ἔχουσιν, οὐ μέντοι γε ἐνεργείᾳ. διὸ καὶ τῶν ἐντόμων ἔνια διαιρούμενα ζῶσι, καὶ τῶν ἐναίμων ὅσα μὴ ζωτικὰ λίαν εἰσί, πολὺν χρόνον ζῶσιν ἐξῃρημένης τῆς καρδίας, οἷον αἱ χελῶναι, καὶ κινοῦνται τοῖς ποσὶν ἔτι ὄντων τῶν χελωνίων, id eſt, nondum exemptis integumentis. Idem περὶ ζωῆς καὶ θανάτου, Πολλὰ γὰρ ζῷα, ἀφαιρουμένων ἑκατέρων τῶν μορίων, τῆς τε καλουμένης κεφαλῆς, καὶ τοῦ δεκτικοῦ τῆς τροφῆς, ζῇ, μεθ' οὗπερ ἂν ᾖ τὸ μέσον. δῆλον δ' ἐπὶ τῶν ἐντόμων τοῦτο συμβαῖνον. πολλὰ δὲ καὶ τῶν μὴ ἐντόμων δύναται ζῆν διαιρούμενα, διὰ τὸ θρεπτικόν. τὸ δὲ τοιοῦτον μόριον ἐνεργείᾳ μὲν ἔχει ἕν, δυνάμει δὲ πλείω. τὸν αὐτὸν γὰρ συνέστηκε τοῖς φυτοῖς τρόπον. τὰ γὰρ φυτὰ διαιρούμενα ζῇ χωρίς, καὶ γίνεται πολλὰ ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς δένδρα. ἀρχὴν & μέσον pro eodẽ dixit: quod in perfectis eſt καρδία, ἀρχὴ τῶν φλεβῶν. Ἀρχικὸς imperitandi peritus vel cupidus: vnde Ἀρχικός.
ἀρχικώτατα ἔθνη Iſocrates dixit in Panegyrico. Ἀρχικὸς etiã Ἀρχοειδὴς eſt, hoc Ἀρχοειδής.
eſt primigenius, primarius, principii naturam habens. Ariſtot. in octauo de hiſt. animal. Ὥστε δῆλον ἐν τῇ ἐξ ἀρχῆς συστάσει, ἀκαριαίου τινὸς μεταβάλλοντος τῷ μεγέθει, ἐὰν ᾖ ἀρχοειδὲς, γίνεσθαι τὸ μὲν θῆλυ, τὸ δ' ἄρρεν. ὅλως δὲ ἀναιρεθέντος, οὐδέτερον. Et in tertio de Partibus, Ἀλλ' οὐδεὶς ἂν ἀξιώσειεν τὸ ἧπαρ ἀρχὴν εἶναι οὔτε τοῦ ὅλου σώματος, οὔτε τοῦ αἵματος. κεῖται γὰρ οὐδαμῶς πρὸς ἀρχοειδῆ θέσιν, Neq; enim ſita eſt in loco principio accommodato. vel, neque enim ita ſita eſt vt principium compagis eſſe poſſit. Idem de corde, Ἔχει δὲ καὶ ἡ φύσις αὐτῆς ἀρχικὴν χώραν· περὶ τὸ μέσον γάρ. Philopo. in primũ Poſter. Καθολικωτέρα δὲ καὶ ἀρχοειδεστέρα τῆς ὀπτικῆς ἡ γεωμετρία, hoc eſt ἡ ὀπτικὴ ὑπάλληλός ἐστιν ἐπιστήμη τῇ γεωμετρίᾳ, vt medicina phyſicæ, de quib' ipſe Ariſtoteles ita inquit, ὅσα οὕτως ἔχει πρὸς ἄλληλα, ὥστ' εἶναι θάτερον ὑπὸ θάτερον, οἷον τὰ ὀπτικὰ πρὸς γεωμετρίαν, καὶ τὰ ἁρμονικὰ πρὸς ἀριθμητικήν. Ἀρχηγικὸν principiũ vitæ naturǽq; rerũ ab Areop. περὶ ὄντος di- Ἀρχηγικόν.
citur, Πάντων οὖν εἰκότως τῶν ἄλλων ἀρχηγικώτερον ὡς ὢν, ὁ θεὸς, ἐκ τῆς πρεσβυτέρας τῶν ἄλλων αὐτοῦ δωρεῶν ὑμνεῖται. Sic autẽ ἀρχοειδὴς dicitur vt Θυμοειδής. Plato in III. Θυμοειδής.
de Repub. Ἀκρόχολοι οὖν καὶ ὀργίλοι ἀντὶ θυμοειδῶν γεγένηνται, δυσκολίας ἔμπλεῳ. θυμοειδεῖς pro fortibus & animoſis dixit, quia Θυμὸς eſt animi præfidentia, Θυμός.
animus vehemens, quos animos Latini vocant. Cui ἀθυμία opponitur. Et in octauo docens quonã pacto ἐκ τῶν τιμοκρατικῶν φιλοχρήματοι γίνονται, ita inquit, Ταῦτα δὲ παθὼν, καὶ ἀπολέσας τὰ ὄντα, δείσας, οἶμαι, εὐθὺς ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖ ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, φιλοτιμίαν τε καὶ τὸ θυμοειδὲς ἐκεῖνο, καὶ ταπεινωθεὶς ὑπὸ πενίας πρὸς χρηματισμὸν τρέπεται, ex animi principatu tum bonorum cupiditatem, tum animi præſtantiam deturbat. Idem alibi, Πρῶτον μὲν ἀλείφων τὸ σῶμα, φρονήματος καὶ θυμοῦ ἐμπίπλαται, καὶ ἀνδρειότερος γίνεται αὐτὸς αὑτοῦ. Aliquando tamen Θυμοειδὴς eſt iracundus, & acri iracundia præditus, vt in ſecundo idem ipſe vſus eſt, ἆρ' οὖν σοὶ δοκεῖ ἔτι τοῦδε προσδεῖσθαι ὁ φυλακικὸς ἐσόμενος, πρὸς τῷ θυμοειδεῖ ἔτι προσγενέσθαι φιλόσοφος τὴν φύσιν; Θυμοειδῆ opponit τῷ πρᾴῳ, vt ex ſuperioribus apparet legentibus. Athenæus de muſica loquens, Καὶ γὰρ τοὺς θυμοειδεῖς πραΰνει. Galen. libro IX.

Therapeut. de tribus facultatibus ſeu viribus animæ loquens ex Plato-
ne, Ἑτέρα δὲ οὐ μόνον ὡς φυτοῖς ἡμῖν ἡ ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ ὡς ζώοις ὑπάρχουσα ψυχὴ, κατὰ τὴν
καρδίαν ἵδρυται. Et inferius, Καὶ γὰρ δύναμις ζωτικὴ, καὶ δύναμις θυμοειδὴς, καὶ ψυχὴ
Θυμικός. θυμοειδὴς ὀνομάζεται. Dicitur etiam pro eodem Θυμικός. Ariſtot. Ἐπεὶ τὸ ἄρ-
Θυμώδης. ρεν ἰσχυρότερον καὶ θυμικώτερον. Ariſtotel. Θυμώδη etiam dicit, vt in ſecundo
de Partibus, Γεωδεστέρα τὴν φύσιν ἐστὶ, καὶ θυμώδη τὸ ἦθος, καὶ ἐκστατικὰ διὰ τὸν θυ-
μόν. Xenophon τὸν θυμὸν in equo eſſe dicit, quod ὀργὴν in homine. Θυ-
μῶδες aut θυμοειδὲς pro eodẽ ſic dicitur, vt Σαρκοειδὲς & σαρκῶδες. Ξυλοειδὲς,
ξυλῶδες, & ſimilia permulta. Γυναικῶδες idem quod γυναικοπρεπὲς & γυναι-
Τὰ εἰς ωδες. κοειδές. Cæterũ ταῦτα τὰ εἰς ωδες καταλήγοντα non vnã tantùm ſignificationẽ
habẽt: vt verbi gratia, Νοσηματῶδες σῶμα dicitur ægrotationi obnoxium
& morboſum, hoc eſt ἐπίνοσον, quod etiam νοσηματικὸν dicitur. νοσηματῶ-
δες etiam dicitur accidens quod ab ægrotatione manat. Ariſtot. in v i i.
Ethic. Καὶ αἱ μὲν τοιούτων ἕξεων, διά τε νόσους γίνονται καὶ μανίαν ἐνίοις· αἱ δὲ νοσημα-
τώδεις καὶ ἐξ ἔθους, οἷον τῶν τριχῶν τίλσεις, καὶ ὀνύχων τρώσεις. Idem, Ὥσπερ καὶ δει-
λία καὶ ἀκολασία καὶ χαλεπότης, αἱ μὲν θηριώδεις, αἱ δὲ νοσηματώδεις εἰσίν, id eſt, cau-
ſam habent & originem à morbo. Idem in Phyſiogno. Οἱ τὰ ὦτα μικρὰ
ἔχοντες, πιθηκώδεις· οἱ δὲ μεγάλα, ὀνώδεις, ad naturam aſininam procliues.

Ἀρχαῖος. Ἀρχαῖος ſtultũ ſignificat & ineptum. Plato in Euthyde. Οὐκ ἀποκρίνῃ, ἔφη,
πρὸς ἃ ἂν ἀεὶ ὑπολαμβάνῃς, ὅτι ἔχων φλυαρεῖς, καὶ ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος. Idem
in Hippia minore, de reſponſo Achillis legatis facto, Πότερον οὖν ἐπιλήσμο-
να οἴει εἶναι τὸν τῆς Θέτιδος, καὶ πρὸς μὲν τὸν Ὀδυσσέα φάναι ἀποπλεύσεσθαι, πρὸς δὲ τὸν
Αἴαντα μενεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐπιβουλεύοντά τε, καὶ ἡγούμενον ἀρχαῖον εἶναι τὸν Ὀδυσσέα, καὶ αὐτοῦ
αὐτὸ τοῦτο τεχνάζειν τε καὶ ψεύδεσθαι, περιέσεσθαι. ἀρχαῖον ἀντὶ εὐήθη dixit, καὶ εὐεξα-
πάτητον. Greg. in quadam epiſtola, Ἐνόμιζον μὲν καὶ ὑπὲρ τῶν προτέρων χρεω-
Ἀρχαϊκός. στεῖσθαί μοι παρ' ὑμῶν ἀπολογίαν, οὕτως ἀρχαῖός τις εἰμὶ καὶ μάταιος, vſque adeò de-
Ἀρχαϊκὰ lirus ſum, & ineptè ſtultus. Vnde ἀρχαϊκὰ φρονεῖν dicunt, & Attice ἀρ-
φρονεῖν. χαϊκὰ vt τἀρχαϊκά. Ariſtoph. Καὶ φρονεῖς ἀρχαϊκὰ, ἀντὶ τοῦ μωρὰ καὶ εὐήθη καὶ λη-
Ἀρχεῖα. ρώδη. Τὰ Ἀρχεῖα non modo τὰ βασίλεια, id eſt regiam, ſed etiam in caſtris
prætorium & principia ſignificat apud Xenophontem ſæpe. Plutarch. in
Galba, Ἔτι γὰρ ὢν νέος, καὶ στρατευόμενος ὑπὸ Καλβισίῳ Σαβίνῳ τὴν πρώτην στρα-
τείαν, ἀκόλαστον οὖσαν τὴν γυναῖκα τοῦ ἡγεμόνος παρεισήγαγε νύκτωρ εἰς τὸ στρατόπεδον
ἐν ἐσθῆτι στρατιωτικῇ, καὶ διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις. Ἀρχεῖον etiam curiam magi-
ſtratuum & locum collegii cogendi ſignificat. Pauſ. Τοῦ δὲ τῶν Βιδιαίων ἀρ-
χείου πέραν ἐστὶν Ἀθηνᾶς ἱερὸν, de Lacedæmone loquens. Ariſtotel. in ſecundo
Politic. Τὰ δὲ περὶ τοὺς κόσμους ἔτι χεῖρον τέτακται τῶν ἐφόρων. ὃ μὲν γὰρ ἔχει κακὸν τὸ
τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον, ὑπάρχει καὶ τούτῳ. Idem in quarto, Ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις συμφέ-
ρει ἢ προαιρεῖσθαί τινας ἐκ τοῦ πλήθους, ἢ κατασκευάσαντας ἀρχεῖον, οἷον ἐνίαις πολι-
τείαις ἐστὶν, οὓς καλοῦσι προβούλους καὶ νομοφύλακας, καὶ περὶ τούτων χρηματίζειν περὶ
ὧν ἂν οὗτοι προβουλεύσωσιν. ἀρχὴν in his locis & alibi intelligi Ariſtoteles
voluit. Sic apud Plutarchum, Τίνες προεστήκασι τῆς Σπάρτης; οἱ νόμοι, φησὶ,
Ἀρχαῖον. καὶ τὰ ἀρχεῖα κατὰ τοὺς νόμους. Τὸ ἀρχαῖον ſortem ſignificat, & caput vnde fru-
ctus & redditus manat, vt Demoſthenes κατ' Ἀφόβου in principio, Ἐρωτη-
θεὶς δ' ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ, τὴν οὐσίαν τὴν αὐτοῦ πότερον ἐκ τῶν ἐπικαρπιῶν, ἢ τἀρχαῖα



ἀναλίσκων διῴκηκε, πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο οὐδέν. τἀρχαῖα appellat τὰ πατρῷα.
quorum acceſſionem ἔργον, & πρόσοδον, & ἐπικαρπίαν vocat. Sic accipitur in
principio Olynthiac. Ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ μεγάλοις τόκοις, μικρὸν εὐ-
πορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν, paulo pòſt etiam auitis bo-
nis cedunt fœneratoribus. Non enim hoc in loco ſortem vſurarum ſi-
gnificat, ſicut nec in altero, Καὶ τὰς μὲν σφετέρας αὐτῶν οὐσίας ἐκ τῶν ἐπικαρπιῶν
διῳκήκασι, καὶ τἀρχαῖα τῶν ὑπαρχόντων ἐκ τῶν ἐμῶν πολλῷ μείζω πεποιήκασι. Signi-
ficat etiam ſortem vſurarum, vt apud Iſocratem, Καὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ τοὺς τό-
κους ἀποδώσειν. Demoſthenes κεφάλαιον addidit κατ' Ἀφόβου, Καὶ ταῦτα μὲν ἐνερ-
γὰ κατέλιπεν, ὡς καὶ αὐτοὶ οὗτοι ὁμολογήσουσιν· ὧν γίγνεται, τοῦ μὲν ἀρχαίου κεφαλαίου
τέτταρα τάλαντα καὶ πεντακισχίλια· τὸ δ' ἔργον αὐτῶν πεντήκοντα μναῖ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑ-
κάστου. Lyſias tamen ſine additamento dixit, vt Iſocrates, & ipſe Demo-
ſthenes κατὰ Διονυσοδ. Ἡμῖν δὲ οὐχ ὅπως περὶ τοῦ τόκου ὁ λόγος ἐστὶν, ἀλλ' οὐδὲ τἀρ-
χαῖα ἀπολαβεῖν δυνάμεθα. Vbi ſubintelligendum δάνεια, vt ipſe in eadem,
Καίτοι ἡ συγγραφὴ οὐχ ἕτερα μὲν λέγει περὶ τῶν τόκων, ἕτερα δὲ περὶ τοῦ ἀρχαίου δα-
νείσματος. Et rurſus, Οὐ γὰρ ἂν ἀπεδίδοσαν τό τε ἀρχαῖον δάνειον, καὶ τῶν τόκων μέ-
ρος τι. Quare fit vt quodam modo ſuſpicer illud verbum κεφαλαίου in ora-
tione κατὰ Ἀφόβου, è margine in paginam irrepſiſſe, ignorantia librario-
rum, vt fit interdum. Κεφάλαιον tamen etiam dicitur. AEſch. Ἀναγκαζό- Κεφάλαιον.
μενοι δὲ οἱ Ὠρεῖται, καὶ οὐκ εὐποροῦντες χρημάτων, ὑπέθεσαν αὐτῷ ταλάντου τὰς δη-
μοσίας προσόδους, καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος, δραχμὴν τοῦ μη-
νὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν, quoad ſummam ſoluerunt & ſortem.
vnde τὸ κεφάλαιον συνάγειν ſummam colligere. Ariſtotel. in x. Metaphyſi-
con, Ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων συλλογίζεσθαι δεῖ, καὶ συναγαγόντας τὸ κεφάλαιον, τέλος ἐπι-
θεῖναι. Quod vno verbo Κεφαλαιοῦσθαι dicitur. Plato libro nono de Repub. Κεφαλαιοῦσθαι.
Κεφαλαιωσώμεθα τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, τὸν κάκιστον. ἔστι δέ που οἷον ὄναρ διήλθομεν, ὃς ἂν ὕπαρ
τοιοῦτος ᾖ, Summatim igitur definiamus. Ariſtotel. περὶ κόσμου paſſiue di-
xit, ἀπὸ τοῦ κεφαλαιοῦν, pro in ſummã ſubduci & colligi. Τὸ δὲ τῶν πλανητῶν Κεφαλαιοῦν.
πλῆθος εἰς ἑπτὰ μέρη κεφαλαιούμενον, ἐν τοσούτοις ἐστὶ κύκλοις ἐφεξῆς. Et in quarto
τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, Τρόποι δὲ τῶν αἰτίων, ἀριθμῷ μὲν εἰσι πολλοὶ, κεφαλαιούμενοι δὲ καὶ
οὗτοι ἐλάττους. Et Συγκεφαλαιοῦσθαι, in principio noni, Πλεοναχῶς δὲ λεγομένου Συγκεφαλαιοῦ-
τοῦ ἑνὸς, οἱ συγκεφαλαιούμενοι τρόποι εἰσὶ τέτταρες τῶν πρώτων, καὶ καθ' αὑτὰ λεγομέ- σθαι.
νων ἕν. Halicarnaſſ. ſignificatione actiua, Καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν ἑρμηνείαν ἀγα-
θὰ τοῦ Λυσίου, ταῦτα. συγκεφαλαιώσομαι γὰρ τὰ ῥηθέντα. Sic Xenophon in octa-
uo παιδείας, Οὕτως ὁ Κῦρος συνεκεφαλαιώσατο τὰς οἰκονομικὰς πράξεις. Polyb.
in i i i i. συγκεφαλαιωσάμενοι τὰς ἐκ παρακατασκευῆς πράξεις, ἕως τῆς Ἀντιγόνου καὶ
Σελεύκου καὶ Πτολεμαίου τελευτῆς, ſummatim recenſentes, breuiter colligentes.

Κεφάλαιον caput & ſumma. Iſocrat. Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων, ſumma au-
tem ſupradictorum hæc eſt. Κεφάλαιον etiam pro firmamento & capi-
te cauſæ ponitur. Gregor. Ἥκει δὲ ἡμῖν ὁ λόγος πρὸς αὐτὸ τὸ κεφάλαιον, ad car-
dinem. Et pro capite & vertice rerum. Idem, Κακὸν οὐ κακῇ βασιλείᾳ κεφά-
λαιον ἐπιθεὶς, hoc eſt, qui cum bonus rex eſſet, præfectum & epiſcopum ma
lum eccleſiæ impoſuit. de imperatore loquẽs. vel potius, principatus nõ
mali clauſulam ſignificat improbandam, vt ſit κεφάλαιον hoc loco ἀντὶ τῆς

κολοφῶνος poſitum. regni enim ſui memoriam princeps ignominia affecit eo facinore, eiecto viro optimo & orthodoxo, & impio in eius locum ſuffecto: ſtatímque mortuus eſt. ſic enim omnino intelligendũ. Quod

Ἐν κεφαλαίῳ.

Latinè in ſumma, & ad ſummam dicimus, ipſi ἐν κεφαλαίῳ dicunt. Demoſth. Ἵν᾽ ἐν κεφαλαίῳ τοῦτο μάθητε, vt paucis & ſummatim rem cognoſcatis. Alibi, Ὡς δ᾽ ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, vt autem in ſumma dicam. Dicitur

Ἑνὶ κεφαλαίῳ.

& ἑνὶ δὲ κεφαλαίῳ. Gregor. ἐν τῷ περὶ υἱοῦ, Ἑνὶ δὲ κεφαλαίῳ, τὰ μὲν ὑψηλότερα πρόσαγε τῇ θεότητι· τὰ δὲ ταπεινότερα, τῷ συνθέτῳ. Dicitur & κεφαλαίῳ apud Demoſthenẽ in Pſephiſmate, Καὶ τὰς μὲν κατείληφε πόλεις τῶν ἀστυγειτόνων, τινὰς δὲ πορθεῖ. κεφαλαίῳ ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, & reliqua. Interdum τὸ δ᾽ οὖν κεφάλαιον,

Κεφαλαίῳ.

ſumma autem hæc eſt, vel, quod autẽ ſummatim dici poteſt, Vt ad ſummam autem dicam. Idem περὶ στεφάνου, Τὸ δ᾽ οὖν κεφάλαιον, ἠξίουν ὧν μὲν αὐτοὶ πεπόνθεσαν ὑπὸ Φιλίππου, χάριν αὐτοῖς ἀποδοῦναι· ὧν ὑφ᾽ ὑμῶν ἠδίκηνται, δίκην λαβεῖν ὁποτέρως βούλονται. Plato in Gorgia, Λέγεις ὅτι πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορικὴ, καὶ ἡ πραγματεία αὐτῆς ἅπασα, καὶ τὸ κεφάλαιον εἰς τοῦτο τελευτᾷ, id eſt, ſumma & ſcopus artis. Idem, Ἀλλά μοι δοκεῖς ἱκανῶς ῥητορικὴν ὁρίζεσθαι. ἔστι γὰρ τοῦτο τὸ κεφάλαιον αὐτῆς.

Ἀνακεφαλαιοῦσθαι.

Ἀνακεφαλαιοῦσθαι etiam actiua ſignificatione dicitur. Ariſtotel. Περὶ δὲ τῶν ἀξιολογωτάτων ἐν τῇ γῇ μερῶν νῦν λέγωμεν, αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα ἀνακεφαλαιούμενοι, ſummatim colligentes, in ſummam redigentes. Significat etiam perorare. Halicarnaſſ. de Lyſia, Παθαινομένῳ δὲ λέξις σεμνὴ καὶ ἀληθινὴ, ἀνακεφαλαιουμένῳ δὲ διαλελυμένη καὶ σύντομος. Quintil. enumerationem ἀνακεφαλαίωσιν vertit, ex eo (inquit) dictam, quòd per capita decurrendum ſit: & partem eſſe perorationis dicit. Paul. ad Epheſ. primo, Ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν χριστῷ dixit, hoc eſt, niſi fallor, omnium ſummam in Chriſto enumerare, tanquam in conditore omnium. In hac voce, vt in quamplurimis, Latini magiſtros Græcos imitati ſunt. Quintil. lib. VII.

Summa.

Sed nonnunquam etiam reus hîc totius ſummam conſtituit: de deprecatione loquens, τοῦ ὅλου τὸ κεφάλαιον τίθεται, id eſt cardinem & fiduciam cauſæ, τὸ τεθαῤῥηκὸς τῆς ἀμφισβητήσεως. Idem in primo, Hoc per ſingulos annos prorogatum in ſummam proficit, ἐπὶ τὸ κεφάλαιον ἐπιδίδωσι. Quo mo-

Ἀρχός.

do accipitur in Platonis loco citato. Ἀρχὸς podicem ſignificat. Ariſtotel. in quarto de Generatione animal. Ἐπεὶ καὶ βοῒ ἐν πειραίῳ ἐγένετο, ἣ διὰ τῆς κύστεως λεπτὴ διηθουμένη ἡ τροφὴ διεχωρεῖ, καὶ ἀνατμηθέντος τοῦ ἀρχοῦ, ταχὺ πάλιν συνεφύετο, καὶ οὐκ ἐπεκράτουν διαιροῦντες.

Ἀρχαιολογία.

Ἀρχαιολογία hiſtoria de rebus antiquis, vt Ioſepi & Catonis Origines.

Ἀρχαιόγονος.

Ἀρχαιόγονος. Ariſtot. περὶ κόσμου, Ὑετοὶ δὲ κατὰ καιρὸν, καὶ ἄνεμοι καὶ δρόσοι, τά τε πάθη τὰ ἐν τῷ περιέχοντι συμβαίνοντα διὰ τὴν πρώτην καὶ ἀρχαιόγονον αἰτίαν, propter principem cauſam & primordialem.

Ἀρχεγόνος.

Dicitur & Ἀρχεγόνος pro eodem, vt videtur, vt ἀρχεγόνος ὠκεανὸς πάντων dictus eſt, quaſi ex eo omnia orta ſint. Gregor. in primo περὶ υἱοῦ, Ὥστε ἐξ ὄντων εἶπον τινὰ τὸ ἡμέτερον, καὶ οὐκ ὄντων. ἐναντίως περὶ τὴν ἀρχέγονον ὕλην, ὑποστᾶσαν σαφῶς ἐξ οὐκ ὄντων, κἂν τινες ἀγέννητον ἀναπλάττωσιν. ἀρχέγονον ὕλην dixit primordialem, primariam, ex qua omnia genita ſunt. Ἀρχίζωον καὶ ἀρχίφωτον Areop. de baptiſmo dixit.

Ἄρχομαι.

Ἄρχομαι præter nota ſignificata δηλοῖ τὸ ἀρχὴν ἔχω, id eſt, οὐκ ἄναρχός εἰμι, ſed ab alio naturæ cauſam habeo: vt ſi dicas τὰ



πάντα εἶναι ὑπὸ θεοῦ ἀρχόμενα. Grego. ἐν τῷ περὶ θεολογίας τρίτῳ, loquens περὶ τῶν ἰδιοτήτων τῶν τριῶν ὑποστάσεων, Ὁ δὲ υἱὸς (inquit) ἐὰν μὲν ὡς αἴτιον τὸν πατέρα λαμβάνῃς, οὐκ ἄναρχος. ἀρχὴ γὰρ υἱοῦ ὁ πατὴρ, ὡς αἴτιος· ἐὰν δὲ τὴν ἀπὸ χρόνου νοῇς ἀρχὴν, καὶ ἄναρχος. οὐκ ἄρχεται γὰρ ὑπὸ χρόνου ὁ χρόνων δεσπότης. Ὑπάρχω eſt idem Ὑπάρχειν.

Huiuſmodi erant arbitri quos honorarios Latini appellabant, vt Cicero in quinto Tuſculanarum, Quorum controuerſiam ſolebat, tanquam honorarius arbiter, iudicare Carneades. & in libro de Fato, Ac mihi quidē videtur, cum duæ ſententiæ fuiſſent veterum philoſophorum, Chryſippus, tanquam arbiter honorarius, medium fieri uoluiſſe: ſed applicat ſe potius ad eos qui neceſſitate motus animos liberatos volunt. Cuiuſmodi arbitrium idem in oratione pro Cecinna honorariam & domeſticam diſceptationem appellat. Omnia (inquit) iudicia, aut diſtrahendarum cōtrouerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt: quorum alterum leuius eſt, propterea quòd & minus lædit, & perſæpe diſceptatore domeſtico diiudicatur. Alterum eſt vehementiſſimum, quod & ad grauiores res pertinet, & non honorariam operam amici, ſed ſeueritatem iudicis ac vim requirit. Cōpromiſſi, vt diximus, idem meminit in oratione pro Roſcio Comœdo, Quæro abs te, quid ita de tua pecunia, de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris. Alterum genus arbitrorū τοὺς κατὰ κλῆρον διαιτητὰς appellabant, qui non electione litigātium, ſed ſortito arbitrandi poteſtatem habebant: & ii erant annui magiſtratus ταῖς εὐθύναις ἐνεχόμενοι, vt ſuperius dictum eſt.

Οἱ κατὰ κλῆρον διαιτηταί.

Et vt Romæ ex decuriis Prætor iudices iudiciorum publicorum ſortiebatur, ita Athenis ex decuriis tribuum arbitri ſorte dabantur ad cauſas priuatas diiudicandas. Demoſthenes enim in ſupradicta oratione poſt illa verba, Τούτοις μὲν ἀφῆκεν, ἀκούσας αὐτῶν, ὅτι εἰ μεθ' ὅρκου διαιτήσουσι, καταγνώσονται τὴν ἐπιτροπήν, ſtatim ſubdit, Ἐπὶ δὲ τὸν κληρωτὸν δὲ διαιτητὴν ἐλθών, καὶ οὐδὲν ἔχων ἀπολύσασθαι τῶν ἐγκεκλημένων, ὦφλε τὴν δίαιταν. οἱ δικασταὶ δὲ ἀκούσαντες εἰς οὓς ἐφῆκε, ταὐτὰ τοῖς τούτου φίλοις καὶ τῷ διαιτητῇ περὶ αὐτῶν ἔγνωσαν, καὶ δέκα ταλάντων ἐτίμησαν, Ad arbitrum igitur ſorte datum cum veniſſet, nec diluere obiecta poſſet, damnatus eſt ab arbitro. Iudices porrò ad quos prouocauerat, cum cauſam cognouiſſent, eadem ipſi cum arbitris compromiſſariis iſtius amicis, cum ipſóque ſorte dato arbitro pronunciarunt, litémque homini talentis decem æſtimauerunt. Qui locus oratoris, vt & alia non pauca, emendate à nobis tranſſcriptus eſt, vt confidimus, licet in peruagatis exemplaribus corruptus ſit. id quod prædictum oportuit, ne falſi arceſſeremur ab iis quibus oratorem ipſum adire viſum fuerit, in eáque inquirere, vt par eſt, quæ à nobis dicenda ſunt, & iam dicta. Compromiſſarius arbiter etiam dicitur, ὁ ἐπιτετραμμένος τὴν δίκην ἢ τὴν ἀμφισβήτησιν.

Cōpromiſſarius arbiter.

Lucianus de dearum iudicio, Οὐδ' ἡμεῖς, ὦ Ἀφροδίτη, δεδίαμεν, οὐδ' ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν. Quæ de iudiciorum Romanorum Athenienſiúmque more in Annotationibus in Pandectas à nobis ſcripta ſunt, ad hunc locum pertinent, ne hîc deſiderentur. Ariſtot. in primo περὶ ῥητορικῆς, Ὁ γὰρ διαιτητὴς τὸ ἐπιεικὲς ὁρᾷ· ὁ δὲ δικα-

τῆς τὸν νόμον· καὶ τούτου ἕνεκα διαιτητὴς εὑρέθη, ὅπως τὸ ἐπιεικὲς ἰσχύῃ. Sed addenda lex compromiſſorum, quæ apud Demoſthenem extat ἐν τῷ κατὰ Μειδίου his verbis, Ἐὰν δέ τινες περὶ συμβολαίων ἰδίων πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, καὶ βούλωνται διαιτητὴν ἑλέσθαι ὁντινοῦν, ἐξέστω αὐτοῖς αἱρεῖσθαι ὅντιν' ἂν βούλωνται διαιτητήν. ἐπειδὰν δὲ βούλωνται κατὰ κοινόν, μενέτωσαν ἐν τοῖς ὑπὸ τούτου διαγνωσθεῖσι, καὶ μηκέτι μεταφερέτωσαν ἀπὸ τούτου ἐφ' ἕτερον δικαστήριον ταυτὰ ἐγκλήματα, ἀλλ' ἔστω τὰ κριθέντα ὑπὸ τούτου κύρια. Quibus verbis intelligimus, nó licuiſſe à compromiſſario arbitro prouocare. Erat etiam aut moris aut inſtituti legitimíque iuris, vt arbitrorum ſententiam οἱ ἄρχοντες ſubſignarent: quo magis in rem iudicatam tranſiret, & executionem iudicati pareret, vt adnotatum eſt ab interprete eiuſdem oratoris in eo loco orationis ſuprà dictæ, Ἤδη δὲ ἑσπέρας οὔσης καὶ σκότοις, ἔρχεται Μειδίας οὑτοσὶ πρὸς τὸ τῶν ἀρχόντων οἴκημα, καὶ καταλαμβάνει τοὺς ἄρχοντας ἐξιόντας, καὶ τὸν Στράτωνα ἀπιόντα, ἤδη τὴν ἔρημον δεδωκότα, offenditque eos conclaui ſuo exeunteis ſub noctem ſcilicet, Stratonémq; ipſum arbitrum ſortito datum iam profectum, cum vadimonii deſerti nomine ſecundum me pronunciaſſet. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οἷός τ' ἦν πείθειν αὐτόν, τὴν δίκην ἣν καταδεδιῄτηκει, ταύτην ἀποδεδιῃτημένην ἀποφαίνειν, καὶ τοὺς ἄρχοντας μεταγράφειν, καὶ πεντήκοντα δραχμὰς αὐτοῖς ἐδίδου, Et quidem nihil veritus eſt Medias primum ſuadere arbitro arbitrium illud damnatorium vt in abſolutorium verteret, magiſtratibúſque ipſis, vt arbitrium iam ab ipſis ſubſcriptum circunducerent, & in diuerſum mutarent, ob ídque quinquaginta illis drachmas promittere.

Οἱ ἄρχοντες.

Cæterum Ἄρχοντες qui fuerint nõ ita planè conſtat. Suidas nouem fuiſſe auctor eſt, & inter eos numerat Theſmothetas, rectè vt opinor, cum idem ſentire videatur enarrator Demoſthenis, quippe qui ἄρχοντας etiam θεσμοθέτας appellet.

Ἡγεμὼν καὶ πρύτανις. Ἡγεμονικόν.

Sed vnus erat princeps collegii & præfectus, qui Ἡγεμὼν & Πρύτανις vocabatur Athenis, ἐπώνυμος τῶν ἀρχόντων καὶ εἷς τῶν θεσμοθετῶν. Vndè τὸ ἡγεμονικὸν dictum principatus animi, vt Cicero vocat in ſecundo de Natura deorum: quod quid ſit, Laërtius in Zenone è ſentia Stoicorum his verbis refert, Ἡγεμονικὸν δὲ εἶναί φασι τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι καὶ αἱ ὁρμαὶ γίνονται, καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀναπέμπεται, ὅπερ εἶναι ἐν καρδίᾳ.

Οἱ πρυτάνεις.

Πρυτάνεις autem erant numero quinquaginta, decimam partem conſilii & curiæ quingenariæ efficientes, in orbem πρυτανεύοντες, in ſingulos menſes vices mutantes. Verum is ἄρχων qui inter τοὺς ἄρχοντας peculiarem appellationem retinuit, etiam πρύτανις

Ὁ πρυτανεύων

dictus eſt. Demoſthenes in eadem, Πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, id eſt τὸν ἄρχοντα, vt alibi dixit. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicibus præerat, atque ideo quæſtionis iudex dictus eſt, & quæſitor, vt nos in Pandectas adnotauimus: ita hic ἄρχων Athenis τοῖς δικασταῖς λεγομένοις præſidebat, vt in ſuperioribus diximus. Demoſth. Καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἄρχων ἀνέκρινε πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἀμφισβητοῦσι, καὶ ἀνακρίνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ οὑτοσὶ Ὀλυμπιόδωρος ἠγωνίζετο πρῶτος. & κατὰ Μειδίου, Καὶ γὰρ οὔτ' ἀνεκρίνετο ταύτην ὁ συκοφάντης ἐκεῖνος, οὐδ' ἔστιν οὐδενὸς ἕνεκα αὐτὸν ἐμισθώσατο, πλὴν ἵνα ἐκκέοιτο πρὸ τῶν ἐπωνύμων, καὶ πάντες ὁρῷεν, neque ille calumnioſus delator ad iudicium affuit, cuius mihi diem dixerat.

Ἀνάκρισις.

Ἀνάκρισις erat percun-



ctatio accuſatoris & interrogatio, quam ὁ ἄρχων faciebat, vt inquit interpres. Ante iudicium enim is qui reum poſtularat, rogabatur εἰ ἐπέξεισιν, εἰ μάρτυρας ἔχει, εἰ χρῄζει παρεῖναί τινα, An reũ peracturus ſit, an teſtes habeat, an aliquo euocato ipſi opus ſit: ne ſcilicet imparatus ad accuſandum in iudicium prodiret. Demoſth. πρὸς Νικόστρ. Ἀνακρινομένου γὰρ ἤδη μου κατ' αὐτοῦ τὴν

Ἀνακρίνεσθαι.

τῆς ψευδοκλητείας γραφήν, καὶ μέλλοντος ἤδη εἰσιέναι εἰς τὸ δικαστήριον, τηρήσας με ἀπιόντα ἐκ Πειραιῶς, ὀψὲ περὶ τὰς λιθοτομίας παίει τε πύξ, καὶ ἁρπάζει μέσον, καὶ ὠθεῖ, Cum iam iudicium mihi falſæ renunciationis in ipſum conſtitutum eſſet, & percunctationes factæ eſſent, quæ ante iudicii ingreſſum ſolennes ſunt.

Ψευδοκλητεία.

Ψευδοκλητεία eſt accuſatio apparitoris, qui falſo renunciauit ſe quempiam in ius vocaſſe, ob eámque renunciationem is qui vocatus eſſe dicitur, in fraudem deſerti vadimonii incidit. ἔστι δὲ κατηγορία κατὰ τοῦ κλητῆρος κεκλητευκέναι ἐψευσαμένου. Idē, Ἔτι δὲ ὁ Ἀρεθούσιος ἀπρόσκλητόν μου δέκα δραχμῶν δίκην καταδικασάμενος ὡς ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ, κλητῆρα ἐπιγραψάμενος, καὶ εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν βίᾳ, πάντα ἐξεφόρησε, id eſt, cum eum aſcripſiſſet qui in ius me vocauerat, pignora mea cepit, & domo extulit. Ἐγὼ δὲ ἐκτίσας τῷ δημοσίῳ τὸ ὄφλημα, ἐπειδὴ ἐπυθόμην τὴν ἐπιβουλήν, ἐβάδιζον ἐπὶ τὸν κλητῆρα τὸν ὁμολογοῦντα κεκλητευκέναι, Ego verò cum iudicatũ publicè diſſoluiſſem, intellecta fraude, in eum experiri ſtatui, qui in ius me vocaſſe falſo affirmauerat.

Ἀπρόσκλητος δίκη.

Ἀπρόσκλητος δίκη dicitur, cum iudicium in eum intenditur, qui in iudicium vocatus non eſt, vt eremodicii damnetur, id eſt deſerti vadimonii, vt ipſe alibi, Καὶ τὴν μετὰ τοῦ διαιτητοῦ ἀπρόσκλητον δίκην παρεσκευάσασιν. Quòd autem ὁ ἄρχων non modo quæ ad iudicium conſtituendum pertinebant, pro poteſtate adminiſtraret, ſed etiam tabellas vel calculos potius iudicātium numeraret, ex Iſæi loco patet περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου, Συγχωρούντων δ' ἡμῶν τῷ ἄρχοντι μὴ συναριθμεῖν, ἀλλὰ συγχέαι τὰς ψήφους, ἀφίστατο μὲν ὁ Δικαιογένης τοῖν δυοῖν μεροῖν τοῦ κλήρου ταῖς Δικαιογένους ἀδελφαῖς, καὶ ὡμολόγει ἀναμφισβήτητα δώσειν ταῦτα τὰ μέρη, Cum igitur Leochare ignominiam iudicii falſi deprecante, permittere nos diceremus τῷ ἄρχοντι, vt eductos è ſitella calculos non numeraret, ſed confunderet, damnatorios ſcilicet & abſolutorios: Dicæogenes cui Leochares falſum teſtimonium perhibuerat, dicere cœpit ſe hæreditatis beſſe abſtinere, defunctique ſororibus cedere. Quibus verbis tranſactio ſignificatur ab eo facta, qui ſententiam ſibi imminere ignominioſam iam cernebat.

Ἐπώνυμος τῶν ἀρχόντων.

Porrò autem quòd ἄρχων dicitur ἐπώνυμος τῶν ἀρχόντων, hunc habet intellectum, quòd ab eo annus in faſtis denotabatur, ὅτι ἐξ αὐτοῦ ὁ ἐνιαυτὸς ἐπώνυμος ἦν, vt Romæ à Conſulibus: & ab eius nomine alii ἄρχοντες in actis perſcribebantur, vt ſi diceres Metellum Celerem, & Pompeiũ Rufum Prætores fuiſſe Conſulibus Cicerone & Antonio. hoc enim ἐπώνυμος ſignificat. Plut. in Demetr. Καὶ τὸν ἐπώνυμον καὶ πάτριον ἄρχοντα καταπαύσαντες, ἱερέα σωτήρων ἐχειροτόνουν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν, καὶ τοῦτον ἐπὶ τῶν ψηφισμάτων καὶ συμβολαίων προέγραφον. Herodia. de Calend. Ianuar. loquens, Ἀρχαί τε ἐπώνυμοι τότε πρῶτον τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν περιτίθενται, id eſt, Conſuléſque tum primum inſignem & annuam prætextam induunt, hoc eſt, τὴν περιπόρφυρον. Appianus in ſecundo ciuilium

bellorū, de triūuiratu Pōpeii, Craſſi & Cæſaris loquens, & impudētia ambitus, Ὅ,τε δῆμος αὐτὸς ἔμμισθος ἐπὶ τὰς χειροτονίας ἦν. ὤφθη δέ που καὶ μεσεγγύημα ταλάντων ὀκτακοσίων, ὑπὲρ τῆς ἐπωνύμου γινόμενον ἀρχῆς. Ἐπώνυμοι etiā ἥρωες decē erant, quorum εἰκόνες ἐπώνυμοι vocitatæ ſunt. Moris enim erat, vt qui legem quampiam aut rogationem ſuaſuri eſſent, eam proponerēt publicè antequā perferretur ad ἐπωνύμοις εἰκόνας, quemadmodum Romæ pro roſtris: vt qui improbare legem vellet & diſſuadere (vt Cicero legem agrariam diſſuaſit) in concione id faceret. Vnde AEſchines κατὰ Κτησιφῶντος ita inquit, Ἀλλὰ διαῤῥήδην προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δημοσίῳ τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους εἴ τις ἀναγέγραπται νόμος ἐναντίος νόμῳ, ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις, ἢ εἴπου εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως· κἄν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν, ἐκτιθέναι κελεύει ἔμπροσθεν τῶν ἐπωνύμων. Ἐπώνυμοι autem ideo dicti ſunt, quòd decem tribus ab his heroibus denominatæ ſunt, quaſi gentiles tribuum: quorum nomina poſita ſunt ab enarratore Demoſthenis κατὰ Τιμοκράτους, & à Pauſania in Atticis. Iſocr. in Paragraph. Ἀνθ' ὧν ὑμεῖς ἐψηφίσασθε ἡμᾶς στεφανῶσαι, καὶ πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων ἀνειπεῖν, ὡς μεγάλων ἀγαθῶν αἰτίους ὄντας.

*Ἀρχὴ ἐπώνυμος.* Ἀρχὴ etiam ἐπώνυμος dicitur magiſtratus τοῦ ἄρχοντος. Plutarch. in Symp. Ὅτε τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἦρχον, οἴκοι τὰ πλεῖστα τῶν δείπνων δαῖτες ἦσαν, ἐν ταῖς θυσίαις ἑκάστῳ μερίδος ἀποκληρουμένης. Ἐπώνυμος etiam dicitur qui ab aliquo nomē traxit. Pauſan. Καὶ γυμνάσιόν ἐστιν ἐπώνυμον Ἀδριανοῦ. Lucian. Τίνος σεαυτὸν εἶναι λέγεις ἐπώνυμον; Vtrum Cynicum te dicis, an Ariſtotelicum, an ab alio philoſophorum principe denominatum? Plutarchus metaphoricè vſus eſt in Antonio, Βουλόμενος ἕν γε τοῦτο τῶν ἔργων ἐπώνυμον αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ μὴ πάντα τὰ Οὐεντιδίου κατορθοῦσθαι, Cupiēs illud vnum ſaltem prælium ductu ſuo commiſſum eſſe videri atque inſtructum, ne omnia Ventidio tribuerentur in eo bello geſta.

*Φερώνυμος.* Ἐπώνυμον etiam eſt quod apud recentiores φερώνυμον legitur. Euſtathius ἐπώνυμον, inquit, παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ὃ φερώνυμον παρὰ τοῖς ὕστερον. ἤγουν ἔνθα τὸ ὄνομα ἐμφερὲς τοῖς πράγμασι, ὡς Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἐκλήθη, ἐπεὶ σθένος τοῦ δήμου γέγονεν, ὥσπερ ἐκ προνοίας τεθέντος τοῦ ὀνόματος. Theod. auctor ſermonis antiqui & elegantis, in primo hiſtor. eccleſiaſt. τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις δὲ προεδρείαν Μακάριος ἐπιστεύθη, φερώνυμος ἀνήρ, καὶ παντοδαποῖς κοσμούμενος ἀγαθοῖς, id eſt, moribus nominis ſui vim ſignificatúmque referens, & appoſitè ſic nuncupatus, quaſi nomen eius, ad exitum eius omen fuerit. Idem in quinto, μετὰ δὲ τὸν θαυμάσιον Ἰωάννην, Πραΰλος τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιστεύθη κηδεμονίαν, ἀνὴρ τῷ ὄντι φερώνυμος, quaſi πραῢς τὸ ἦθος. Sic apud Sophoclem Aiax reſipiſcens ita inquit, Αἰαῖ, τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; Νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοί, Καὶ τρίς. ἐπώνυμον ὄνομα vocat quaſi συνῳδὸν cōſentaneum & conſonum ſuæ fortunæ, quaſi παρὰ τὸ αἶ αἶ dictus ſit.

*Arbitrium pro iudicio.* Poſtremò adnotandum quòd arbitriū apud antiquos Latinos etiam pro iudicio vſurpatum eſt. Cicero in tertio Officiorum, Quintus quidem Scæuola pontifex maximus ſummam vim eſſe dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur ex fide bona, fideíque bonæ nomen exiſtimabat manare latiſſime. Idem, Reliquorum autem



iudiciorum hæc verba maximè excellunt, in arbitrio rei vxoriæ, Melius & æquius: in fiducia autem, Inter bonos bene agier. Cum autem propriè loquendum eſt, inter arbitrium & iudicium differentia eſt, vt ipſe inquit *Differentia iudicij & arbitrij.* in oratione pro Roſcio Comœdo, Cauſam perdidiſti, propterea quòd aliud eſt iudicium, aliud arbitrium. Iudiciū eſt pecuniæ certæ: arbitrium incertæ. Ad iudiciū hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitrium hoc modo adimus, vt neque nihil, neq; tātum quantum poſtulauimus conſequamur. Eius rei ipſa verba formulæ teſtimonio ſunt. Idem alibi in eadem, Fraudabat te in ſocietate Roſcius? Sunt iura, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare poſſit. Expreſſæ ſunt enim ex vniuſcuiuſque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria publicæ à Prætore formulæ, ad quas priuata lis accōmodatur. Quæ cum ita ſint, cur non ad arbitrium pro ſocio adegeris Quintum Roſcium quæro. Formulam non noras? Notiſſima erat. Iudicio graui experiri nolebas? quid ita? propter familiaritatem veterem? cur ergo lædis? Ex his Ciceronis locis intelligimus, aliquando arbitrio, aliquando iudicio antiquos experiri ſolitos eiuſdem rei nomine. Sed qui iudex erat, abſoluendi prorſus neceſſitate, aut in ſolidum cōdemnandi aſtringebatur. Id quod hodie non fit, propter formulas abrogatas imperatorum ſanctionibus. Eius rei veſtigium extat in quinto libro codicis Iuſtiniani, in quo titulus eſt, Arbitrium tutelæ. Nam in XVII. Pandectarum, vbi titulus eſt, Pro ſocio, exiſtimo legendum, Arbitrium pro ſocio, ex Cicerone, qui pro Quintio ita inquit, Itaque hercle haud mediocriter de communi quicquid poterat, ad ſe in priuatam domum ſeuocabat. Qua in re ita diligens erat, quaſi ii qui magna fide ſocietatem gererent, arbitrii pro ſocio condemnari ſolerent. Intelligimus etiam ex ſupradictis arbitrium pro ſocio ignominioſum non fuiſſe, iudicium fuiſſe. Vnde ipſe pro Roſcio Amerino, In rebus minoribus ſocium fallere turpiſſimum eſt, æquéque turpe atque illud de quo antè dixi, hoc eſt, vt iudicium mandati. Et inferius, Rectè igitur maiores eum qui ſocium fefelliſſet, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. Eandem propemodum differentiam Ariſtoteles in ſecundo Politicon inter δίαιταν & δικαστήριον poſuit, de Hippodamo Mileſio loquēs, qui primus hunc morē inſtituit, quo modo Iuriſperiti vſi ſunt poſt formulas ſublatas, & nos hodie vtimur, vt poſſint iudices minoris condemnare quàm petitum ſit, nec planè abſoluere, ſi ita ipſis viſum ſit, & definire quatenus obſtrictus eſſe videatur is vnde plus petebatur. Quod Ariſtoteles his verbis exprimit, Ἐνομοθέτει δὲ τὰς κρίσεις ἐν τοῖς δικαστηρίοις οὐ διὰ ψηφοφορίας γίνεσθαι δεῖν, ἀλλὰ φέρειν ἕκαστον πινάκιον, ἐν ᾧ γράφειν, εἰ καταδικάζοι ἁπλῶς τὴν δίκην· εἰ δ' ἀπολύοι, κενόν· εἰ δὲ τὸ μὲν, τὸ δὲ μή, τοῦτο διορίζειν, ſed tabellam vnumquenque iudicum ferre, in qua ſcriberet, ſi ſibi planè damnandus videretur: ſin abſoluendus, puram relinqueret. Quòd ſi partim damnandus, partim non damnandus videretur, id ſcripto definiret. De hoc inſtituto vt improbabili Ariſtoteles ita paulo pòſt in-

quit, Οὐ καλῶς δ᾽ οὐδ᾽ ὁ περὶ κρίσεως ἔχει νόμος, τὸ κρίνειν ἀξιοῦν διαιροῦντα τῆς κρίσεως ἁπλῶς γεγραμμένης, καὶ γίνεσθαι τὸν δικαστὴν διαιτητήν. τοῦτο δ᾽ ἐν μὲν τῇ διαίτῃ καὶ πλείοσιν ἐνδέχεται· κοινολογοῦνται γὰρ ἀλλήλοις περὶ τῆς κρίσεως· ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον τούτων, νομοθετῶν οἱ πολλοὶ παρασκευάζουσιν ὅπως οἱ δικασταὶ μὴ κοινολογῶνται πρὸς ἀλλήλους, hoc autem in arbitrio & pluribus aliis fieri poteſt. conferunt enim capita arbitri, & inter ſe de ſententia ferenda conſultant. In iudiciis autem id fieri non poteſt: ſed iis contrarium plurimi legiſlatorum inſtituerunt, ne ſcilicet iudices ante ſententiā inter ſe verba faciāt. & reliqua quæ longius perſequitur, tam de priuatis cauſis quam de publicis intelligēs. κρίσεως enim vocabulo etiam

Iudicĩ ferre, & arbitrum ferre. ἔγκλημα ἴδιον ſignificauit. Aliud eſt igitur, iudicem alicui, aliud arbitrũ ferre: Aliud iudicio experiri, aliud arbitrio: quod cum iis fiebat, quibus bene conſultũ petitores volebant. Καθίζειν δικαστὰς, καὶ καθίζειν διαιτητὰς Græce dicitur. Et in arbitriis nō habebat locũ exceptio, quod cauſa quis cecidiſſet.

Συνοικεῖν. Συνοικεῖν dicitur de viro & de vxore: & Συνοικοῦντες οἱ γήμαντες, Συνοικοῦσαι αἱ γημάμεναι. Demoſth. Αφοβῶν δὲ ἐκδοθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ, συνῴκησε τἀνδρὶ, nupſit. Et κατὰ Νεαίρας, Τοῦ μὲν νόμου τοίνυν ἀκηκόατε, ὃς οὐκ ἐᾷ τὴν ξένην

Συνοικίζειν. ἀστῷ συνοικεῖν, οὐδὲ τὴν ἀστὴν τῷ ξένῳ. Συνοικίζειν eſt nuptui dare. Polyb. Τὴν δὲ κόρην ἐκέλευσε συνοικίζειν ὅποτ᾽ ἂν προαιρῆται. Eſt enim Συνοικίζειν veluti conturbernio coniungere. Iſocr. in AEgineta, Επὶ δὲ τὴν μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν οὐ μόνον τῆς αὐτοῦ κυρίας, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐμῶν κατέστησε, τὴν μὲν ἐμοὶ συνοικίσας, τῆς δὲ υἱόν

Συνοικία. με εἰσποιήσας. Et quoniam Συνοικία ſignificat πλῆθος τῶν οἰκοδομημάτων, ideo Συνοικίζειν eſt condere ciuitatem, vrbémque ciuibus frequentare. Plutar. Παύσασθαι πλάνης ἔδοξε, καὶ πόλιν ἐκεῖ συνοικίζειν. Συνοικίαν Plato ciuitatem appellat, propter domorum coniunctionem: quod Iuuenalis illis verſibus expreſſit in quintadecima Satyra, AEdificare domos, laribus cōiungere noſtris Tectum aliud, tutos vicino limine ſomnos Vt collata daret fidu-

Συνοικουμένη γῆ. cia. Et Συνοικουμένη γῆ dicitur non vaſta aut deſerta, ſed frequentia habitatorum culta. Xenoph. Καὶ οἷς μὲν ἂν αἰσθάνηται τῶν ἀρχόντων συνοικουμένην γε τὴν χώραν παρεχομένους, καὶ ἐνεργὸν τὴν γῆν, δώροις κοσμεῖ. Eadē ratione Συνοικία cœnaculariam domum ſignificat. Athen. de coquo Phalerei, Ωστε ἐν ἔτεσι δύο τρεῖς συνοικίας ἐωνήσατο, παῖδάς τε ἐλευθέρους ὕβριζε. Idem, Τὰ χωρία, καὶ τὰς συνοικίας ἐπρίαντο οἱ ἐπίτροποι, id eſt cœnacularias domos, quæ ſigillatim locantur inquilinis. Plutar. etiam in hac ſignificatione vſus eſt. Συνοικία etiam διαφέρει τῆς περιαμφόδου οἰκίας καὶ τῆς διαλαύρου, vt Latine domus ab inſula vrbana. Herodia. de vrbe Roma, Πᾶσα δὲ διὰ πυκνότητα τῶν συνοικιῶν, ξυλείας τε πλῆθος ἐπάλληλον, τὸ μέγιστον μέρος τῆς πόλεως τὸ πῦρ ἐνεμήθη. Thucyd. Εμπιπρᾶσι τὰς οἰκίας τὰς ἐν κύκλῳ τῆς ἀγορᾶς, καὶ τὰς συνοικίας. Iſæus περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου, pro caupona poſuiſſe videtur, Τὴν δ᾽ ἄνθρωπον ταύτην καθίστησιν ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐν κεραμεικῷ συνοικίας τῆς παρὰ τὴν πυλίδα, οὗ ὁ οἶνος ὤνιος. Συνοικίζεσθαι etiam dicitur vrbs vna è pluribus facta, vt ſit potētior & validior, vt apud Thucydidem legitur, Συνοικίζουσι δὲ τὴν Λέσβον εἰς τὴν Μιτυλήνην βίᾳ, id eſt, ad obſidionem tolerandam omnes incolas in vrbem co-

Διοικίζειν. gunt. Cui verbo Διοικίζεσθαι opponitur. Eſt enim Διοικίζειν incolas & ha-



bitantes diſpergere. Ariſtotel. in v. Politicon, Καὶ τὸ κακοῦν τὸν ὄχλον, καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἄστεος ἀπελαύνειν, καὶ διοικίζειν, ἀμφοτέρων κοινὸν καὶ τῆς ὀλιγαρχίας καὶ τῆς τυραννίδος. Sic οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἐν Αρκαδίᾳ μεγάλην πόλιν διῴκισαν, ἵνα ἀσθενὴς γένοιτο. Διοικίζω Syneſ. pro diſſocio, & dirimo coniunctionem, diuido, diſgrego, Αλλ᾽ εἰ διῴκισα γράμμασι τοὺς συνημμένους τῇ διανοίᾳ, τοῦτο ἦν τὸ ὑπαίτιον, ſi diuiſiſſem ſeparatim ſcribendo. Alibi, Επεὶ δὲ διῳκίσθησαν οἱ βίοι, ὁ μὲν ἱερὸς, ὁ δὲ ἡγεμονικὸς ἀπεδείχθη. Iſocr. περὶ εἰρήνης, Τὴν δὲ γῆν τῶν Κορινθίων ἔτεμον, Μαντινέας δὲ διῴκισαν. Plato in Symp. Καὶ πρότερον, ὥσπερ λέγω, ἓν ἦμεν, νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἀδικίαν διῳκίσθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ Αρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων, diuulſi ſumus, & cōtubernium noſtrum diremptum. Διαδύεσθαι eſt detrectare munera, & tergi- Διαδύεσθαι.

uerſatione & fruſtratoriis dilationibus, & commentis forenſibus iudicia eludere, & cũctationibus ludificari. Διάδυσις fruſtratoria fugitatio cer- Διάδυσις.

tamen rectum legitimúmque detrectantis. Demoſth. Αποκρύπτεσθαι καὶ διαδύεσθαι, καὶ πάντα ποιεῖν ἐξ ὧν μὴ λειτουργήσεις, μεμάθηκας. Sic Lyſias, Διαδύεσθαι τὰς λειτουργίας. Idem Demoſth. ὑπὲρ στεφάνου, Καὶ τὸ δίκην δοῦναι διαδὺς, ἐξεπέμπετ᾽ ἂν ὑπὸ τούτου, pro effugere poſuit: vt Plato, Απορῶν ὅπῃ ποτὲ διαδύσεται, Incertus quanam potiſſimum effugeret. Significat & per mediam turbam elabi, & euadere. Plutar. de Clodio domi Cæſaris deprehenſo, Ο δὲ ἤλπιζε λήσεσθαι, διαδὺς πρὸς τὴν Πομπηΐαν μετὰ τῶν γυναικῶν. Ariſtoteles in primo de

Anima Διαδύνειν dixit, de atomis loquens, Διὰ τὸ μάλιστα διὰ παντὸς δύνασθαι Διαδύνειν.

διαδύνειν τοὺς τοιούτους ῥυσμοὺς, καὶ κινεῖν τὰ λοιπὰ, permeare, perlabi. Plut. in Demoſthene, Ως γοῦν ἐν ἡλικίᾳ γενόμενος, τοῖς ἐπιτρόποις ἤρξατο δικάζεσθαι, καὶ λογογραφεῖν ἐπ᾽ αὐτοὺς, πολλὰς διαδύσεις καὶ παλινδικίας εὑρίσκοντας, ἐγγυμνασάμενος, κατὰ τὸν Θουκυδίδην, ταῖς μελέταις, οὐκ ἀκινδύνως, οὐδ᾽ ἀργῶς κατευτυχήσας, ἐκπράξαι οὐδὲ πολλοστὸν ἠδυνήθη μέρος τῶν πατρῴων, Certè quidem vt primum tutelæ ſuæ facto per ætatem licuit, cum tutoribus experiri inſtituit, orationéſque aduerſus eos ſcribere: qui cum iterum ipſi atque iterum petitiones eius eluderent, è damnatis cauſis & emortuis rediuiuas controuerſias exuſcitantes, Demoſthenes interim declamitando, vt Thucydidis verbis vtar, exercitatus, hactenus profecit, & magno negotio, nec ſine diſcrimine, vt vel felicem actionum exitum adeptus, tamen ne quotamuis quidem partē patrimonii ab eis ſeruare potuerit. Διαδύεσθαι eſt detrectare certamē & iudicium, vel munus publicum. Vlpian. in tract. de adulter. Legis Iuliæ de adulteriis capite quinto ita cauetur, ne quis inter reos referat eum qui

ſine detrectatione Reipub. cauſa aberit, ἄνευ διαδύσεως ἀποδημήσει, ὃς ἀδι- Αδιεκδύτως.

εκδύτως ἀπέστη τῆς πολιτείας ἕνεκα, ὃς ἂν μὴ διαδυόμενος ἀπῇ, ὃς ἂν μὴ φυγοδικῶν ἀποδημῇ. Sic Papinianus, Prætorem pronunciare debere, qui ex iuſta cauſa, & qui detrectandæ libertatis cauſa abſit, ἐφ᾽ ᾧ διαδύεσθαι τὴν ἐλευθερίαν ὀφειλομένην, hoc eſt, affectata abſentia ad morandam libertatem. Plutarch. in Sertorio, Πλάνοις δὲ χρώμενος ἀεὶ καὶ κυνηγεσίοις ὁπότε σχολάζοι, πάσης διεκδύ-

σεως φεύγοντι, καὶ διώκοντι κυκλώσεως ἐμπειρίαν προσειλήφει. Διέκδυσιν vocat Διέκδυσις.

ambages fugæ & ſtrophas tergiuerſationum. Φυγοδικεῖν eſt huiuſcemo- Φυγοδικεῖν.

di detrectatione vti. Demoſth. Ως δ᾽ οὐκ ἀπήντων οὗτοι, ἀλλ᾽ ἐφυγοδίκουν, &c. Cui opponitur Αντιδικεῖν, hoc eſt, litiganti ſe opponere, certamē capeſſere.

Παλινδικεῖν. Παλινδικεῖν eſt controuerſiã iudicatam referre, quod interdum iuſtum eſt.
Herodian. de Gordiano, Αὐτός τε πᾶσαν πραότητα ὑπισχνεῖτο, συκοφάντας τε πάν-
Παλινδικία. τας φυγαδεύων, καὶ παλινδικίαν διδοὺς τοῖς ἀδίκως κατακριθεῖσι, τοὺς δὲ φυγάδας εἰς τὰς πα-
Ανάδυσις. τρίδας ἐπανάγων. Et Παλίνδικοι, οἱ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν δικαζόμενοι. Ανάδυσις etiã
Αναδύεσθαι. eſt fuga & ἀναφυγή. Theophr. Μία τῶν λυπηρῶν ἀνάδυσις θάνατος. Αναδύεσθαι
reſpuere, recuſare, fugere, detrectare. Plut. Πομπήϊος δὲ τὰς πολλὰς ἀνεδύετο
συνηγορίας. Greg. εἰς μέγαν βασιλ. Νόμος δὲ μαρτυρίας, μήτε ἐθελοντὰς πρὸς τὸν ἀ-
γῶνα χωρεῖν, μήτε προδόντας ἀναδύεσθαι. Significat & retractare & mutare quod
pactũ eſt. Lucia. Τοῦτο μὲν ἤδη ἀναδύῃ, καὶ ἀνακαλεῖς τὴν ὑπόσχεσιν. ὅθεν Ανάδυσις ἡ
Εξαναδύεσθαι. μετάγνωσις. Dicitur & Εξαναδύεσθαι. Plutarch. in Sertorio, Οὐ γὰρ εἶχεν ὁ Μέ-
τελλος ὅ,τι χρήσαιτο, προσπολεμῶν ἀνδρὶ τολμητῇ, πάσης ἐξαναδυομένῳ φανερᾶς μά-
χης, πᾶσαν δὲ μεταβαλλομένῳ μεταβολὴν εὐσταλείᾳ τῆς στρατιᾶς. Αναδύεσθαι etiã eſt
Εξανακολυμ- emergere & exiſtere, quod & Εξαναδύεσθαι dicitur, & Εξανακολυμβᾶν, & Ανα-
βᾶν. κύπτειν. Et Ανάδυσις emerſio. vt, Καρπαλίμως δ᾽ ἀνέδυ πολιῆς ἁλός, ἠΰτ᾽ ὀμίχλη,
Iliados primo. Et Αναδυομένη ἀφροδίτη in tabula Apellis. Αναδύεσθαι ſcate-
re, erumpere. Plutarch. de Pompeio, Οπου γὰρ ἄν, ἔφη, τῆς Ιταλίας ἐγὼ κρούσω πο-
δὶ τὴν γῆν, ἀναδύσονται καὶ ἱππικαὶ καὶ πεζικαὶ δυνάμεις. Αναδύω etiam eſt ἀνα-
Εκδύω, ἐκδύ- τέλλω orior. Αποδύεσθαι τὸ γῆρας, exuere ſenectutem. Εκδύεσθαι & ἐκδύειν,
νω, ἐκδύομαι. & ἐκδιδύσκειν. Plutarch. in Pomp. Καὶ θεία διαίτης κοινωνοῦντα ἐκδύεται τὸ ἄγριον
καὶ χαλεπόν, hoc eſt ἐξημεροῦται. Idem, Εἰ μηδέποτε παύσομαι στρατευόμενος, μηδὲ
δὲ τὸν φθόνον τοῦτον ἐκδύς, ἐν ἀγρῷ διαιτήσομαι μετὰ γυναικός, pro excutere à ſe.
Ariſtotel. Τῶν δὲ φωλευόντων ἔνιοι τὸ καλούμενον γῆρας ἐκδύουσιν. Et in octauo
Hiſtor. animal. Εκδύουσι δὲ τὸ γῆρας μάλιστα πάντων οἱ ὄφεις. Idem, Εκδύουσι δὲ καὶ
Αποδύομαι. οἱ ἔχεις τὸ γῆρας, οὐχ ὥσπερ τινές φασι, μὴ ἐκδύεσθαι μόνον τοῦτο τὸ γένος. Αποδύομαι
pro excutio, non ſuſcipio. Plato libro decimo de Repub. Οὐκοῦν, ἦν δ᾽ ἐγώ,
τά τε ἄλλα ἀπεδυσάμεθα ἐν τῷ λόγῳ, καὶ οὐ τοὺς μισθοὺς οὐδὲ τὰς δόξας δικαιοσύνης ἐ-
πηνέγκαμεν, ὥσπερ Ησίοδόν τε καὶ Ομηρον ὑμεῖς ἔφατε, id eſt, dicenda non duxi-
mus & explicanda nobis. Similia ſunt apud Tacitum, exuere obſequiũ,
exuere iuſtitium, exuere reuerentiam. Αποδύομαι etiam ſuſcipio ſigni-
ficat & aggredior, inſtituóque agere. Lucian. in Aſino, Αγε δὴ σύ, ἔγειρέ μοι
σεαυτόν, καὶ τέχνην εὕρισκε σοφήν, ἢ τεύξῃ τούτων ὧν ὁρᾷς, καὶ ἐπὶ τὴν θεράπαιναν τὴν
Παλαίστραν ἀποδύου, vbi Palæſtra nomen eſt ancillæ. Chryſoſt. περὶ ἱερωσύν.
Η δὲ παρθένος ἐπὶ μείζοσιν ἀπεδύσατο, καὶ τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν ἐζήλωσε, ad ma-
iora accingitur certamina, maiora meditatur. Greg. εἰς τὸν ἅγιον Κυπριανόν,
Οὐ γὰρ μικρὸν δύναται καὶ λόγος εἰς ἀνδρίας προσθήκην τοῖς ἀποδυομένοις πρὸς τὸ τῆς
ἀρετῆς στάδιον. ἀλλά, τοῖς ἐπαλειφομένοις εἰς μαρτύριον οὐ μικρὸν συμφέρει ἡ διὰ τῶν λόγων ἐπάρ-
σις καὶ προτροπή. Plut. de præceptis Politic. Οὐδὲ οὖν τούτου διαφέρουσιν οἱ πρὸς
πᾶσαν ἀποδυόμενοι τὴν πολιτικὴν πρᾶξιν, qui omnes partes Reip. ſuſcipiũt.
Tranſlatio eſt à luctationibus. Sic legendum apud Xenophontem in
OEcon. ἦ καὶ ταύτην οὖν, ἔφην ἐγώ, τὴν δικαιοσύνην σὺ ἀποδύῃ διδάσκειν; ag-
grederis & inſtituis docere. & Απόδυθι ἀττικῶς pro ἀπόδυσαι. Αποδύο-
μαι depono, exuo, excutio à me. Polyb. in quinto, Αθηναῖοι δὲ τὸν ἐκ μακε-
δονίας φόβον ἀπεδέδυντο, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔχειν ἐδόκουν ἤδη βεβαίως. Επαποδύομαι
etiam vt ἀποδύομαι pro accingor, hoc eſt aggredior, adorior. Plutarch. in



Marcello, Αλλ᾽ ὥσπερ ἐφεδρείαν εἰληφότας τοὺς γαλάτας, ὀρθῶς καὶ δικαίως ἀτρεμήσαν-
τας μαχομένων ἐκείνων, οὕτω τότε δὴ τοῖς νενικηκόσιν ἐπαποδύεσθαι. Chryſoſt. in pri. Επαποδύεσθαι.
ad Corinth. homilia ſexta decima, Τὸ γὰρ ἐν τῇ ἐκείνων μνήμῃ συνεχῶς ἀκούειν
τὴν κειμένην κόλασιν αὐτοῖς, ἀπαράδεκτον ποιεῖ τὸν ἔλεγχον, ἐπειδὰν τοῖς οἰκείοις αὐτῶν
ἁμαρτήμασιν ἐπαποδύηται. Dicitur etiã actiuè Εκδύω & ἀποδύω, ἐπὶ τοῦ ἀγῶ-
νος, vt Περιδύω, ἐπὶ λῃστείας. Εἰσδύειν & εἰσδύεσθαι ingredi, & Εἴσδυσις introitus. Εἰσδύειν &
Ariſtot. de Acanthyllide, Η δὲ νεοττία πέπλεκται ὥσπερ σφαῖρα λινῆ, ἔχουσα εἴσ- εἰσδύεσθαι.
δυσιν μικράν. Παρεισδύεσθαι eſt idem quod εἰσδύεσθαι, & Παρείσδυσις εἴσδυσις, Παρεισδύεσθαι.
vt εἰσέρχεσθαι παρεισέρχεσθαι. Theophraſt. in primo de Cauſis, de ſemine pal- Παρείσδυσις.
mæ loquens, Οὐκ ἔχει οὐδεμίαν ἔξωθεν παρείσδυσιν, οὔτε ἐν αὐτοῖς ὑγρότητα τὴν
διαφθερουμένην. Sæpe tamen pro irrepere ponitur, & fallere introeundo,
& ſeſe inſinuando: vt παρεισέρχεσθαι, παρεισπίπτειν, παρεισρεῖν, παρεισβάλλειν. Dicitur
& Παραδύεσθαι. Demoſth. de Philippo, Εγὼ δὲ τὴν εἰς Πελοπόννησον πρεσβείαν Παραδύεσθαι.
ἔγραψα, ὅτε πρῶτον ἐκεῖνος εἰς Πελοπόννησον παρεδύετο. Plato, Η γοῦν παρανομία αὐ-
τὴ ῥᾳδίως, ἔφη, λανθάνει παραδυομένη. Et Παράδυσις vt παρείσδυσις, quæ oppo- Παράδυσις.
nũtur διαδύσει καὶ διεκδύσει. Plut. in Apophth. Επειδὴ τὰ ἀρχαῖα νόμιμα ἐκδυό-
μενα ἑώρα, ἀλλὰ δὲ παραδυόμενα μοχθηρά. Υποδύεσθαι eſt ſurrepere & ὑπεισιέναι. Υποδύεσθαι.
Significat & ſubire, hoc eſt obire, ſuſcipere. Xenoph. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τῆς τιμῆς
ὀρεγόμενοι, πάντα μὲν πόνον ὑποδύονται, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομένουσιν. Et in tertio
παιδείας, Περιτρέψαι δὲ ὡς χρὴ ἐπαίνου ἕνεκα, πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπο-
δύεσθαι. Υποδύεσθαι vrinari. Lucian. Οὐκ οἶδ᾽ ὅπως βύθιος ὑποδύς, καθάπερ οἱ
λάροι. Υποδύεσθαι τὸν δία, τὸ ὑποκρίνεσθαι, καὶ εἰσέρχεσθαι, agere perſonam Iouis.
Ariſtot. in tertio τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ καὶ σοφισταὶ τὸ αὐτὸ ὑποδύ-
ονται σχῆμα τῷ φιλοσόφῳ. ἡ γὰρ σοφιστική, φαινομένη μόνον σοφία ἐστί, agunt & ſimu
lant. Υποδύεσθαι etiam colere & obſeruare obſequioſè ſignificat. Plutar-
chus in Pomp. de Cæſare loquens fautore legis Gabiniæ, quam populus
magno ſtudio ſciuerat, Πομπηΐου μὲν ἐλάχιστα φροντίζων, ὑποδυόμενος δὲ τὸν
δῆμον ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἑαυτῷ κτώμενος. Idem in præceptis politicis, Οἱ μὲν οὖν αὐ-
λικοὶ κόλακες, ὥσπερ ὀρνιθοθῆραι, μιμούμενοι τῇ φωνῇ καὶ συνεξομοιοῦντες ἑαυτούς, ὑπο-
δύονται μάλιστα, καὶ προσάγουσι δι᾽ ἀπάτης τοῖς βασιλεῦσι, inſinuantur in gratiam
regum & familiaritatẽ. Ενδύομαι ingredior. Plutarch. Κλέαρχος δὲ ὁ ποντι- Ενδύομαι.
κὸς τύραννος εἰς κιβωτὸν ἐνδυόμενος, ὥσπερ ὄφις ἐκάθευδε. Ariſtot. in primo de Ani
ma, Ωσπερ ἐνδεχόμενον κατὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς μύθους, τὴν τυχοῦσαν ψυχὴν εἰς τὸ τυ-
χὸν ἐνδύεσθαι σῶμα. In quo ſignificatu Xenophon datiuo iunxit. Plato in
1. de legibus pro ſubire, cum accuſatiuo, Ταύτῃ τὶς ἄνοια ἐκ νέων εὐθὺς ἐν-
δύεται ἕκαστον ἡμῶν τῶν περὶ ξένων τῇ πόλει. Xenoph. in ſecundo παιδείας, Ενδύεσθαι
ἑαυτὸν pro Induere ſe laqueis, vel retibus dixit, vt Cicero Latinè, vt in Ver-
rem, Sua confeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt. & in Academ. In
ipſum ſe induit quod timebat. Cæſar lib. VII. belli Gallici, Quini ordi-
nes vincti inter ſe atque impliciti erant: quò qui intrauerant, ſe ipſi acu-
tiſſimis vallis induebant. alibi, Seſe ſtimulis inopinantes induebant.
Δύειν & Δυνέειν καὶ Δύεσθαι de ſole dicũt. Lyſ. Ηλίου δεδυκότος ἰόντι ἐξ ἀγροῦ ἀπήντη- Δύειν, δυνέειν, καὶ
σα. AEſch. Περὶ ἡλίου δύνοντος. Athen. Εστιαῖος ἐκαυχᾶτο μήτε ἀνατέλλοντα μήτε κα- δύεσθαι.
ταδυόμενόν ποτε τὸν ἥλιον ἑωρακέναι. Alibi δυόμενον dixit. Ariſtot. in Problem. Οτι

ἐπὶ τοῖς ἄστροις δυομένοις ἢ ἐπιτέλλουσι μεταβάλλειν ὁ ἀὴρ εἴωθε. Æſch. κατὰ Τιμάρχ. Οἱ διδάσκαλοι ἀνοιγέτωσαν μὲν τὰ διδασκαλεῖα μὴ πρότερον ἡλίου ἀνιόντος, κλειέτωσαν δὲ μὴ πρότερον ἡλίου δυόντος. Δύειν actiuè, mergere, immergere. Theophr. Ταριχεύουσι γὰρ ξύλα, οὐκ ἴσῳ βάθει πάντα δύοντες τῆς θαλάττης, ἀλλὰ τὰ μὲν, πρὸς τῇ γῇ, τὰ δὲ μικρὸν ἀνωτέρω. Δύεσθαι mergi, ſidere. Idem, Πάντων δὲ τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν θᾶττον δύεται κατὰ τοῦ ὕδατος, καὶ ἐπινεῖ μᾶλλον, ſidunt & deorſum verſus fluitãt. Vnde Δύτης vrinator, id eſt ὕφυδρος ἢ βύθιος κολυμβητής. Herodot. in Vrania, ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ Σκυλλίης Σκιωναῖος, δύτης τῶν τότε ἀνθρώπων ἄριστος.

Δύτης.

Διωμοσία.
Ἀντωμοσία.
Διόμνυσθαι.

Διωμοσία iuſiurandũ eſt de calumnia, ὅρκος τοῦ διώκοντος. Ἀντωμοσία itidẽ, ſed à parte τοῦ φεύγοντος. Et Διόμνυσθαι & Ἀντόμνυσθαι verba. Διόμνυσθαι etiã dicuntur teſtes & quicunque iuſiurandum publicè præſtant. Lyſ. Ἀποδείξω ὡς οὐκ ἔνοχός εἰμι οἷς ὁ Σίμων διωμόσατο. Idem, Σεμνὸν καὶ μέγαν ὅρκον διαμοσάμενος. Demoſth. Ἐναντίον ὑμῶν διαμοσάμενος εἰπεῖν. Omnino hoc verbum deierare ſignificat, & interdum abiurare & inficiari. Idem, Οὔπω τοίνυν πολὺς χρόνος ἐστὶν ἐξ ὅτου ἐν τῷ δήμῳ διωμόσατο μὴ εἶναι αὐτῷ ἐφόδια τῷ γήρᾳ ἱκανά. Et in Æſch. Καταρώμενος καὶ διομνύμενος μηδὲν εἶναι αὐτῷ καὶ Φιλίππῳ πρᾶγμα. Ἀντομνύειν & Ἀντόμνυσθαι pro eodem dicitur, quaſi accuſationem exordiri, & crimen exponere. Demoſth. Γένει μὲν ὡς ἐγγυτέρω τις εἴη αὐτῶν οὐδ᾽ ἐπεχείρησεν οὐδεὶς ἀντομόσαι, hoc eſt, affirmare in iureiurando de calumnia præſtando. Iſocrat. περὶ τοῦ ζεύγους, de actoribus dixit, Τὰς δὲ κατηγορίας ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων ποιοῦνται, καὶ πλείω χρόνον διατρίβουσι τὸν πατέρα μου διαβάλλοντες, ἢ περὶ ὧν ἀντώμοσαν διδάσκοντες. Iſæus de actore & reo viciſſim iurantibus, Ἔδοξε δὲ ἡμῖν λαχεῖν τοῦ κλήρου κατ᾽ ἀγχιστείαν, καὶ λαχόντων τὸ μέρος ἕκαστος. μελλόντων δ᾽ ἡμῶν ἀντόμνυσθαι, διεμαρτύρησεν ὁ Λεωχάρης οὑτοσί, cum ad calumniæ iuſiurandũ ventum eſſet. Laërtius in Socrate, de accuſatoribus eius loquẽs, ἡ δ᾽ ἀντωμοσία τῆς δίκης τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον, Τάδε ἐγράψατο καὶ ἀντωμολογήσατο Μέλιτος Μελίτου Σωκράτει Σωφρονίσκου, ἀδικεῖ Σωκράτης οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων.

Ἀντομνύειν καὶ Ἀντόμνυσθαι.

Κατόμνυσθαι.

Κατόμνυσθαι etiã paſſiua voce dicitur. Pauſ. in primo Eliacon, περὶ τούτῳ καθέστηκε τοῖς ἀθληταῖς, ἐπὶ κάπρου κατόμνυσθαι τομίων, μηδὲν εἰς τὸν ὀλυμπίων ἀγῶνα ἔσεσθαι παρ᾽ αὐτῶν κακούργημα. οἱ δὲ ἄνδρες οἱ ἀθληταὶ καὶ τόδε ἔτι προσκατόμνυνται, δέκα ἐφεξῆς μηνῶν ἀπηκριβῶσθαι σφίσι τὰ ἐς ἄσκησιν. Idem in ſecundo eorundem, Ὡς δὲ εἶδε, τὰ μὲν πρῶτα ἐς οἶκτον, δεύτερα δὲ ἀφίκετο καὶ ἐς ἔργα αὐτῆς, καὶ ἡ παῖς συνοικήσειν κατώμνυτο αὐτῷ σώσαντι αὐτήν. Ἀπομόσαι & Ἀπομόσασθαι eſt abiurare & inficiari. Demoſth. πρὸς Ἄφοβον, Προομόσαντος δέ μου τὸν ἄνθρωπον ἐλεύθερον εἶναι, ἂν ἀπομόσῃς τἀναντία τούτων, ἀφίημί σοι. Plutarch. in Polit. præceptis, Ταῦτα μὲν ἴσως τοῖς βαναύσοις τοῖς τὸ δύνασθαι λέγειν ἀπομνυμένοις δοτέον ἀποδιδράσκειν. Lyſ. Ἐν τούτῳ γὰρ τῷ σανιδίῳ πολλοὶ μὲν τῶν ὁμολογούντων ἱππεύειν, οὐκ ἔνεισιν, ἔνιοι δὲ τῶν ἀπομνυόντων ἐπιγεγραμμένοι εἰσί. Eſt etiam Ἀπομόσαι & Ἀπομόσασθαι, τὸ μεθ᾽ ὅρκου ἀποβάλλειν. vt ἀπομόσαι τὴν ἀρχὴν, hoc eſt eiurare magiſtratum, & cum iureiurando deponere. Herodian. Εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν περιτιθέασιν, ἔνθα οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες ἀπόμνυνται; id eſt, abdicant ſe magiſtratibus. Libanius περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης, Τούτοιν ὁ μὲν ἐν ἀρχῇ τὸν βίον κατέλυσεν, ὁ δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπομοσάμενος. Plutarchus in Cicerone Ἀπομόσασθαι τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν ὑποπόρφυρον καταθέσθαι dixit, quod etiã Ἐξομόσασθαι dicitur. Plin. in Epiſt.

Ἀπομνύναι.
Ἀπόμνυσθαι.





Eiurato magiſtratu priuatum me facere, Græcorum imitatione dixit. Ἐξωμοσία eſt παντελὴς ἄρνησις μεθ᾽ ὅρκου. Ἐξομόσασθαι cũ iureiurando aliquid excuſare, aut detrectare & recuſare: de quo verbo ſatis in ſuperioribus dictum eſt: ex cuius imitatione Cicero Eiurare iniquum iudicem dixit, vt nos in Pandectas ſcripſimus, vt Demoſthenes περὶ παραπρ. Ἐγὼ μὲν παρελθὼν ἐξωμοσάμην εὐθέως. Ὑπωμοσία quid ſit alibi dictum eſt. Apud Ciceronem in prima epiſt. ad Atticum, legendum puto, Aquilium non arbitramur, qui denegat: eiurauit morbum.

Ἐξωμοσία.
Ἐξόμνυσθαι.

Διαγράφειν eſt ἀκυροῦν, hoc eſt abrogare, antiquare, abolere, inducere, quod etiã circũducere dicitur. Et Διαγραφή, ἀναίρεσις, antiquatio & peremptio rei cœptæ vel iam peractæ. Demoſth. Ψηφισαμένων δὲ ταῦτα τῶν δικαστῶν, διέγραψεν ὁ ἄρχων κατὰ τὸν νόμον τὴν τουτουὶ ἀμφισβήτησιν. διαγραφείσης δὲ ταύτης, ἐξ ἀνάγκης ἦν μοι ἐκλιπεῖν τὴν τοῦ ἐπικλήρου ἀμφισβήτησιν, Hoc cum cenſuiſſent Iudices, archon qui iudiciorum arbiter eſt & moderator, circunduxit & ex actis exemit iſtius actionem. Ariſtoph. Ἥδομαι ὅτι πεντετάλαντός μοι διαγέγραπται δίκη. ac ſi diceret, Gaudeo quod ab inſtantia huius actionis abſolutus ſum. Quæ dictio manauit à tabulis actuariorum & ſcribarum, in quibus cauſarum & litium conteſtationes perſcribebantur, vt hodie fit. Quin & accuſator Διαγράψασθαι τὴν κατηγορίαν dicitur, ὅτε οὐκ ἐπέξεισι, quando non inſtat accuſationi inſtitutæ. quod re integra olim licebat, hoc eſt πρὶν εἰσελθεῖν. Ἀναιρεῖν τὸ ἔγκλημα pro eodem dicitur. Et Ἐξεσμένον ἔγκλημα dicitur ἡ διαγεγραμμένη δίκη, ἡ ἀνῃρημένη δίωξις, hoc eſt, interlita lis & inducta. Et Κατεξυσμένον & Ἀπαληλιμμένον ἔγκλημα, obliterata intentio, vel iudicium obliteratum & circũductum. Et Διάγραπτος δίκη. Διαγράφειν etiam deſcribere ſignificat & deliniare. Plato lib. VI. de Rep. Καὶ ἀπιστήσουσιν ἡμῖν λέγουσιν ὡς οὐκ ἄν ποτε εὐδαιμονήσειε πόλις, εἰ μὴ αὐτὴν διαγράψαιεν οἱ τῷ θείῳ παραδείγματι χρώμενοι ζωγράφοι. Et Διαγραφή deſcriptio. Idẽ, Ἀλλὰ δὴ τίνα λέγεις τρόπον τῆς διαγραφῆς; pro quo paulo pòſt Ὑπογράψασθαι dixit. Διαγράφειν etiam conſcribere & καταλέγειν ſignificat & deligere, vt Διαγράφειν τοὺς στρατιώτας, τὸ διαλέγειν τοὺς ἐπιτηδείους, delectum habere militum. Significat & diſtribuere, & diplomatibus publicis largiri & diuidere. Plutarch. Καὶ Λεύκολλος μὲν διέγραψε χώρας τῆς αἰχμαλώτου, καὶ δωρεὰς ἄλλας οἷς ἐβούλετο. Διάγραμμα interdum ſignificat διάταγμα, & quaſi πρόγραμμα, edictum. Appia. in quinto τῶν ἐμφυλίων, Χρημάτων δὲ ἐς τοῦτον τὸν πόλεμον οὐκ ὄντων, προὐτέθη διάγραμμα εἰσφέρειν ἐπὶ τοῖς θεράπουσι τοὺς κεκτημένους, ὑπὲρ ἑκάστου τὸ ἥμισυ τῶν πέντε καὶ εἴκοσι δραχμῶν ὡρισμένων ἐς τὸν πόλεμον τὸν κασσίου τε καὶ βρούτου. Plutarch. in Cicerone, Διάγραμμα προὔθηκεν εἴργειν πυρὸς καὶ ὕδατος τὸν ἄνδρα. Interdũ deſcriptam tabellam, & deſcriptam formam in ſcientiis demonſtratiuis, quæ elementis conſtãt, quales apud Euclidem extant, & quale illũd diagramma arithmeticum, atque (vt opinor) Pythagoricũ dictum, quadrata forma cõſtitutum, quod eſt apud Boëthium libro primo Arithmeticæ. Ariſtot. περὶ προτέρου in prædicamentis, Ἔν τε γὰρ ταῖς ἀποδεικτικαῖς ἐπιστήμαις ὑπάρχει τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον τῇ τάξει. τὰ γὰρ στοιχεῖα πρότερα τῶν διαγραμμάτων τῇ τάξει, καὶ ἐπὶ τῆς γραμματικῆς τὰ στοιχεῖα πρότερα τῶν συλλαβῶν. Elemẽ-

Διαγράφειν.
Διαγραφή.
Διάγραμμα.

Στοιχεῖα.

ta ſunt punctum, linea, ſuperficies, & ſimilia, quæ principia ſunt geometriæ. Philopo. Στοιχεῖα δ' ἐστὶ τοῦ γεωμέτρου γραμμαί, σημεῖα, ἐπίπεδα, γωνίαι, κύκλοι, καὶ τὰ τοιαῦτα: quæ inter ſe coagmentata efficiunt theoremata ſcientiarum. Ariſtot. in primo poſt. analyt. Μία δὲ ἐπιστήμη ἐστὶν ἡ ἑνὸς γένους, ὅσα ἐκ τῶν πρώτων σύγκειται, καὶ μέρη ἐστὶ τούτων, ἢ πάθη καθ' αὑτά. ἑτέρα δὲ ἐπιστήμη ἐστὶν ἑτέρας, ὅσων αἱ ἀρχαὶ μήτε ἐκ τῶν αὐτῶν, μήθ' ἕτεραι ἐκ τῶν ἑτέρων. quibus verbis notam dat qua dignoſci poteſt vtrum vna ſit ſcientia, nécne. Vna eſt enim, inquit, quæ in vno genere verſatur, & ea contemplatur quæ ipſi generi per ſe inſunt. Circa autē vnū genus occupatæ ſunt quæ iiſdē principiis vtūtur: vt verbi gratia Geometria & Stereometria & Optice vnum genus eſt, & vna ſcientia. Communia enim habent principia & elementa, ex quibus demonſtrationes conſtant. Partes autem elementorum vocat Ariſtoteles, quale eſt hemicyclium & quadrangulum dimidiatum, vel trigoni ſegmenta per diametrum. Πάθη autem ſunt vt linearum reflexiones, lineæ incidentes vel coëuntes, & ſimilia. At verò quæ iiſdem principiis non vtuntur, vna eſſe ſcientia non poſſunt, duntaxat niſi alterius theorematis altera pro principiis ſuis vtatur, vt in Optica & Geometria contingit: quod ipſe dixit, Ὅσων αἱ ἀρχαὶ μήτε ἐκ τῶν αὐτῶν, μήθ' ἕτεραι ἐκ τῶν ἑτέρων. Optice enim pro principiis ſuis ſumit theoremata in Geometria ex principiis propriis demonſtrata. Διαγράμματα vero ſunt ipſa theoremata, circa quorum demonſtrationem geometria eſt occupata, quæ elementis compoſita ſunt: vt in grammatica ſyllabis conſtant dictiones, & ſyllabæ elementis, & dictionibus oratio. Xenoph. in quarto ἀπομνημονευμ. Αὐτίκα γεωμετρίαν μέχρι μὲν τούτου ἔφη δεῖν μανθάνειν, ἕως ἱκανός τις γένοιτο, εἴ ποτε δεήσειε, γῆν μέτρῳ ὀρθῶς ἢ παραλαβεῖν, ἢ παραδοῦναι, ἢ διανεῖμαι. τὸ δὲ μέχρι τῶν δυσξυνέτων διαγραμμάτων γεωμετρεῖν μανθάνειν, ἀπεδοκίμαζε. Vnde διαγράμματα χαλδαϊκὰ à Plutarcho quodā loco dicta ſunt quæ προγνωστικὰ vulgò vocātur. Eſt etiā διάγραμμα perſcriptio & breuiarium, qualia ſunt quæ ad collationes publicas fiunt, cum ex cenſu εἰσφοραὶ deſcribuntur, vt auctor eſt Suidas. Διαγραφὴ etiam & διάγραμμα ſignificat id quod Cicero ſcripturam vocat, hoc eſt publicanorū acta & perſcriptiones. Demoſthenes κατ' Εὐέργου pro breuiario & indice poſuit, Δεομένων τούτων καὶ ἱκετευόντων, καὶ τὸ διάγραμμα τῶν σκευῶν ἀποδιδόντων, His ſuppliciter obſecrantibus, ac breuiarium indicémque vaſorum nauticorum reddere ſe cupere aientibus. quæ vaſa erant publica. Plutarchus in Marcello διάγραμμα dicit eſſe quod Latinè edictum dicitur.

Διαχειροτονεῖν.

Διαχειροτονεῖν eſt duarum rerum propoſitarum diſceptationem conſtituere atque diiudicare in concilio aut concione, vbi multitudo eſt cenſentium. Demoſth. κατ' Εὐέργου, Καὶ ἐπειδὴ ἐν τῇ διαχειροτονεῖν ἦν ἡ βουλή, πότερα δικαστηρίῳ παραδοίη, ἢ ζημιώσειε ταῖς πεντακοσίαις ὅσου ἦν κυρία κατὰ τὸν νόμον, δεομένων τούτων καὶ ἱκετευόντων, καὶ τινὰ οὐ προσπεμπόντων, συνεχώρησα, & reliqua, Et quidē cum diſceptatio in curia propoſita eſſet, ſuffragiúmque ea de re ferendum, vtrum ad iudicium reiiciendum eſſet hoc crimen, vtpote cuius pœna maior erat cognitione curiæ quingētorum: an potius quingentis dra



chmis reum damnarent, quatenus cum maxime, mulctare curia poterat, ego permiſi, & cætera. Idem κατὰ Τιμοκράτ. Καὶ πρῶτον μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐποίησε διαχειροτονίαν, πότερον εἰσοιστέος ἐστὶν ὁ νόμος καινός, ἢ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ κείμενοι, Leges hanc diſceptationem arbitratus noſtri fecerunt, vtrum lex noua ferenda ſit, an iam latæ ſufficiant. Hoc loco Διαχειροτονία eſt diiudicatio & διάκρισις τῆς ἐν πλήθει γινομένης χειροτονίας. & διαχειροτονεῖν ἐν τῷ κατὰ Νέαιραν, Καὶ ἐξενήνοχε προβούλευμα εἰς τὸν δῆμον, λέγον διαχειροτονῆσαι τὸν δῆμον εἴτε δοκεῖ τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι, εἴτε θεωρικά. Χειροτονεῖν eſt ſciſcere, iuberéque, vt Latini loquuntur, & magiſtratum creare. Et Χειροτονία plebiſcitum & ψήφισμα, à manuum ſublatione dictum. Idem, Ὁ δῆμος τὰς ἐμὰς γνώμας περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως ἐχειροτόνει, id eſt, ſcito ſuo probauit & iuſſit. Idem κατὰ Τιμοκράτ. Χειροτονῆσαι τοὺς νομοθέτας dixit, pro ψηφίσασθαι, verba legis recitans, Ὁπότερον δ' ἂν τῶν νόμων χειροτονήσωσιν οἱ νομοθέται, τοῦτον κύριον εἶναι, vtram legem probarint. Χειροτονία etiam pro ſuffragio ponitur. Thucydid. Ἐγένοντο δὲ ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀγχώμαλοι, ἐκράτησε δὲ ἡ τοῦ Διοδότου, de ſeruandis ſcilicet Mitylenæis, id eſt, penè adæquarunt ſuffragia populi in vtrāque ſententiam. Licet Ἀγχώμαλοι, vt alibi diximus, ſint ad verbum παρὰ μικρὸν ἴσοι. Plutarch. in Cæſare, ἦν δὲ καὶ τὸ τῶν πεζῶν πλῆθος οὐκ ἀγχώμαλον, ἀλλὰ τετρακισμύριοι προσετάττοντο δισμυρίοις. Διαχειροτονίαν διδόναι dicebant pro eo quod eſt populum in ſuffragia mittere, hoc eſt, rogationem, vel rem de qua conſulitur, populi ſuffragiis permittere. Demoſth. κατ' Ἀνδροτίω. Πρῶτον μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς, καὶ ὁ τοῦτ' ἐπιψηφίζων ἐπιστάτης ἥρπων, τὸ διαχειροτονίαν ἐδίδοσαν, ὅτῳ δοκεῖ δωρεᾶς ἀξίως ἡ βουλὴ βεβουλευκέναι, καὶ ὅτῳ μή. καίτοι τούς γε μὴ αἰτοῦντας, μηδ' ἀξιοῦντας λαβεῖν, τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἐπερωτᾶν προσῆκε. Verba ſunt accuſantis rogationē Androtionis, qui cum eſſet προστάτης τῆς βουλῆς, tulerat vt curia corona donaretur, ob id quòd ipſe eam commodè cōſuluiſſe populo Athenienſi diceret, populúſque eam rogationem iuſſit. Primum (inquit) huius auctor ſuaſórque ψηφίσματος princeps Senatus præſidéſque populum in ſuffragium miſerunt, atque vnumquenque ſuffragio ſuo cenſere permiſerunt, rectè nécne curia éque Rep. conſuluiſſe ei videretur, eóque nomine coronā meruiſſe. Qui ſi nec petendū id à populo exiſtimabant, nec dignam curiam quæ eo præmio donaretur, de eo vtique populum rogare omnino non oportebat. Hoc Ψῆφον ἀναδιδόναι Plutarch. in Graccho dixit. Hîc obiter adnotandum, quòd curiæ duæ erant Athenis: vna erat Areopagitarum ἀδιάδοχος & perpetua, de qua in Annotationibus olim diximus. Altera erat quingenaria, ἡ τῶν πεντακοσίων, & annuum munus erat. Hæc rebus adminiſtrandis conſtituendíſque vacabat & præerat; vt Romæ Senatus. At verò quoniam ægrè tanta multitudo cogitur, & de rebus adminiſtrandis conſultandíſque eodem conuenit: ideo in decem claſſes quinquagenarias curia diuidebatur, quot tribus erant Athenis: ad hoc enim quinquagenos vnaquæque tribus deſignabat. Quo fiebat vt cuiuſque claſſis imperium dierum eſſet quinque & triginta. viciſſim enim imperabant claſſes. Et annus Athenienſium erat dierum quatuor & quinquaginta ſupra trecentos, quoniam menſes

Marginal notes: Διαχειροτονία. — Χειροτονεῖν. — Ἀγχώμαλοι. — Διαχειροτονίαν διδόναι. — Βουλαὶ δύο. — *Annus & menſis Athenienſiū.*

l.ii.

*Intercalatio.*

ipſi ſuos lunari curſu metiebantur. Et quod deerat dierum ad annum iuſtum, ſolarémque rationem, id intercalatione ſupplebatur. Rurſus cum rerum adminiſtratio & conſtitutio non facilè & commodè quinquagenûm hominum arbitratu expediretur, numeroſóq; imperio, idcirco moris fuit vt illi quinquaginta ſortito inter ſe compararent, penes quos eorum denos, in dies ſeptenos ſumma eſſet imperii: ita vt in orbem imperitandi vices procederent vſque ad finem anni. Porrò autem cum hac ratione deni homines in dies ſeptenos imperium ſummum in conſilio publico haberent, inter ſe rurſus vnum decuriæ principem ſortiebantur, penes quẽ (vt ita loquar) imperii huiuſcemodi faſces eſſent: erátque diurnum huiuſcemodi imperium, decuriǽque principatus. Verùm cum dies ſepteni tantùm eſſent imperii cuiuſque decuriæ, eueniebat vt terni homines quibus ſors nõ ceſſiſſet, faſciũ expertes eſſent, cũ ſepteni dies denis hominibus ſigillatim non ſufficerent.

*Quinquagenaria claſſis. Πρυτάνεις.*

At verò quinquagenaria claſſis, quæ in dies quinque & triginta imperii ſummam obtinebat, Πρυτάνεις vocabantur, à quibus Πρυτανεύειν verbum deductum eſt, quod regere & moderari, adminiſtrare & condere ſignificat, & pro imperio conſtituere.

*Πρυτανεῖαι.*

Πρυτανεῖαι autem ſunt diuiſiones decem ſupradictæ, in quas annum partiebantur. Demoſth. περὶ στεφάνου, Τῆς δὲ ἀναγορεύσεως ἐπιμεληθῆναι τὴν πρυτανεύουσαν φυλὴν, καὶ τὸν ἀγωνοθέτην, id eſt, eam tribum cuius tum erit imperium. Πρυτάνεις in plurali τοῖς πρυτανεῦσιν & πρυτάνεσιν facit. Iſocr. Καὶ τοῦ πολέμου κύριος ἐγένετο, καὶ τὴν εἰρήνην ἐπρυτάνευσε, pro poteſtate pacem firmauit & confecit.

*Πρυτανεύειν.*

Demoſth. ἐν τῷ περὶ τῶν Ῥοδίων, Φανήσεται δὲ ὁ μὲν πρυτανεύσας ταῦτα, καὶ φίλος εἶναι φάσκων Ῥοδίων Μαύσωλος, τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν ἀφῃρημένος, id eſt, qui harum rerum tranſactor & ſummus adminiſter fuit. Idem ἐν τῷ τρίτῳ τῶν κατὰ Φιλίππ. Συστραφέντες δὲ ἄνθρωποι πολλοὶ, καὶ χορηγὸν ἔχοντες Φίλιππον, καὶ πρυτανευόμενοι παρ᾽ ἐκείνου, ἀπάγουσι τὸν Εὐφραῖον εἰς τὸ δεσμωτήριον, ὡς συνταράττοντα τὴν πόλιν, id eſt, ſuppeditatorem & altorem habentes Philippum, & omnia ſumminiſtrantem. Tranſlatio eſt ab iis qui in Prytaneo publicè alebãtur. Ariſtophan. ἀχαρν. Μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὐ σιγήσομαι, ἢν μὴ περὶ εἰρήνης πρυτανεύητε, id eſt, conſulteris, conſilia agitetis, & de pace agatis, χρηματίζητε, πράττητε. ideò dictum, ὅτι πάντα διὰ τῶν πρυτάνεων διεπράττοντο. Sic Grego. ἐν τῷ προτέρῳ τῶν στηλιτ. Τυχὸν κἀκεῖνον ἐπισχεθῆναι τῆς ἀσεβείας διὰ τούτων ἐπρυτανεύετο. πολλαῖς γὰρ καὶ παραδόξοις ὁδοῖς σωτηρίας οἶδε τὸ θεῖον καινοτομεῖν, Fortaſſe & his hoc agebatur diuinitus, vt ille ab impietate reuocaretur. Syneſ. Ἐῤῥωμένως διαβιῴης, φιλοσοφίας εὐθυμίαν πρυτανευούσης ἀκύμονα, regente & tuente.

*Οἱ δέκα. Πρόεδροι. Ἐπιστάτης.*

Οἱ δὲ δέκα, hoc eſt decemuiri, ſeptenos dies imperantes, Πρόεδροι appellantur apud oratores. Ille verò vnus qui decemuiris præerat, ἄρχων ἐφήμερος ſcilicet, Ἐπιστάτης dicitur, vt in loco ſuprà citato, ὁ τοῦτ᾽ ἐπιψηφίζων ἐπιστάτης. Qui ob id diurnum imperium tantùm habebat, quòd claues arcis & ærarii penes eum eſſent. Nam ſi diutius imperium huiuſcemodi habuiſſet, ſollicitare ciuitatis ſtatum potuiſſet, tyrannidémque affectare.

*Διαψηφίζεσθαι.*

Διαχειροτονεῖν, vt dictum eſt, per manuum ſublationem ſciſcere eſt: quod differre ἀπὸ τοῦ διαψηφίζεσθαι eo puto, quòd



ἡ διαψήφισις fiebat calculis in hydriam & ſitellam coniectis, hoc eſt, τῶν ψήφων εἰς τὸν καδίσκον ἐμβεβλημένων. Plato lib. xi legum, de denunciatione teſtimonii loquens, Ἐὰν δέ τις τινὰ δικάζοντα ἀναστήσηται μάρτυρα, μαρτυρήσας μὴ διαψηφιζέσθω περὶ ταύτης τῆς δίκης, Si quis quẽquam iudicum excitet ad dicendum teſtimonium, & ille exurgens teſtificetur, poſtea non ſedeat inter iudices, & calculum eadem de re non ferat, ſententiam ne dicat, id eſt μὴ διαδικαζέτω. Demoſth. πρὸς Εὐβουλίδην, Καὶ τῶν μὲν δημοτῶν οἱ ὀμόσαντες ἐγενόμεθα τρεῖς καὶ ἑβδομήκοντα, ἠρξάμεθα δὲ τοῦ διαψηφίζεσθαι δείλης ὀψίας. ὥστε συνέβη ἡνίκα τοὐμὸν ὄνομα ἐκαλεῖτο, σκότος ἤδη εἶναι. καὶ γὰρ ἦν περὶ ἑξηκοστὸν, καὶ ἐκλήθην ὕστατος τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ κληθέντων. Ex quibus verbis intelligendum datur, ſingulos ἐν τῇ διαψηφίσει citari ſolitos vt calculum ſuum ferrent, cum prius iurati eſſent, vt iudices rei diſceptatæ futuri. Erat autem controuerſia peregrinitatis, quæ ei obiecta erat cui Demoſthenes orationem ſcripſit. Aiebat enim accuſator dolo eum in ciuitatem irrepſiſſe, cum nec ciuis eſſet, nec ciuitatis iure præditus, ὅτι λάθρα τῶν ἱερῶν καὶ τῶν κοινῶν μετεσχήκει ξένος ὤν.

*Διαψήφισις.*

Συντάγματα ſunt, quæ non ex tempore & ſine cura ſcripta ſunt vt ὑπομνήματα, ſed quæ dictionem habent compoſitioni congruam, & capitum diuiſionem rectè atque ordine digeſtam. Καὶ τῶν μὲν συνταγματικῶν, τὰ μὲν, διαλογικά· τὰ δὲ, αὐτοπρόσωπα.

**Αὐτοπρόσωπα.**

Αὐτοπρόσωπα ſunt, in quibus auctor ex perſona ſua docet, nulla perſona extrinſecus aſſumpta.

**Ἀκροαματικά.**

Et huiuſmodi ſunt τὰ Ἀκροαματικά, quæ ideo ſic vocātur quaſi diſciplinaria, quòd & ſuis & iuſtis diſcipulis ſcribebantur ab auctoribus cuiuſq; ſectæ, id eſt, τοῖς γνησίοις ἀκροαταῖς, vel, ὅτι πρὸς τοὺς γνησίους καὶ σφετέρους ἀκροατὰς τὸν λόγον ἐποιοῦντο.

**Διαλογικά.**

Διαλογικὰ ſunt, in quibus perſonæ introducuntur, vt ἐν τοῖς τοῦ Πλάτωνος διαλόγοις, ita vt quæ ſcribuntur, perſonarum potius auctoritate quàm ſcribentis nitantur. Et hæc ἐξωτερικὰ ἐκάλουν, quia ad vulgi vtilitatem & inſtitutionem ſcribebantur, non ad lectorum tantùm diſcipulorúmque ſcribentis & familiarium. Οἱ ἐκτὸς λόγων ὄντες (vt id obiter dicatur) dicuntur homines illiterati, & literarum expertes: quemadmodum οἱ ἐντὸς, literati & periti. Plutar. in Homerum, Τοῦ δὲ πολιτικοῦ λόγου ἔχεται καὶ ἡ τῶν νόμων ἐπιστήμη, καὶ οὐ δὲ ταύτης ἐκτὸς τὸν Ὅμηρον εὑρίσκομεν ὄν. Idem alibi, Ὁ δὲ πολιτικὸς λόγος ἐστὶν ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, ἧς ἐντὸς Ὅμηρος πρῶτος γέγονεν, ὡς φαίνεται. Et rurſus alibi, πλὴν εἴ τις ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἀκριβῶς ἐπιλέγοιτο, φανεῖται πάσης ἐπιστήμης λογικῆς καὶ τέχνης ἐντὸς γενόμενος, id eſt compos & præditus. Ex eo, vt videtur, ſermo tractus, quòd ἐντὸς βελῶν εἶναι dicitur, qui intra teli iactum eſt: & ἐκτὸς βελῶν, qui extra. Xenoph. in tertio τῆς παιδείας, Ἕως δ' ἔτι ἔξω βελῶν ἦσαν, παρηγγύα ὁ Κῦρος σύνθημα Ζεὺς σύμμαχος. quo modo Liuius & alii noſtri vtuntur.

**Λόγος.**

Λόγος etiam diſceptatio & diſputatio. Theophraſt. Πλείων γὰρ ὁ λόγος, καὶ ἔχων τινὰ ἀπορίαν, ποῖα θερμὰ καὶ ψυχρὰ, καὶ τοῖς ποίοις διαιρετέον. Et in quarto de Cauſis, Ἄτοπον δὲ, καὶ λόγου δεόμενον, εἰ καὶ τὸ λίνον ἐξαιροῦται· μεγάλη γὰρ ἡ διάστασις, Abſurdum autem, & multæ diſputationis indigens, quòd non modò triticum, ſed etiam linum in lolium degenerat.

**Ἐξαιροῦσθαι. Ἐξαεροῦσθαι.**

hoc enim ſignificat ἐξαιροῦσθαι, τὸ εἰς αἶραν ἐξίστασθαι. Idem, Μόνα γὰρ ταῦτα ἐξαιροῦνται πυρὸς καὶ κριθή. Ἐξαεροῦσθαι verò eſt in aërem verti, vt ἐκπνευμα-

τοῦ ῥαθαι apud Ariſtotelem in Problematis. Λόγος liber, vt λόγοι συνταγματικοὶ, & λόγοι ἀκροαματικοὶ, vt dictum eſt. Gal. Κατὰ τὸν ἕβδομον λόγον, id eſt libro ſeptimo. Alibi ἕβδομον γράμμα dixit. Κατὰ πρῶτον λόγον cum dicunt, ſigni-

Κατὰ πρῶτον λόγον, καὶ δεύτερον.

ficant primaria ratione & cauſa, & per ſe. Κατὰ δεύτερον λόγον, ſecundaria, & per accidens. Alex. Aphrodiſeus in primo Probl. Ἐὰν μὲν οὖν ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ ἀμέσως ποιῇ, κυρίως λέγεται καὶ κατὰ πρῶτον λόγον ποιεῖν. vt farina ordeacea cum ſit frigida, tamen diſcutit τὰς φλεγμονὰς, οὐ τῷ ψύχειν, ἀλλὰ τῷ ῥύπτειν. μετέχει γὰρ ῥυπτικῆς δυνάμεως, id eſt καθαρτικῆς, cum alioqui frigida contraria ſint diſcutientibus. Diſcutit enim illa farina κατὰ δεύτερον λόγον καὶ κατὰ συμβεβηκός. Λόγος Dei filius dicitur: quod verbũ Cyprianus his verbis enarrauit, Indulgentiæ igitur huius & gratiæ arbiter & magiſter, ſermo & filius Dei mittitur, qui per prophetas omnes illuminator & doctor humani generis prædicabatur. Hic eſt virtus Dei: hic ratio: hic ſapientia eius & gloria. Lactantius libro quarto, Sed melius Græci λόγον dicunt quàm nos verbũ, ſiue ſermonem. Auguſtin. in libro de incarnatione verbi, Deus pater (inquit) præſtat omnibus vt ſint: participatio autem Chriſti, ſecundum id quod verbum vel ratio eſt, facit ea eſſe rationabilia. ex quo conſequens eſt vt vel laude digna ſint vel culpa, quia virtutis & malitiæ ſunt capacia. Cum verò primò vt ſint, habeant ex patre: ſecũdò vt rationabilia ſint, habeant ex verbo, tertiò vt ſancta ſint, habẽt ex ſpiritu ſancto. Περὶ λόγου, id eſt de verbo & filio Dei, Plato Epinomide, poſtquam genera deorum & animalium poſuit, Nullus (inquit) eorum contemnẽdus eſt, cuius motus cæleſtis aliquid ad ornatum vniuerſi conferat. quem mundum, ὃν κόσμον ἔταξε λόγος ὁ πάντων θειότατος, ὁρατόν. ὃν ὁ μὲν εὐδαίμων, πρῶτον μὲν ἐθαύμασεν, ἔπειτα δὲ ἔρωτα ἔσχεν τοῦ καταμαθεῖν ὁπόσα θνητῇ φύσει δυνατὰ, ἡγούμενος ἄριστ' οὕτως εὐτυχέστατα τὸν διάξειν τὸν βίον, τελευτήσας τε εἰς τόπους ἥξειν προσήκοντας ἀρετῇ. καὶ μεμυημένος ἀληθῶς τε καὶ ὄντως, μεταλαβὼν φρονήσεως εἷς ὢν μιᾶς, τὸν ἐπίλοιπον χρόνον θεωρὸς τῶν καλλίστων γενόμενος ὅσα κατ' ὄψιν, διατελεῖ. quibus verbis nihil diuinius dici potuit. Quem mundum (inquit) ὁ λόγος ordinauit, ille qui omnium eſt diuiniſſimus: cuius homo beatus primùm admiratione, deinde amore afficitur pernoſcendi, quoad eius fieri poteſt per humani ingenii captum: qui quidem exiſtimet optimè ſic atque feliciſſimè vitam ſe traducturum: & cum mortem obierit, ad locos ſe venturum virtuti cõſentaneos & conuenientes, cum interim & verè & reapſe ſacris initiatus, vnus ipſe demum vnius particeps prudentiæ, reliquum omne tempus ſpectator futurus ſit & cõtẽplator rerum pulcherrimarum quæ ſub aſpectum cadere poſſunt, id eſt corporum cæleſtium. De Dei autem filio Platonem eſſe locutum nemo dubitare poteſt, duntaxat qui epiſtolam eius ad Hermiam legerit, quam his verbis claudit, Ἐπομνύντας τὸν τῶν πάντων ἡγεμόνα θεὸν, τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον, ὃν ἂν ὄντως φιλοσοφῶμεν, εἰσόμεθα σαφῶς πάντες εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων. Certè quidem rationem mundi ordinatricem à Platone dictam puto patris ſapientiam & verbum, admiratione dignam, & ad ſui cognitionem ſapientes perlicientem. Quod autem articulus ὃν ſecundo loco poſitus & ad mundum & ad logon referri poteſt, exiſtimo conſultò à Platone



eſſe factum, ne arcanũ ſuæ philoſophiæ proderet, quod ænigmaticè ſemper tradidit, vt ex eius epiſtola apparet ad Dionyſium ſcripta. Verebatur etiam fortaſſe ne in eãdem fraudem cum Socrate incideret, ſi de diuinitate apertè ſcriberet contra receptam πολυθεΐας publicè opinionem. Λόγος apud dialecticos eſt ſyllogiſmus & argumentum: vnde λογικὴ ἐπιστήμη pars philoſophiæ dicta. Laër. in Zenone περὶ διαιρέσεως τῶν λόγων loquens, ita inquit, Ψευδεῖς μὲν οὖν εἰσὶν λόγοι, οἱ τῶν λημμάτων ψεῦδός τι ἔχοντες, ἢ ἀπέραντοι ὄντες. οἷον εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστιν· ἡμέρα δὲ ἐστι, ζῇ ἄρα δίων. Λόγος apud philoſophos eſt ratio ſubſtantiæ, hoc eſt finitio. Ariſtot. in tertio τῆς μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματείας, Ὁ γὰρ λόγος οὗ τὸ ὄνομα σημεῖον, ὁρισμὸς γίνεται τοῦ πράγματος. Interdũ τὸν τῆς οὐσίας λόγον vocat, vt in ſexto, Καὶ ὅτι ἐν μὲν τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τὰ οὕτω μόρια ὡς ἡ ὕλη, οὐκ ἔνεστι· οὐ γάρ ἐστιν ἐκείνης μόρια τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῆς συνόλου. Plato lib. x de Legibus tria in omni re intelligenda dicit, ἆρ' οὐκ ἂν ἐθέλοις περὶ ἕκαστον τρία νοεῖν; ἓν μὲν, τὴν οὐσίαν, ἓν δὲ τῆς οὐσίας τὸν λόγον, ἓν δὲ ὄνομα; Deinde ſubdit, de vna quaque re duo nos percunctari ſolere, nomen & rationem, hoc eſt definitionem. καὶ δὴ καὶ ἐρωτήσεις εἶναι περὶ τὸ ὂν ἅπαν, δύο. τοτὲ μὲν γὰρ ἡμῶν ἕκαστον τοὔνομα προτεινόμενον αὐτὸ, τὸν λόγον ἀπαιτεῖν. τοτὲ δὲ, τὸν λόγον αὐτὸν προτεινόμενον, ἐρωτᾶν αὖ τοὔνομα. Dicitur & Λόγος ὁριστικὸς, quaſi ratio finitrix, vt in ſeptimo, Ὥστ' οὐσίας ἐστὶ μὲν ἧς ἐνδέχεται εἶναι ὅρον καὶ λόγον, οἷον τῆς συνθέτου, ἐάν τε αἰσθητὴ, ἐάν τε νοητὴ ᾖ. ἐξ ὧν δ' αὕτη πρώτων, οὐκ ἔστιν, εἴπερ τί κατά τινος σημαίνει ὁ λόγος ὁ ὁριστικὸς, καὶ δεῖ τὸ μὲν, ὥσπερ ὕλην εἶναι, τὸ δ' ὡς μορφήν. Ratio autem ſubſtantiæ dicitur, quia per eam aliquid eſt id quod eſt, vt ipſe in quarto docens quibus modis vnum dicatur, Ἔτι δὲ ἓν λέγεται ὅσων ὁ λόγος ὁ τί ἦν εἶναι λέγων, ἀδιαίρετος πρὸς ἄλλον τὸν δηλοῦντα τὸ τί ἦν εἶναι τὸ πρᾶγμα. Dicitur & φυσικὸς λόγος. Philopo. in Proclum lib. x i, Ἕκαστον γὰρ τῶν ὄντων (inquit) ἔχει τινὰ λόγον φυσικὸν καθ' ὃν ὑφέστηκε, εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲν ἄρα τῶν ὄντων ἀνείδεόν ἐστιν. ὁ γὰρ φυσικὸς ἑκάστου λόγος καθ' ὅν ἐστιν, εἶδος αὐτῆς ἐστὶ καὶ οὐσία. & infrà, ὃ γὰρ μηδένα λόγον ἔχει τοῦ εἶναι, τοῦτό που πάντως οὐδὲ τῶν ὄντων ἐστίν. Dicitur & λόγος ſimpliciter. Themiſt. in tertio de anima, Τὸ γὰρ αἰσθητήριον δεκτικὸν τοῦ αἰσθητοῦ ἄνευ τῆς ὕλης. διὸ καὶ ἀπελθόντων τῶν αἰσθητῶν ἔνεισιν αἰσθήσεις καὶ φαντασίαι. οἱ γὰρ λόγοι τῶν αἰσθητῶν οὓς ἡ αἴσθησις ἀνελέξατο, ἐμμένουσι τινὰ χρόνον καὶ μὴ παρόντων τῶν ἔξωθεν, id eſt formæ, καὶ τὰ εἴδη. Idem alibi, Τῷ εἶναι μὲν γὰρ διῃρημένη αὕτη ἡ δύναμίς ἐστι, τοῦτ' ἔστι τῷ λόγῳ· τόπῳ δὲ, καὶ ἀριθμῷ ἀδιαίρετος. & identidẽ. At verò Τὸ τί ἦν εἶναι eſt οὐσία. Idem Ariſtot. Ἔτι δὲ τὸ τί ἦν εἶναι οὗ ὁ λόγος ἐστὶν ὁρισμὸς, οὐσία λέγεται ἑκάστου. Eſt autẽ τί ἦν εἶναι idẽ quod τί ἐστιν, vt ſuprà dictum eſt. Idem in primo, Ἐμπεδοκλῆς τῷ λόγῳ ὄντα φησὶν εἶναι. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ ἡ οὐσία τοῦ πράγματος, Empedocles os ratione conſtare dicit, hoc eſt ratione ſubſtantiæ. Interdum autem additur datiuus, interdum accuſatiuus, vt apud ipſum in quarto, Τὸ δὲ καθ' αὑτὸ ἕνα μὲν τρόπον τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ, οἷον ὁ Καλλίας, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι Καλλίαν. Et in ſexto, Πότερον δὲ ταὐτό ἐστιν ἢ ἕτερον, τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ ἕκαστον, σκεπτέον. & paulo pòſt velut ſibi reſpondens, Ἐπὶ μὲν δὴ τῶν λεγομένων κατὰ συμβεβηκὸς, δόξειεν ἂν ἕτερον εἶναι, οἷον λευκὸς ἄνθρωπος ἕτερον, καὶ τῷ λευκῷ ἀνθρώπῳ εἶναι. εἰ γὰρ τὸ αὐτὸ, ἀνθρώπῳ εἶναι καὶ λευκῷ ἀνθρώπῳ, τὸ αὐτό. Themiſt. in tertio de anima, Ἄλλο μὲν ἐστιν ὕδωρ, ἄλλο δὲ ὕδατι εἶναι. ὕδωρ μὲν γὰρ τὸ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους· τὸ δὲ, ὕδατι εἶναι, τὸ εἶδός ἐστι τοῦ ὕδατος, καὶ καθ' ὅ ἐστιν

Ὁ λόγος ὁριστικός.

Λόγος φυσικός.

Τὸ τί ἦν εἶναι.

ὕδωρ. Idẽ, Ἄλλο γὰρ οἰκία, καὶ τὸ οἰκίᾳ εἶναι. καὶ ἄλλο ἀνδριάς, καὶ ἀνδριάντι εἶναι. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάντων ὁμοίως. ἐπ' ἐνίων γὰρ ταυτόν ἐστιν. οἷον στιγμή, καὶ στιγμῇ εἶναι. ἢ εἴ τι ἄϋλον παντελῶς καὶ ἁπλοῦν. ἐφ' ὧν ὁ λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι, καὶ τὸ εἶδος καθ' ὅ ἐστι, ταυτόν ἐστιν ὅλῃ τῇ φύσει τοῦ πράγματος. Alex. in 2. de Anima, Πάντων δὲ τῶν ὄντων ὁ νοῦς ἐστιν ἀντιληπτικός, εἴ γε πάντα ἐστὶ νοεῖν. οὐδὲν ἄρα τῶν ὄντων ἐστὶν ἐνεργείᾳ, δυνάμει δὲ πάντα. τοῦτο γὰρ αὐτῷ τὸ εἶναι νῷ, id eſt, αὕτη γὰρ ἡ οὐσία αὐτοῦ τοῦ νοῦ. Hæc dicẽda mihi viſa ſunt, quoniã negotiũ multũ exhibẽt

Λογικός. legentibus Ariſtotelem. Λογικὸς autẽ διαφέρει τοῦ ἀποδεικτικοῦ. Ariſtot. in primo Poſter. analyt. Ἀλλὰ τῶν μὲν εἰρημένων ἔνια, λογικά ἐστι. quẽ in locum ſcribens Philoponus ita inquit, Λογικὰ λέγει τινὰ τῶν ἐπιχειρημάτων εἰρημένων, οὐχ ὅτι πιθανὰ μέν, οὐκ ἀληθῆ δέ· ἀλλ' ἀληθῆ μέν, κοινότερα δέ· καὶ οὐκ ἐπὶ μόνων τῶν ἀποδεικτῶν ἁρμόζοντα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἑτέρων τινῶν. οἷον ὅτι κρείττων καθ' ἣν τοῦτο καὶ ἄλλο οἶδέ τις, ἢ καθ' ἣν τοῦτο μόνον. τοῦτο γὰρ ἁρμόσαι μὲν καὶ ἐπὶ τῶν μὴ ἀποδεικτῶν. οἷον κρεῖττον εἰδέναι τεκτονικὴν καὶ λαξευτικήν, τοῦ τὸ ἕτερον τούτων μόνον εἰδέναι. ταῦτα γὰρ ἀποδεικτὰ οὐκ ἔστιν. ἁρμόζοι δ' ἂν καὶ ἐπὶ ἀποδείξεως, ὅτι ὁ καθ' ὅλου εἰδώς, πλείονα οἶδεν ἢ ὁ τὸ μερικόν. & λογικὴ μέθοδος διαφέρει τῆς ἀποδεικτικῆς, vt idem alibi, διότι περ λέγομεν (inquit) λογικὴν καλεῖσθαι τὴν τοιαύτην μέθοδον τῆς ἀποδείξεως, διότι οὐκ ἐπὶ μόνων τῶν κατ' οὐσίαν ὑπαρχόντων καὶ τῶν καθ' αὑτὸ ἁρμόζει, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ὁπωσοῦν κατηγορουμένων κατὰ φύσιν. Λογικὸς etiam eſt ſermocinator, id eſt λαλητικός, qui ſermonis compos eſt. Greg. περὶ ἀνθρώπου, de voce humana loquens, Οὕτω τοίνυν τοῦ νοῦ διὰ τῆς ὀργανικῆς ταύτης κατασκευῆς ἐν ἡμῖν μουσουργοῦντος τὸν λόγον, λογικοὶ γεγόναμεν.

Λογοποιός. Λογοποιὸς & oratorem & hiſtoricum & fabulatorem ſignificat, propter variam huius dictionis ſignificationem. Λόγοι enim fabulæ ſunt: ex quo Λογοποιοί, οἱ λόγους καὶ μύθους συντιθέντες dicti ſunt.

Λογοποιεῖν. Et Λογοποιεῖν eſt orationẽ habere. Apud Lucianũ pro fingere ponitur, vt poëtæ ſolent. Iſocr. de poëtis, Καὶ πολλὰς ἄλλας ἀνομίας ἐλογοποίησαν κατὰ τῶν θεῶν. Ponitur & pro perhibere, dictitare. Lucian. ἣν οὖν ὁ Λυδός, ὡς λογοποιοῦσί τινες, ἐπὶ τῇ Λυδοῖς, χρυσᾶς μαχαίρας σὺ ποιήσῃ; Significat etiam mentiri & confingere. & Λογοποιὸς mendax, ſycophanta & criminator. Syneſ. Ὡς οὐχ ἕτερος οὕτω τρόπος θεομισὴς ὡς ὁ λογοποιός, ὁ τιτρώσκων ἐξ ἀφανοῦς. Alibi, ὡς τοὺς λογοποιοὺς καταστασιάσαι.

Λογογράφος. Λογογραφεῖν. Λογογράφος eſt orator, & qui oratione proſa ſcribit. Λογογραφεῖν eſt ſcribere hiſtoriam, vel orationes forenſes. Greg. de Baſilio, ὃς νῦν λογογραφῶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς πολιτείαν, qui nunc Baſilii vitam ſcribo. Plutarch. de Demoſthene, Λογογραφῶν κρύφα τοῖς ἀντιδίκοις. Dinarch. de eodem, Καὶ ἀντὶ μὲν λογογράφου, καὶ μισθοῦ τὰς δίκας γράφοντος, πλουσιώτερον ὄντα εὑρήσετε τῶν ἐν τῇ πόλει. AEſch. περὶ παραπρ. Παρακαλῶ δὲ καὶ ἱκετεύω σῶσαί με πρῶτον μὲν τοὺς θεούς, δεύτερον δὲ ὑμᾶς τοὺς τῆς ψήφου κυρίους, καὶ μὴ τῷ λογογράφῳ καὶ σκύθῃ κακῷ ὄντι παραδοῦναι.

Scriptitare. Cic. in Bruto, Nã Bibulus ſcriptitauit accuratè, cũ nõ eſſet orator, & egit aliquas cõſtãter. Idẽ, Scriptitauit orationes multas: orator nunquã fuit, ἐλογογράφησε. quãquã Hermog. λογογραφίαν ab oratione diſtinguat, vt Platonis ſcripta.

Λόγιος. Λόγιος apud antiquos dicebatur qui in vnaquaq; natione, patria inſtituta interpretari & eloqui poterat, hoc eſt, hiſtoriæ & antiquitatis perit⁹, & in ea re facũd⁹. Ariſtot. ſic vſus eſt in VII Polit. Φασὶ γὰρ οἱ λόγιοι τῶν ἐκεῖνα κατοικούντων, Ἰταλόν τινα γενέσθαι βασιλέα τῆς Οἰνωτρίας. Poſtea oẽs diſerti ſic appellari cœperũt. Λόγιος ἑρμῆς ob id dicitur, quaſi ſtudiorũ & literarũ eloquẽtiæq; præſes. Syne. πυλαιμένει, Γέγονε παρ' ἐμοῦ πάνυ πολλὰ τὸν σεβασμιώτατον Μαρκιανόν, ὃν εἰ παραλαβὼν Ἀριστείδην, Ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἔφην ἐληλυθέναι, μόλις ἂν ἔτυχον τῆς ἀξίας.



Λόγιος etiã fatidicus dicitur & vates. Plutarch. in Sylla, Τυρρηνῶν δὲ οἱ λόγιοι μεταβολὴν ἀπεφαίνοντο ἀποσημαίνειν τὸ τέρας. Ibidem λογιωτάτους vaticiniorũ interpretes peritiſſimos vocat. Lucian. περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, ἣν μὲν οὖν κατ' ἀξίαν ὑποδύεσθαι τὸ σὸν πρόσωπον δυνώμεθα, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ τῷ λογίῳ θύσομεν. Λόγον interdũ dicunt ad differẽtiam τοῦ ὑποκειμένου, vt Themiſtius in tertio phyſic. Ἀλλὰ ταῦτα μέν, τῷ ὑποκειμένῳ ταυτόν, οὐ ταυτὸν δὲ τῷ λόγῳ. ἀλλὰ δίδαξις μέν, ἐπιστήμης δόσις, μάθησις δέ, ἐπιστήμης λῆψις. quo in loco λόγος pro definitione ponitur, & animi conceptione. Et in tertio de anima, Τήνδε τὴν δύναμιν, μίαν μὲν εἶναι τῷ ἀριθμῷ καὶ ὑποκειμένῳ, τῷ λόγῳ δὲ πλείους, id eſt cogitatione & definitione. Λόγῳ ἕν, ὑποκειμένῳ δύο.

Λογισμὸς κοινὸς ſenſus cõmunis. Greg. Τίς οὕτω κοινῶν ἔξω λογισμῶν; Quis adeò ſtolidus? Λογισμὸς κοινός.

Λογισμὸν ἑαυτῷ διδόναι, eſt quod ſuprà diximus λόγον αὑτῷ διδόναι. Plutarch. Ὁ δὲ λογισμὸν ἑαυτῷ διδούς, ſecum ipſe rem æſtimans, ſecum ratiocinans, ſeſe reſpiciens. Λογισμὸν ἑαυτῷ διδόναι.

Ἐπὶ λογισμῶν εἶναι ſignificat rationis & mentis compotem eſſe. Baſilius βοσπορίῳ, Εἰ μὴ τῷ πλάσματι καὶ τοῦτο προστραγῳδήσουσιν, ὅτι ἐμηνυόμην καὶ ἔκφρων ποτέ. ἐπὶ γὰρ τῶν λογισμῶν ὑπάρχων τῶν ἐμαυτοῦ οὐδὲν οἶδα ποιήσας τοιοῦτον. Ἐπὶ λογισμῶν εἶναι.

Λογιστὴς exiſtimator & expẽſor. Greg. Οἱ πικροὶ τῆς θεότητος λογισταί. Erant etiã magiſtratus Athenis. Λογιστής.

Λογιστικοὺς Plato vocat ſupputandi calculíque peritos. Λογιστικός.

Λογομαχία eſt verborum velitatio, & loquax contentio, inquit Euſtathius in primũ Iliad. vbi Homerus μαχεσσαμένω ἐπέεσσι dixit. Λογομαχία.

Greg. Μή μοι τις ἐπιφυέσθω πάλιν τῶν λογομάχων, id eſt τῶν ἀντιλογικῶν, & argutatorum, καὶ ἐγχειρηματικῶν, quales ſunt ſophiſtæ. Λογομάχος.

Λογομαχεῖν, quo magnus Dionyſius ad Demophilum ſcribens vſus eſt, Ὥσπερ οὐδὲ τὴν ἀλήθειαν τῶν λογίων ἐγνωκὼς, ἑκάστης ἡμέρας αὐτὰ λογομαχῶν ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. niſi ſit potius περὶ αὐτὰ λογομαχῶν. Λογομαχεῖν.

Poſtremò Λόγοι ſunt rationes quibus cauſæ & effectus cognoſcuntur, vt ait Plato in Timæo: quorum quidam ſunt μόνιμοι καὶ ἀμετάπτωτοι, & immobiles neque refutabiles, cognati ſcilicet earum rerum quarum ſunt interpretes: cuiuſmodi ſunt rerum mente perceptarum, id eſt mundi intelligibilis, cuius hic mundus ſimulachrum eſt, cum ille ſit exemplar. Λόγοι μόνιμοι.

Et λόγῳ θεωρητὰ dicũtur νοητά, hoc eſt mente percepta. Proclus de ſphæra, Μόνος γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ κύκλος ἐστὶν αἰσθητός, ὁ τοῦ γάλακτος· οἱ δὲ λοιποί, λόγῳ εἰσὶ θεωρητοί. Idem, Εἰσὶ δὲ ὁρίζοντες δύο, εἷς μέν, ὁ αἰσθητός, ἕτερος δέ, ὁ λόγῳ θεωρητός. Λόγῳ θεωρητά.

Λόγοι etiã ſunt argumentationes, & philoſophicæ diſputationes. Ariſtot. in primo περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς de iis loquens qui τὸ πᾶν ἓν εἶναι φάσκουσι καὶ ἀκίνητον, Ἐπὶ μὲν τῶν λόγων (inquit) δοκεῖ ταῦτα συμβαίνειν· ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων μανίᾳ παραπλήσιόν ἐστι τὸ δοξάζειν οὕτως. οὐδένα γὰρ τῶν μαινομένων ἐξεστάναι τοσοῦτον, ὥστε τὸ πῦρ ἓν εἶναι δοκεῖν καὶ τὸν κρύσταλλον. Et infrà, Λεύκιππος δ' ἔχειν ᾠήθη λόγους, οἵτινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγοντες, οὐκ ἀναιρήσουσιν οὔτε γένεσιν, οὔτε φθοράν, οὔτε κίνησιν. In diſputationibus (inquit) & ſermocinationibus philoſophicis iſta videntur eſſe conſentanea & veriſimilia: in rebus verò ſenſu percipiendis ſimilia ſunt inſaniæ. Idem, Τοῦτο γὰρ ὁ λόγος ἦν περὶ πρότερον, Hoc eſt enim quod antè in diſputatione noſtra agebatur.

Λογάς. Λογὰς λογάδος idem quod ἔκλεκτος, ἐπίλεκτος: licet plurali numero efferatur plærũque.

Pauſ. in Meſſen. Παρεγένοντο δὲ ἀμφοτέροις καὶ οἱ σύμμαχοι· λακεδαιμονίοις μὲν κορίνθιοι πελοποννησίων μόνοι· τοῖς δὲ μεσσηνίοις οἵ τε ἀρκάδες πανστρατιᾷ, καὶ ἀργείων καὶ σικυωνίων λογάδες. Idē, Λογάδες δὲ ὄντες ἐμάχοντο πρὸς δῆμον, καὶ οὐχ ὁμοίως πρὸς κρείττους. Baſil. Τελευταῖον στρατεύσας κατ' αὐτοῦ τρισχιλίοις λογάσι. Euripid. Λογάσι δ' ἀργείων στρατοῦ νεανίαις ἔνδυσε παρθένον λαβεῖν. Vtitur & Herodotus pro præ-

Λόγοι εἰκαστοί. ſtanti & eximio. Alterius autem generis λόγοι, εἰκαστοὶ appellantur, id eſt veriſimiles atque opinabiles, cuiuſmodi ſunt λόγοι τοῦδε τοῦ κόσμου εἰκόνος ὄντος, καὶ πρὸς ἐκεῖνο παράδειγμα ἀπεικασθέντος, vt ipſe inquit, id eſt, ad exemplar effićti. Ἀπόλογος. Ἀπόλογος, vt inquit Cicero in ſecundo de Oratore, eſt fabula moralis. eſt etiam longa & verboſa narratio. Vnde illud prouerbium natum, ἀλκίνου ἀπόλογος, ex iis (vt opinor) quæ Vlyſſes apud Alcinoum narrat in Odyſſea Homeri. Plato lib. x de Rep. Ἀλλ' οὐ μέντοι σοι, ἦν δ' ἐγώ, ἀλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ, Neque verò tibi longas nugas aut fabulamentum narraturus ſum, ſed rem planè veram de Ere Armenio qui mortuus reuixit, & Ἀπολογίζομαι. inferorum ſupplicia ſpectauit. Inde ἀπολογίζεσθαι enarrare, διεξιέναι percenſere, commemorare. Polyb. in quarto, Συνελθόντες δ' εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τῶν πατραιέων ἀπολογιζομένων τὰ γεγονότα περὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἀδικήματα κατὰ τὴν τῶν αἰτωλῶν δίοδον, διακούσαντες τῶν λεγομένων, καὶ συνδιαγανακτοῦντες, & reliqua. Idem, Πρὸς δὲ τούτοις ἀχαιῶν ἀπολογιζομένων, ὡς καταλάβοιντο μὲν τῆς μεγαλοπολίτιδος μὲν κλάριον, πορθήσαιεν δὲ διεξιόντες τὴν πατραιέων χώραν, διαρπάσαιεν δὲ κύναιθαν, πάντες ὁμοθυμαδὸν ἐκφέρειν ἐβουλεύσαντο τοῖς αἰτωλοῖς τὸν πόλεμον. Idem in v, Καὶ διαπεμπόμενοι συνεχῶς ἐκάλουν αὐτὸν ἐκ τῆς χαλκίδος, ἀπολογιζόμενοι τὴν περὶ σφᾶς

Λόγος Dei filius. ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν. Poſtremò λόγος ſecunda perſona diuinitatis cur dicatur, qui enucleatè ſcire cupiet, legat Baſilium εἰς τὸ κατὰ ἰωάννην εὐαγγέλιον. Quin & λόγοι fabulæ dicuntur & apologi: qualis eſt ille Steſichori Himerenſes deterrentis ne Phalaridem legerent, de equo & ceruo ab Horatio deſcriptus in primo epiſtolarum, Ceruus equum pugna melior communibus herbis Pellebat. quem Ariſtoteles in ſecundo Rhetorices cōmemorat, & λόγον στησιχόρου vocat, vt αἰσωπείοις λόγοις, non abſimiles (vt ipſe inquit) παραβολαῖς.

Ἐνεπισκήπτεσθαι. Ἐνεπισκήπτεσθαι dicebantur creditores qui publicatis bonis cuiuſpiam, experiebantur contra populum, vt hodie contra fiſcum, aćtione pignoratitia in pignora incumbentes. Demoſth. πρὸς Τιμόθεον, Πότερα γὰρ ἂν οἴεσθε ῥᾷον εἶναι τῷ πατρί, δημευθέντων τῶν Ἀντιμάχου, ἐνεπισκήψασθαι ἐν τῇ οὐσίᾳ τῇ ἐκείνου, ἐνοφειλόμενον αὐτῷ τοῦτο τὸ ἀργύριον, εἴπερ Ἀντιμάχῳ ἐδεδώκει, ἢ ἀναμένειν ὁπότε παρὰ τούτου κομιεῖσθαι ἔμελλεν εὐπορήσαντος, ὃς οὐ πολλὰς ἐλπίδας σωτηρίας περὶ αὑτοῦ εἶχεν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ. accuſatiuo iunxit, Vtrum exiſtimatis expeditius patri meo fuiſſe cum bona Antimachi publicarentur, in creditam ipſi antea pecuniam agere, in bonáque ipſa oppignerata incumbere, ſi quidem reuera Antimacho non Timotheo crediderat: an expećtare in longam diem, cum ab iſto iam locupletato creditum ſeruaturus foret, qui eo tēpore exiguam ſpem ſalutis ſuæ habebat. Quaſi dicat, hominis hoc parū frugi fuiſſet, ac de facultatibus ſuis male merentis. Idem, Ὥστε τί ἄν ποτε βουλόμενος ὁ πατήρ, ἐβούλετο τιμόθεον χρήστην ἐγγράψας ἡμῖν καταλιπεῖν, εἴπερ μὴ ὤφειλε



τοῦτο τὸ ἀργύριον, μᾶλλον ἢ ἐκ τῶν Ἀντιμάχου δημευθέντων ἐνεπισκηψάμενος κομίσασθαι. Et rurſus, Καὶ μὴν ἐνεπισκηψάμενός γε οὔτ' ἂν περὶ καταβολῆς ἠπόρησεν, οὔτ' ἂν ἠπιστήθη ὑφ' ὑμῶν· πάντες γὰρ ἴστε αὐτὸν οὐ τῶν δημοσίων ἀδίκως ἐπιθυμοῦντα, Atqui ſi ad pigneranda publicata bona incubuiſſet, in pigneratitiámque aćtionem ſponſione contendere inſtitiſſet, vt aſſolet fieri: ea vtique pecunia defici non potuiſſet, quam ſponſione prouocantem deponere oportebat: neque vos non illi fidem habuiſſetis, quem publicorum iniuſtè cupidum non eſſe nouiſtis. Diximus ſuprà quid ſit ἐπισκήπτεσθαι, quæ ſi cum his coniungantur, melius huius verbi ſignificatio percipietur.

Γράμματα τραπεζιτικά sunt rationes menſæ & argentariorum apud Demoſth. & Δοῦναι τὰ γράμματα, rationes edere. Alibi Γραμματεῖον appellat. & Γράμματα δημόσια AEſch. aćta publica vocat. Γραμματεῖον etiam dicitur τὸ ληξιαρχικόν, id eſt album, vt Plinius in præfatione Hiſt. naturalis vocat. Demoſth. πρὸς Εὐβουλ. Ἐγὼ τετράκις ἐπιδείκνυμι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα δημότας αὐτῶν εἶναι ψηφισαμένους, πρῶτον μέν γε τοῦ πατρὸς δοκιμασθέντος, εἶτ' ἐμοῦ, εἶτ' ἐν τῇ προτέρᾳ διαδικασίᾳ, ὅτε ἠφάνισαν οὗτοι τὸ γραμματεῖον. Iſæus ληξιαρχικὸν addidit περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου, Καὶ διεκελεύσατο ὅπως ἄν τι πάθῃ πρότερον, ἐγγράψωσί με εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, Θράσυλλον Ἀπολλοδώρου. Eſt autē Ληξιαρχικόν, εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ τελεσθέντες τῶν παίδων, οἷς ἐξῆν ἤδη τὰ πατρῷα οἰκονομεῖν, Liber in quem puerorū nomina referebantur, qui iam tutelæ ſuæ fāćti erant. παρὰ τὸ λήξεων ἄρχειν εἰρημένον, hoc eſt, τῶν κλήρων τῶν ἰδίων. Erant enim tum αὐτεξούσιοι, hoc eſt ſui iuris, & ſtatuere de facultatibus ſuis poterant. Demoſthenes πρὸς Λεωχάρην itidem vt Iſæus dixit, Πρὶν ἐγγραφῆναι ἐν τῷ ληξιαρχικῷ γραμματείῳ τῶν Οτρυνέων. AEſch. κατὰ Τιμάρχου, Ἐπειδὴ δ' ἐνεγράφη Τίμαρχος οὗτος εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, καὶ κύριος ἐγένετο τῆς οὐσίας, παραλαβόμενος ἄνδρα πρεσβύτην καὶ ἠτυχηκότα θεῖον ἑαυτοῦ, τὴν οὐσίαν ἠφάνισε. Eius ἐγγραφῆς tempus erat pubertas, vt ex Lycurgi oratoris verbis liquet κατὰ Λεωκράτους, Ὑμῖν γάρ ἐστιν ὅρκος ὃν ὀμνύουσι πάντες οἱ πολῖται, ἐπειδὰν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφῶσι, καὶ ἔφηβοι γένωνται, μήτε ἱερὰ ὅπλα καταισχυνεῖν, μήτε τὴν τάξιν λείψειν, ἀμυνεῖν τε τῇ πατρίδι, καὶ ἀμείνω παραδώσειν. Lucianus per trāſlationem & iocum dixit, Ἐγγεγραμμένος εἰς τὸ δώδεκα θεῶν ληξιαρχικόν, τὸ λεύκωμα, cuius dićtionis imitatione album Latinè dicitur. Λεύκωμα enim dicitur λελευκωμένον γραμματεῖον, id eſt albo colore inducćtum. Demoſth. κατὰ Τιμοκράτ. citans verba Solonis, Ὁ δὲ τιθεὶς τὸν καινὸν νόμον, ἀναγράψας εἰς λεύκωμα, ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων ὁσημέραι. τὸ ἐν πυξίῳ, in tabula. Significat etiā album oui, & albuginem oculorum, quod etiam Λεύκωσις dicitur. Vt in Hippiatr. Ἄριστον δὲ τοῦτο εἰς λευκώματα τῶν ὀφθαλμῶν. Dioſc. Καθαίρει τὰ λευκώματα, καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις. Ab Alexand. in Probl. Λεύκωμον dicitur, vt ἄργεμον. Γραμματεῖον apud Demoſthenem quodcunque volumen & libellum & tabellam ſignificat, & quicquid ſcriptum eſt: vt tabularum apud Latinos latè ſignificatio patet. Significant enim & aćta publica, & documenta literaria, & ſyngraphas, vnde tabulæ nouæ dićtæ: & tabellas iudicum, & alia. Γραμματεῖον χαλκοῦν, tabulam legum appellat Plato in Minoe. ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου, & teſtamentum, & teſtamenti exemplum ſic appellatur à

Margin notes (p. 185): Γράμματα τραπεζιτικά. — Γραμματεῖον. — Ληξιαρχικόν. — Ὅρκος τῶν ἀθηναίων ἤδη ἐφήβων ὄντων. — Λεύκωμα. — Λεύκωμον. Γραμματεῖον.

Demoſthene, Μαρτυροῦσι παρεῖναι πρὸς τῷ διαιτητῇ Τισίᾳ, ὅτε προὐκαλεῖτο Φορμίων Ἀπολλόδωρον ἀνοίγειν τὸ γραμματεῖον, aperire tabulas teſtamenti. Idem, Ταῦτα μαρτυρεῖν κελεύουσιν ἐν γραμματείῳ γεγραμμένα, ἵνα μήτ' ἀφελεῖν ἐξῇ μηδὲν, μήτε προσθεῖναι τοῖς γεγραμμένοις. Alibi in eadem pro tabella vel idiochiro teſtificationis, Ἐπὶ τοίνυν κἂν ἀπὸ τοῦ γραμματείου γνοίη τις ἐν ᾧ ἡ μαρτυρία γέγραπται, ὅτι τὰ ψευδῆ μεμαρτύρηκε. λελευκωμένον τε γάρ ἐστι καὶ οἴκοθεν κατεσκευασμένον. καίτοι τοὺς μὲν τὰ πεπραγμένα μαρτυροῦντας, προσήκει οἴκοθεν τὰς μαρτυρίας κατεσκευασμένας μαρτυρεῖν· τοὺς δὲ τὰς προκλήσεις μαρτυροῦντας, τοὺς ἀπὸ ταὐτομάτου προστάντας, ἐν μάλθῃ γεγραμμένοις τὴν μαρτυρίαν, ἵνα εἴ τι προσγράψαι ἢ ἀπαλεῖψαι βουληθῇ, ῥᾴδιον ᾖ.

Γραμματεῖα δισσά.

Ex quo loco intelligimus duo genera tabularum fuiſſe. Vnas enim λευκοῦσθαι ſolitas, id eſt albario quodam induci: Alteras cera liquefacta illini, quæ facile deletiles erant.

Λευκοῦ.

In huiuſmodi autem pugillaribus teſtificationem τῶν προκλήσεων factitari ſolitam eſſe dicit orator, à teſtibus non rogatis, ſed oblatis: quales ſunt qui fortuito inter aliquem actum adueniunt & adſunt. Quid ſit autem πρόκλησις nos alibi diximus.

Γράμματα.

Γράμματα etiam & literas ſignificant, & acta publica, ſeu tabulas publicas, & tabellas iudiciales, & rationes argentariorum, & ſimilium hominum, & picturas, & exempla, & ἀπογραφάς, id eſt indices, quæ inuentaria & repertoria à Iuriſconſultis vocantur: & libros, vt Plutarch. ἐκ τῶν σιβυλλείων γραμμάτων, è libris Sibyllinis. Galen. Τὸ δὲ περὶ διαφορᾶς τῶν νοσημάτων ἀναλεξάσθω γράμμα. Leges ſcriptas Ariſtoteles ſic appellat in tertio Politicon, Φανερὸν τοίνυν ὡς οὐκ ἔστιν ἡ κατὰ γράμματα καὶ νόμους ἀρίστη πολιτεία διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνον δεῖ ὑπάρχειν τὸν λόγον τὸν καθόλου τοῖς ἄρχουσιν. Idem alibi, Τὸ δὲ τῶν τεχνῶν εἶναι δοκεῖ παράδειγμα ψευδές, ὅτι τὸ κατὰ γράμματα ἰατρεύεσθαι φαῦλον, id eſt ſecundum artem ſcriptam. ἀλλὰ καὶ αἱρετώτερον χρῆσθαι τοῖς ἔχουσι τὰς τέχνας.

Γράμμα.

Γράμμα, literæ, epiſtola, vel epiſtolarũ ſcriptio. Baſil. τοῖς Ἰταλιώταις ἐπισκόποις, Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν πρὸ τούτου χρόνον παραλείπεται τὰ ἡμῖν ὀφειλόμενα, ἀδελφοί, ἰδοὺ νῦν καὶ κατάρχομεν τοῦ γράμματος αὐτοί, ecce iam nos priores vos laceſſimus ſcribendi officio. Idem Euſtathio, Εἰ δὲ ἐμὸν τὸ γράμμα, πόθεν δῆλον ὅτι τοῦτο τὸ νῦν σοι ἐμπεσὸν σύνταγμα, σύγχρονον τοῖς ἐμοῖς γράμμασι: vtroque numero in eadem ſententia vſus eſt: cum in ſuperiore ſententia dixiſſet, πῶς ἐπείσθης ἐμὴν εἶναι τὴν ἐπιστολήν. Γράμματα etiam literæ dicũtur, id eſt λόγοι & παιδεία, vt in illo ſenario, Γράμματα μαθεῖν δεῖ, καὶ μαθόντα, νοῦν ἔχειν. & in alio, Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα. Γράμμα etiã ſcrupulum dicitur in ponderibus, vt in Hippiatr. Πάνακος ῥίζης γράμματα δύο, ἀριστολοχίας γράμμα ἓν ἐν οἴνῳ λεάνας ἐγχυμάτιζε. Γράμμα pictura. Greg. Καὶ πεπλασμένοις ὑφάσμασιν ἐν διαφόροις βαφαῖς καὶ γράμμασι.

Γραμματιστής.

Γραμματιστής ludi literarii magiſter. Plutarch. Αὐτὸς μὲν τοῖς παισὶ γραμματιστής, αὐτὸς νομοδιδάκτης. Demoſth. patrem AEſchinis γραμματιστὴν ob id vocauit. Plato in Euthydemo, Ὁποῖοι τῶν μανθανόντων οἱ διδάσκαλοι, διδάσκαλοί εἰσιν, ὥσπερ ὁ κιθαριστὴς καὶ ὁ γραμματιστὴς διδάσκαλοί που ἦσαν σοῦ καὶ τῶν ἄλλων παίδων. Hos literatores Martianus appellat. Idem, Τί δέ, ὦ Κλεινία, ἔφη, ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστής, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα, οἱ σοφοί, ἢ οἱ ἀμαθεῖς; οἱ σοφοί, ἔφη ὁ Κλεινίας. Γραμματιστὴν pro prælectore & recitatore poſuit. Significat tamẽ



Ἀποστοματίζειν, τὸ ἀπὸ στόματος λέγειν, memoriter dicere & commemorare. Polybius, Καὶ νῦν δυναίμην ἂν ἰλιάδα ἀπὸ στόματος εἰπεῖν. Plut. in VI Sympoſ. Τούτων αὖ τῶν δραματικῶν διαλόγων τοὺς σαφεστάτους ἐκδιδάσκονται παῖδες, ὥστε ἀπὸ στόματος λέγειν. Quod Cicero à memoria exponere dixit quodam loco: nam etiam ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν dicitur.

Ἀποστοματίζειν. Ἀπὸ στόματος καὶ ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν.

Γραμμή interdum principium ſignificat & carceres curriculi, hoc eſt τὴν ἀφετηρίαν καὶ τὴν βαλβίδα. Ariſtoph. ἀχαρν. Ἆρ' οἶσθ' ὅσον τὸν ἀγῶνα ἀγωνιεῖ τάχα Μέλλων ὑπὲρ λακεδαιμονίων ἀνδρῶν λέγειν; Πρόβαινε νῦν, ὦ θυμέ, γραμμὴ δ' αὑτηί, progredere ô anime mi, hi ſunt carceres, atque inſtat certamen.

Γραμμή.

Γραμμικαὶ ἀποδείξεις ſunt demonſtrationes mathematicæ. Quintil. Denique probationum quæ ſunt potentiſſimæ, γραμμικαὶ ἀποδείξεις vulgò dicuntur. Demoſthen. pro Cteſiph. Γραμματοκύφωνα vocat AEſchinẽ contumelioſè, quoniã ſcriba erat, τὸν ἐν τῷ γράφειν κεκυφότα.

Γραμμικαὶ ἀποδείξεις. Γραμματοκύφων.

Ὑποτιθέναι eſt pignori opponere, ὅπερ ἐστὶ τοῦ δανειζομένου, τοῦ τὸ ἐνέχυρον διδόντος. Ὑποτίθεσθαι eſt pignori datum accipere, ὅπερ ἐστὶ τοῦ δανείζοντος. Et Ὑποθήκη τὸ ὑποκείμενον dicitur, id eſt pignus. Demoſth. κατ' Ἀφόβου, Ποῖ δ' ἂν τραποίμεθα, εἴ τι ἄλλο ψηφίσεσθε ὑμεῖς περὶ αὐτῶν; εἰς τὰ ὑποκείμενα τοῖς δανείσασιν; ἀλλὰ τῶν ὑποθεμένων ἐστί, Quo igitur me vertam, ſi vos aliter de iis iudicaueritis? id eſt, niſi actione tutelæ, qua nunc expertus ſum, vicero? an erit mihi vitæ ſubſidium in bonis & fortunis quæ in creditum ſubiecta ſunt & ſuppoſita? at illa iam eorum ſunt creditorum quibus obnoxia data ſunt. Suprà autem dixerat, Ἐγὼ δὲ ἵνα μὴ στερηθῶ τῶν δικῶν, ἀπέτισα τὴν λειτουργίαν, ὑποθεὶς τὴν οἰκίαν καὶ τἀμαυτοῦ πάντα. AEſch. Ἀναγκαζόμενοι δὲ οἱ Ὠρεῖται καὶ οὐκ εὐποροῦντες, ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προσόδους, pignori ſuppoſuerunt in talentum publicas obuentiones. Sic Latinè pignero & pigneror dicitur: quorum alterum debitoris, alterum fœnerantis eſt. Dicitur Τιθέναι & Τίθεσθαι pro eodem. Demoſth. πρὸς Νικόστρ. Τίθημι οὖν τὴν συνοικίαν ἑκκαίδεκα μνῶν Ἀρκεσάντι Παμβωτάδῃ, ὧν αὐτὸς οὗτος προὐξένησεν, ἐπὶ ὀκτὼ ὀβολοῖς δανείσαντι τοῦ μηνὸς ἑκάστου, Oppono igitur cœnacularias ædes in ſedecim minas: vel Romano ſermone, in ſex millia & quadringẽtos nũmos ſeſtertios: ita vt in ſingulos mẽſes ea pecunia octonos obolos in ſingulas minas, vel Romano ſermone drachmã triẽtẽmq; pẽſitaret. Quæ vſura maior eſt centeſima: excedit enim triente cẽteſimã: cũ ſex obolis drachma cõſtet. Quare fœnus eſt ſeſquitertium centeſimi fœnoris. Mina enim centum drachmas continet, quot drachmæ in ſingulas minas centeſimo menſe pariuntur fœnore centeſimo: tum ſcilicet cum primum ſors duplicatur, vt nos in libris de Aſſe docuimus. In loco autem ſuperius citato ex oratione AEſchinis, centeſima tantum eſt vſura. Οὐκ εὐποροῦντες χρημάτων, ὑπέθεσαν αὐτῷ τὰς δημοσίας προσόδους, καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος, δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. Idem Demoſth. πρὸς Νικόστρ. Καὶ προσελθὼν μοι ἔλεγεν, ὅτι τὸ χωρίον τὸ ἐκ γειτόνων μοι τοῦτο οὐδεὶς ἐθέλοι οὔτε πρίασθαι, οὔτε τίθεσθαι, aiebátque hoc vicinum mihi prædium nullum nec emere velle, nec in pignus accipere. Idem, Ὁ γὰρ ἀδελφὸς ὁ Ἀρεθούσιος οὐδένα ἐῴη οὔτε ὠνεῖσθαι, οὔτε τίθεσθαι, ὡς ἐνοφειλομένου αὐτῷ ἀργυρίου, Fratrem autẽ eius Arethuſium intercedere quo minus aut emeret aliquis id prædium,

Ὑποτιθέναι. Ὑποτίθεσθαι. Τὰ ὑποκείμενα. Pignero. Pigneror. Τιθέναι καὶ τίθεσθαι.

aut in eo pignus contraheret, videlicet quod certa pecunia obnoxium

Ἐνοφειλόμενον.

iam haberet. Hoc enim ſignificat Ἐνοφειλόμενον, quod contracta hypotheca creditum eſt, vt πρὸς Τιμόθεον, Πότερα γὰρ οἴεσθε ῥᾷον εἶναι τῷ πατρὶ ἐνεπισκήψασθαι ἐν τῇ οὐσίᾳ τῇ ἐκείνου ἐνοφειλόμενον αὐτῷ τὸ ἀργύριον.

Ὑποθεῖναι.

Ὑποθεῖναι etiam apud Atticos προθεῖναι ſignificat. Ariſtotel. in vi. Ethic. πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα, Ad intentionem nobis propoſitam ſpectantia. Lucia. ὃς πρὸ ἡμῶν τὰ τοξεύματα λαβών, καὶ ἡμῶν ἐτόξευες, ἕνα τοῦτον ὑποθέμενος σκοπὸν, πάντας ἡμᾶς ἀγορεύειν κακῶς. Iſocr. in Helene, Καὶ δέδοικα μή τισι δόξω περὶ τούτου μᾶλλον σπουδάζειν, ἢ περὶ ἧς τὴν ἀρχὴν ὑπεθέμην, ne plus de Theſeo laudando laborare videar, quàm de Helene quam mihi laudandam propoſui.

Ὑπόθεσις.

Et Ὑπόθεσις propoſitum, hoc eſt πρόθεσις: vt Idem, Εἰς τὴν ὑπόθεσιν ἐπανελθεῖν, hoc eſt ad rem, ad cauſam, ad propoſitum redire. Nam Ὑπόθεσις ſignificat controuerſiam Syneſio & Ciceroni. Significat etiam occaſionem & prætextum velaménque, id eſt πρόσχημα. Plut. Αἰτωλῶν ὑπόθεσιν τοῦ πολέμου καὶ πρόφασιν διδόντων. Cicero ad Atticũ lib. xiiii, Ὑπόθεσιν autẽ hãc habent, & eam præ ſe ferunt, clariſſimum virum interfectum: illius interitu totam Remp. perturbatam: irrita fore quæ ille egiſſet ſimulac deſinemus timere. de Antonio & ſociis eius loquens poſt mortẽ Cæſaris.

Ὑποκείμενον.

Τὸ ὑποκείμενον etiam dicitur quod faciendum conſtituimus. Polyb. in ſecundo hiſt. Ἐπισημαινομένου δὲ πλήθους, ἔδοξε μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, καὶ δι' αὐτῶν ἐπιτελεῖν τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον. Et ὑπόκειται, ἀντὶ τοῦ πρόκειται, προβέβληται. Idẽ, ἀλλά τοῦτό γε τοῖς μηδὲν ἀσεβὲς ἐπιτελεσαμένοις, κατὰ τοὺς τοῦ πολέμου νόμους ὑπόκειται παθεῖν.

Ὑποτίθεσθαι.

Ὑποτίθεσθαι etiam eſt proponere ſe dicturum: quæ ſignificatio proxima eſt ſuperiori. Iſocr. Ἵνα μὴ δοκῶ περὶ τὰ μέρη διατρίβειν, ὑποθέμενος περὶ τῶν ὅλων ἐρεῖν, id eſt, cum in exordio pollicitus ſim de omnibus dicturum. ὡς δὲ τούτων αἴτιος ἦν ὃν ὑπεθέμην, οὐδεμίαν ἔχω λέγειν ἀπόδειξιν, id eſt, is de quo dicere inſtitui. Ὑπόθεσις etiam ſignificat προαίρεσιν, hoc eſt propoſitum & inſtitutum & σκοπόν. Demoſth. in quarta Philippica, Ἐξέστητε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς ὑποθέσεως ἐφ' ἧς ὑμᾶς οἱ πρόγονοι κατέλιπον, deſciuiſtis & degeneraſtis ab inſtituto maiorum, & propoſito politico, tuendi principatus ſcilicet inter Græcos virtutibus bellicis. Ariſtot. in vi. Politicon, Ὑπόθεσις μὲν οὖν τῆς δημοκρατικῆς πολιτείας, ἐλευθερία, id eſt σκοπός: quem etiam ipſe ὅρον appellat, de quo alibi dicemus. Idem, ἓν μὲν οὖν τῆς ἐλευθερίας σημεῖον τοῦτο, ὃν τίθενται πάντες οἱ δημοτικοὶ τῆς πολιτείας ὅρον. Ὑποτίθεσθαι eſt imaginari, & animo rerum euentũ præſumere, & tanquã ſibi ante oculos futura quaſi præſentia ponere. Baſil. εἰς τὸ πρόσεχε σεαυτῷ, Ὅταν γάρ ποτε ἠρεμίας λάβωνται ἢ ἡσυχίας νυκτερινῆς, ἀναπλάττουσιν ἑαυτοῖς φαντασίας ἀνυποστάτους, τῇ εὐκολίᾳ τῆς διανοίας ἐπὶ πάντα φερόμενοι, ὑποτιθέμενοι περιφανείας βίου, γάμους λαμπρούς, εὐπαιδίαν, γῆρας βαθὺ, τὰς παρὰ πάντων τιμάς. Idem, ταύτην τὴν χαυνότητα τῆς διανοίας καταπιέζων ὁ λόγος, παραγγέλλει τὸ παράγγελμα τοῦτο σοφὸν, πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ ὑποτιθέμενος τὰ ἀνύπαρκτα, ἀλλά τὰ παρόντα πρὸς τὸ συμφέρον διατιθέμενος. Alibi, Μὴ τὸ μὲν ἤδη παρὸν διὰ ῥᾳθυμίας περιίεσο· τῶν δὲ μήτε ὄντων, μήτε ἐσομένων τυχὸν, ὡς ἐν χερσὶν ὄντων τὴν ἀπόλαυσιν ὑποτίθεσο. Ὑποτίθεσθαι præterea ſignificat argumentum & materiam ſcribendi ſumere. Plut. in vita Homeri, ὁ δὲ Ὅμηρος ὑποτίθεται



πράξεις παραδόξους, καὶ πάθη καὶ ἤθη διάφορα. Quare ὑπόθεσις materia & argumentum dicitur operis. Significat etiam conſtituere, & quaſi δογματίζειν. Philopo. Εἰ γὰρ τοὺς δημιουργικοὺς τοὺς ἐνόντας δηλαδὴ τῷ δημιουργῷ λόγους ὁ Πλάτων ὑπετίθετο, οὐκ ἄν ποτε πρὸς τοῦτο ἐνέστη ὁ Ἀριστοτέλης. Idem in ſecũdo contra Proclũ, Τοῦ Πλάτωνος ἰδέας εἶναι τῶν ὄντων καὶ παραδείγματα ὑποτιθεμένου, πρὸς ἃς ἀφορῶν ὁ δημιουργὸς, τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα εἰργάσατο. Ariſtot. in ix τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Διόπερ ἐν τῇ ἀστρολογίᾳ τὸ τοιοῦτον ἓν ἀρχὴ καὶ μέτρον. τὴν κίνησιν γὰρ ὁμαλὴν ὑποτίθενται καὶ ταχίστην τοῦ οὐρανοῦ, πρὸς ἣν κρίνουσι τὰς ἄλλας. Idem, Ὅτι δὲ καλῶς τοῦτο ὑπεθέμεθα, δῆλον ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς, Quod autem nos rectè hoc cenſuerimus & decreuerimus aliud eſſe ἑτερότητα & aliud διαφοράν. Hoc Cicero ponere vocat: vt, Ponunt Philoſophi nobis à natura noſmet eſſe commendatos. Ponere. Cui opponitur Ἀναιρεῖν: vt ſi dicas Epicurum dei prouidentiam tollere. Inde θέσεις dictæ: quæ aliquãtulũ differũt ab axiomatibus. Θέσις. Ariſtot. in primo Poſter. analyt. Ἀμέσου δ' ἀρχῆς συλλογιστικῆς, θέσιν μὲν λέγω ἣν μὴ ἔστι δεῖξαι, μηδ' ἀνάγκη ἔχειν τὸν μαθησόμενόν τι· ἣν δ' ἀνάγκη ἔχειν ὁτιοῦν μαθησόμενον, ἀξίωμα. Philopo. Ἡ μὲν θέσις οὐκ ἔστιν αὐτόπιστος τῷ μανθάνοντι, ἀλλ' ἐκ τοῦ διδάσκοντος παραγίνεται· τὸ δ' ἀξίωμα οἴκοθεν ὁ μανθάνων ἔχει καὶ προβάλλεται. Theſis eſt arithmetica, monadẽ eſſe nõ diuiduã. Geometrica, pũctũ eſſe indiuiduũ, & omnes lineas à centro exeũtes, & in ambientẽ lineam incũbentes, inter ſe æquales eſſe. Medicus ponit, id eſt τίθεται corpora, quatuor conſtare elementis. Phyſicus, omnia naturalia corpora ex materia & forma eſſe: & naturam, quietis & motus initium eſſe. Θέσις etiam dicitur rei definitio. Ariſtot. ὁ γὰρ ὁρισμὸς θέσις μέν ἐστι. τίθεται μὲν γὰρ ὁ ἀριθμητικὸς μονάδα τὸ ἀδιαίρετον εἶναι κατὰ τὸ ποσόν. Ὑπόθεσις dogma, decretum: opinio philoſophica de principiis & Ὑπόθεσις. de natura. Idem in primo Topicorum, theſim aliter interpretatur. Θέσις (inquit) ἐστὶν ὑπόληψις παράδοξος τῶν γνωρίμων τινὸς κατὰ φιλοσοφίαν, οἷον ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν, καθάπερ ἔφη Ἀντισθένης. ἢ ὅτι πάντα κινεῖται, καθ' Ἡράκλειτον. ἢ ὅτι ἓν τὸ ὄν, καθάπερ Μέλισσός φησι. & infrà, Ἐπειδὴ ὑπόληψίς τις παράδοξος ἡ θέσις ἐστίν. σχεδὸν δὲ νῦν πάντα τὰ τῆς διαλεκτικῆς προβλήματα θέσεις καλοῦνται. vbi Alexander, διὰ τοῦτο (inquit) δεῖ τὸν προστάτην τοιαύτης παραδόξου δόξης, τὸν συνιστάντα τὴν θέσιν προσκεῖσθαι τῷ προβλήματι. οἷον, πότερον πάντα συνεχῶς ῥεῖ καὶ ἀεὶ γίνεται, οὐδέποτε δὲ οὐδέν ἐστι, καθ' Ἡράκλειτον, ἢ οὔ. Is enim τῶν γνωρίμων ἦν κατὰ φιλοσοφίαν. quare propter hominis nominíſque auctoritatem ἄξιον τοῦ ζητεῖσθαι τὸ πρόβλημα. Simile eſt, πότερόν ἐστιν ἓν καὶ ἀκίνητον τὸ ὂν, ἢ οὔ, ὡς δοκεῖ Ζήνωνι. Eſt etiam Ὑποτίθεσθαι Ὑποτίθεσθαι. ſupponere uel ſuppoſitare, hoc eſt velut ſubiectum ponere. Plut. in Platonicis quæſtionibus, Οὕτως ἀνάγκη τὰ ἐνταῦθα τῶν ἐκεῖ πλήθει διαφέρειν κατὰ τὸν Πλάτωνα, παραδείγματα καὶ ἰδέας, τὰ νοήματα τῶν αἰσθητῶν, ὥσπερ εἰκόνων ἢ ἐμφάσεων ὑποτιθέμενον, id eſt, ſuppoſitantem ponentémque exemplares rerum formas, quas ideas appellãt, veluti ſimulachrorum exempla imaginúmque. Quæ Ariſtoteles nihil eſſe cenſuit, vt patet in xii. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Τὸ γὰρ λέγειν παραδείγματ' εἶναι τὰ εἴδη, καὶ μετέχειν αὐτῶν τὰ ἄλλα, κενολογεῖν ἐστὶ, καὶ μεταφορὰς λέγειν ποιητικάς. Ὑποτίθεσθαι autem minus eſt quàm ἀποφαίνεσθαι, ex eodem Plutarcho ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς ζητήμασι, Καὶ πότερον ἰδεῖ τὴν γῆν ἰλλομένην περὶ τὸν διὰ πάντων πόλον τεταγμένον, μὴ μεμηχανῆσθαι συνεχομένην καὶ

μένουσαν, ἀλλὰ στρεφομένην καὶ ἀνειλουμένην νοεῖν, ὡς ὕστερον Ἀρίσταρχος καὶ Σέλευκος ἀπεδείκνυσαν, ὁ μὲν ὑποτιθέμενος μόνον, ὁ δὲ Σέλευκος καὶ ἀποφαινόμενος, ille ſuppo nens tantum, Seleucus etiam pro ſententia conſtituens. Athenæus tamen pro conſtituere, id eſt pro cõperto ponere, vſus eſt libro vndecimo, Ἀποδεδειγμένου οὖν τοῦ ὅτι πλειάδες ἦσαν ἐντετορνευμέναι τῷ ποτηρίῳ καθ' ἕκαστον τῶν ὤτων δύο, ὑποθετέον εἴτε βούλεταί τις ὀρνιθοφυεῖς κόρας, εἴτ' αὖ καὶ ἀνθρωποειδεῖς, ἄστροις δὲ πεποικιλμένας, id eſt videndum, conſtituendum & decernendum.

Ὑποθεῖναι, καὶ θεῖναι.

Ὑποθεῖναι & θεῖναι etiã voce actiua dicitur pro principia ponere & ſupponere: vt in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Καὶ τῶν λεγόντων περὶ ἀρχῆς καὶ αἰτίας οὐθείς, ἔξω τῶν ἐν τοῖς περὶ φύσεως ἡμῖν διωρισμένων, εἴρηκεν. οἱ μὲν γὰρ ὡς ὕλην τὴν ἀρχὴν λέγουσιν, ἄν τε μίαν, ἄν τε πλείους ὑποθῶσι, καὶ ἐάν τε σῶμα, ἐάν τε ἀσώματον τιθῶσι.

Καθ' ὑπόθεσιν.

Καθ' ὑπόθεσιν εἰπεῖν, eſt ὑποτιθέμενον, μὴ ἀποφαινόμενον εἰπεῖν. Theophr. in vi. de Cauſis, Τοῦτο μὲν οὖν ὡς ἂν καθ' ὑπόθεσιν εἰρήσθω, Verũ hoc ſic accipi velim quaſi à ſupponẽte dictũ. hoc eſt, nõ id planè ſtatuo, nec vt argumẽtis probatũ ſequor: ſed quaſi εἰλημμένης ὑποθέσεως, vt Ariſtoteles in principio quinti τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

Ἐξ ὑποθέσεως.

Ἐξ ὑποθέσεως etiã opponitur τῷ ἁπλῶς. Ariſtot. in tertio Politic. Ἐπεὶ οἱ παῖδες ὡσαύτως πολῖται καὶ οἱ ἄνδρες· ἀλλ' οἱ μὲν, ἁπλῶς· οἱ δ', ἐξ ὑποθέσεως· πολῖται μὲν γάρ εἰσιν, ἀλλ' ἀτελεῖς, id eſt non iuſti ciues, ſed quodammodo & ex ſuppo ſitione. Multiplex enim eſt ciuis appellatio, vt ipſe alibi dixit. Et in tertio τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Καὶ διὰ τοῦτο, οὐ τοῦ γεωμέτρου θεωρῆσαι τί τὸ ἐναντίον, ἢ τέλειον, ἢ ἕν, ἢ ὄν, ἀλλ' ἢ ἐξ ὑποθέσεως, id eſt, non ad eum ſuo iure ac ſuæ profeſſionis nomine pertinet, ſed ſuppoſitione quadam, & alia ex cauſa. Sic in nono, Τὸ γὰρ πότερον ἐν ἀντιθέσει ἀεὶ λέγομεν, οἷον πότερον λευκὸν ἢ μέλαν, καὶ πότερον λευκὸν ἢ οὐ λευκόν. πότερον δὲ ἄνθρωπος ἢ λευκὸν, οὐ λέγομεν, ἐὰν μὴ ἐξ ὑποθέσεως καὶ ζητοῦντες, οἷον πότερον ἦλθε Κλέων ἢ Σωκράτης. ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη ἐν οὐδενὶ γένει τοῦτο. ac ſi diceret, Oppoſitionis natura ita fert, vt quæramus de duobus, vtrum, cũ ambo ſimul eſſe nequeant. Propriè enim & è natura rerum per vtrum quæri hoc non poteſt, vtrum Cleon an Socrates venerit, cum vterque ſimul veniſſe potuerit: & vtrum homo an album potius, quæ ſibi non oppoſita ſunt. Fieri tamen poteſt ſuppoſitione quadam, vt de duobus qui vna venire potuerunt, interdum quæramus vter venerit, cum alterum tantùm veniſſe ſupponimus: ita vt ſi alterum veniſſe reſpondeatur, alterum non veniſſe pro comperto habeamus, cum tamẽ natura non ſit neceſſarium. Philopo. in primum Poſter. Analyt. Ἐξ ὑποθέσεως δὲ ἀπόδειξις λέγεται ἡ λαμβάνουσα ἀποδεικτὸν, καὶ ἐν τούτῳ ἕτερόν τι δεικνύουσα, οἷον ὡς εἴ τις λέγοι, συγκεχωρήσθω μοι ὅτι ἐστὶ πρόνοια, καὶ δείκνυμι ὅτι ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἀθάνατος. ἢ συγκεχωρήσθω μοι τὴν ψυχὴν εἶναι ἀθάνατον, καὶ δείκνυμι ὅτι χωριστή ἐστι σωμάτων. ἐξ ὑποθέσεως γὰρ αἱ τοιαῦται ἀποδείξεις, καὶ οὐχ ἁπλῶς. Accipitur & aliter hoc verbum, vt apud Plutarchũ περὶ εἱμαρμένης, Ἔστι τοίνυν ὡς ἄν τις εἰκάσαι, ὁ πολιτικὸς νόμος, οἷος πρῶτον μὲν, τὰ πλεῖστα εἰ καὶ μὴ πάντα, ἐξ ὑποθέσεως προστάττει, ἔπειτα μὴν καθόλου τὰ πολλὰ προσήκοντα εἰς δύναμιν περιλαμβάνει. Deinde inferius, Μετὰ δὴ ταῦτα, οἷον μέν ἐστιν ἐξ ὑποθέσεως· ὅτι δὲ τοιοῦτον καὶ ἡ εἱμαρμένη, οἰέσθω, Verum, inquit, quale eſt tandẽ quod ἐξ ὑποθέσεως diximus? nam huiuſcemodi eſſe fatum exiſtimetur oportet. Ἐξ ὑποθέσεως δὴ ἔφαμεν τὸ μὴ καθ' ἑαυτὸ τιθέμενον, ἀλλὰ πρὸς ἑτέρῳ



τινὶ ὡς ἀληθῶς ὑποτεθὲν, ὅποσα ἀκολουθίαν σημαίνει. θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε. ἥτις ἂν ψυχὴ συνοπαδὸς γενομένη κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν μέχρι τῆς ἑτέρας περιόδου, εἶναι ἀπήμονα, κἂν ἀεὶ δύνηται τοῦτο ποιεῖν, ἀβλαβῆ εἶναι. Quæ verba ſunt Platonis. Deinde ſubdit, Τοιοῦτον μέντοι τὸ ἐξ ὑποθέσεως. Ex iis verbis intelligimus Ὑποθετικὸν εἶναι, & ἐξ ὑποθέσεως, quod ex conſecutione natum eſt, non per ſe & ſuapte natura, vt fatum ſecundum ſupradicta. quæ etiam lex Adraſtiæ dicitur propter conſecutionis neceſſitatem. & quæ Συνειμαρμένα, quaſi affata dicuntur, vel fati conſequentia atque comitantia. Vt idem Plutarch. Οὕτω δὲ καὶ ὁ τῆς φύσεως νόμος τὰ μὲν καθόλου προηγουμένως προστάττει, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα ἑπομένως. ἔστι τε εἱμαρμένα τρόπον τινὰ καὶ ταῦτα πάντα, ἐκείνοις συνειμαρμένα, hoc eſt fato connexa, quæ ob id ἐξ ὑποθέσεως dicuntur.

Ἀδραστείας νόμος. Συνειμαρμένα.

Inde ſyllogiſmi ὑποθετικοί, conditionales, & ex ſuppoſitione, & ex connexis dicuntur. Cic. in Topicis, Appellant autem dialectici eam concluſionem argumenti, in qua cum primùm ſumpſeris, conſequitur id quod annexum eſt, primum cõcluſionis modum. Et reliqua quæ ibidem proſequitur, de ſeptem generibus hypotheticorum. Ex ſupradictis intelligi facilè poteſt illud Ariſtotelis in quarto Politicon, Δεῖ γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι, βελτίω πολιτείαν τὴν ἐγγύτατα ταύτης εἶναι, χείρω δὲ τὴν ἀφεστηκυῖαν τοῦ μέσου πλεῖον, ἂν μὴ πρὸς ὑπόθεσιν κρίνῃ τις. λέγω δὲ τὸ πρὸς ὑπόθεσιν, ὅτι πολλάκις οὔσης ἄλλης πολιτείας αἱρετωτέρας, ἐνίοις οὐθὲν κωλύσει συμφέρειν ἑτέραν μᾶλλον εἶναι πολιτείαν, niſi ſi quis ſecundum ſuppoſitionem iudicet. Quod non eſt ſimpliciter & in vniuerſum iudicare quippiam præſtabilius eſſe: ſed certo quodam modo, vel certis hominibus, vel in certa ſpecie. Ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως fit ἀνυπόθετος, de quo ſuprà diximus ex Platone libro ſexto de Repub. in mentione vocabuli διάνοια.

Ἀνυπόθετος.

Ὑπόθεσις etiam eſt quod priſci Iuriſcõſulti ſpeciem appellant, recẽtiores legis caſum. Baſil. ἡγεμόνι, Πάντα τοίνυν εἰς ταυτὸν συνέδραμεν ἐπὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως. Vlpian. in tract. de donationibus inter virum & vxorem, cap. Sed interim, Quãdo itaque non retro agitur, emergunt vitia, vt Marcellus animaduertit in ſpecie huiuſmodi. Paulus in tract. ſecundo de legatis, cap. Latinus Largus, Proxime ex facto incidit ſpecies talis. Ibidem tamen in hunc caſum Paulus etiam iterum dixit: ſed commodius quàm iſti vtantur hodie. In hunc caſum, inquit ille, ancillas ſubſtitutas videri, in quem caſum fideicom. meruerunt. ita cum contingit fideicommiſ. mereri.

Species.

Quintilianus thema vocat, quaſi facti poſitionem vel euentus. vt libro ſecundo, Quid ergo? nunquam hæc ſupra fidem, & poëtica (vt verè dixerim) themata pertractare permittemus? Et in ſeptimo, Nã in ſcholis certa ſunt & pauca, & antè declamationẽ exponuntur: quæ themata Græci vocant. Inde theſeis & hypotheſeis.

Θέμα.

Cic. in Topicis, Quæſtionum duo genera: alterum infinitum, alterum finitum. Definitum eſt, quod Græci hypotheſim, nos cauſam. Infinitum eſt, quod theſim illi, nos propoſitum poſſumus nominare. Plinius ad Traianũ more Iuriſconſultorũ ſpeciẽ vocauit, Ideo tu domine, conſulendus fuiſti quid obſeruare me velles, tã hercule quàm de iis qui in perpetuum relegati nec reſtituti in prouincia deprehendũtur: nam hæc quoque ſpecies incidit in cognitionem meam. Species autem

*Theſis & hypotheſis.*

appellatur, quia nō generalis quæſtio eſt: quam Cicero infinitam vocat, quod nondum receptum generalis vocabulum erat, ſicut nec vniuerſalis, ſed ſpecialis. Quintil. in ſeptimo de quæſtionibus iuris & facti loquens, Solebam & hoc facere, præciperéve, vt vel ab vltima ſpecie (nam ea fere eſt quæ continet cauſam) retrorſum quærerem vſque primam generalémque quæſtionem: vel à genere ad extremam ſpeciem deſcenderem etiam in ſuaſoriis. Et paulo poſt, Similiter & in controuerſiis. Optet vir fortis alienam vxorem. Vltima ſpecies eſt, an optare poſſit alienam vxorem. Generale eſt, an quicquid optauerit, accipere debeat. Thema etiam eſt depoſitum apud menſam. Plutarch. in conſolatione, Οὐδὲ γὰρ οἱ τραπεζῖται ἀπαιτούμενοι τὰ θέματα, δυσχεραίνουσιν ἐπὶ τῇ ἀποδόσει, ἐὰν εὐγνωμονῶσι.

*Generalis.*

Ὑπόθεσις etiam fundamentum & quaſi baſim ſignificat. Theophr. de caudice arborum loquens, Αὕτη γὰρ οἷον ὑπόθεσις καὶ φύσις δένδρων ἐστί. Dicitur & Ὑπόθεμα. Plutarch. in Plat. quæſt. Τὰς γε μὴν προθέσεις ἐστὶν ἐπικρανοις καὶ βάσεσι καὶ ὑποθέμασιν, ὡς οὐ λόγοις, ἀλλὰ περὶ τοὺς λόγους μᾶλλον οὔσας, ὁμοιοῦν. Ὑποθέσεις etiam dictæ ſunt principia & elementa ſcientiarum, quas quidam ſuppoſitiones, quidam ſubiectiones dicunt. De quibus, & ſimul περὶ τῶν ἀξιωμάτων καὶ αἰτημάτων, quoniam in Annotationibus in Pandectas diximus, hîc non repetendum duximus.

*Ὑπόθεσις.* *Ὑπόθεμα.*

Ὑπόθημα eſt ὁ πυθμὴν, baſis & fultura & pes, vt calicis & tripodis: & opponitur τῷ ἐπιθήματι. Pauſa. Τὸ ὑπόθημα δὲ τὸ ὑπὸ τοῦ δίφρου τοῖς ποσὶν, λέοντάς τε χρυσοῦς, καὶ Θησέως ἐπειργασμένην ἔχει μάχην τὴν πρὸς ἀμαζόνας. Idem, Ἔνθα ὑδρία καὶ ἐπίθημα ἐς ἐμὲ ἦν ἡ χαλκῆ. Idem in Phocicis, Τῶν δὲ ἀναθημάτων οὐδὲν ἔτι ἦν αὐτῶν, εἰ μὴ σιδηροῦν μόνον τὸ ὑπόθημα τοῦ κρατῆρος. Verum quod ſupra dictum eſt ὑπόθεσιν ἀντὶ τῆς προθέσεως eſſe, Atticorum eſt locutio, vt ὑπαγορεύειν ἀντὶ προαγορεύειν. Iſocr. in Paragraph. Ἐγὼ δ' οὐχ ὑμᾶς ταύτην ἔχειν τὴν γνώμην ἡγοῦμαι, πρός τε τοὺς ὑπειρημένους λόγους ῥᾴδιον ἀντειπεῖν νομίζω, id eſt προειρημένους, ſupradictos. Ariſtoph. Ὑπειπούσης μου ὅτι εἰς ἑσπέραν ἥξοιμι, Prædicente me quòd ſub veſperam ventura erā. Demoſth. τοσοῦτον ὑπειπὼν, ſi hoc tantùm prædixero, & conteſtatus fuero. Themiſt. in tertio phyſic. Λέγωμεν δὴ περὶ κινήσεως, πρότερον ὅσα χρήσιμα πρὸς τὸν λόγον αὐτῆς ὑπειπόντες. Sic ὑπάγειν & προάγειν pro eodem ponuntur, vt alibi dicetur. Demoſth. Εἰς ἔχθραν καὶ μῖσος καὶ ἀπιστίαν τῶν πόλεων ὑπηγμένων ὑπὸ τούτων, id eſt προηγμένων, impulſis, productis. Greg. Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ἐμαυτὸν εἰς τοὺς ἐμοὺς ὑπαχθεὶς ἐπαίνους, progreſſus & prouectus.

*Ἡ ὑπὸ ἐν τῇ συνθέσει ἀντὶ τοῦ πρὸ τίθεται.* *Ὑπαγορεύειν ἀντὶ τοῦ προαγορεύειν, καὶ ἄλλα πολλὰ ὅμοια.* *Ὑπάγειν.*

Sic Latinè ſubigo. Varro libro ſecūdo, AEſtate paſtum exigunt mane & antequam æſtus incipiat, ſubigunt in vmbroſum locum, maximè vbi aliqua ſit. Alibi prodigunt dixit, Rectè admiſſuras cum faciunt, prodigunt in lutoſos limites ac luſtra.

*Subigere.*

Ὑφηγοῦμαι ἀντὶ τοῦ προηγοῦμαι. Thucydides, Πειρασόμεθα ἀμύνεσθαι πολέμου ἄρχοντας ταύτῃ ᾗ ἂν ὑφηγῆσθε, Eo modo propulſare bellum conabimur à vobis laceſſitum, quo modo vos prouocaueritis, id eſt προηγῆσθε. Plutarchus de Pompeio fugiente, Καὶ δαίμων ἐκείνῳ ὑφηγεῖτο τὴν ὁδὸν, viam præibat in AEgyptum. Idem de morte Cæſaris, Τοῦτο δὲ ἀποφαίνει δαίμονός τινος ὑφηγουμένου καὶ καλοῦντος ἐκεῖ τὴν πρᾶξιν, ἔργον γεγονέναι, numine quopiā præeunte. Plato Epinomide, de cultu diuino & pietate loquens, τοῦτο δὴ οὖν τὸ μέρος

*Ὑφηγεῖσθαι.*



μέρος φαμὲν φύσει κυριώτατον, καὶ δυνατὸν ὡς οἷόν τε μάλιστα καὶ ἄριστα μαθεῖν, εἰ διδάσκοι τις. Ἀλλ' οὐδεὶς ἂν διδάξειεν εἰ μὴ θεὸς ὑφηγοῖτο, niſi deo præeunte, & auctore doctrinæ. Ariſtot. in tertio τῶν μετεωρολ. in principio, τὸν ὑφηγημένον τρόπον λέγοντες, modo iam inſtituto, & ſuprà ſeruato, id eſt præcedente. Ὑφηγεῖσθαι etiā ſignificat hortari, ſuadere, & dictare. Ariſtot. in OEcon. Τοῦθ' ὑφηγεῖται καὶ ὁ κοινὸς νόμος, καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι λέγουσιν, ὥσπερ ἱκέτιν καὶ ἀφ' ἑστίας ἠγμένην μὴ δοκεῖν ἀδικεῖν. Magnus Dionyſius de diuinis nominibus, Καὶ ὅπερ ἀεὶ κατὰ πᾶσαν ἡμῖν θεολογίαν ὁ ἱεραρχικὸς νόμος ὑφηγεῖται, θεοπτικῇ διανοίᾳ τὰς θεοειδεῖς ἐποπτείας ὑποδεξώμεθα, κυρίως εἰπεῖν, θεωρίας, id eſt, quod nobis auctor eſt & ſuadet dictát que lex hierarchica. Sic Ὑφίεμαι ἀντὶ τοῦ προΐεμαι, vt ſuo loco dicetur. Et Ὑποφθάνω ἀντὶ τοῦ προφθάνω Plutarchus dixit. Ὑποδεικνύω præmōſtro. Iſocr. πρὸς Φίλιππ. Ὁ δὲ διαλλάξας τὰς πόλεις πρὸς ἀλλήλας, ὑπέδειξε τοῖς ἐπιγιγνομένοις μεθ' ὧν χρὴ καὶ οὓς δεῖ τοὺς πολέμους ἐκφέρειν. Ὑπολαμβάνειν ἀντὶ τοῦ προλαμβάνειν. Thucydides, Οὐ γὰρ ἂν Κερκυραῖοί γε ὑπολαβόντες, βίᾳ ἡμῶν εἶχον. Sūt & alia quæ fortaſſe inter ſcribendū ſubibunt & dicentur.

*Ὑποδεικνύειν.*

Sic intelligo illud octaui Iliados de Aiace Telamonio, qui ſcutū Aiaci minori prætendebat, Στῆ δ' ἄρ ὑπ' Αἴαντος σάκεϊ Τελαμωνιάδαο, Ἔνθ' Αἴας μὲν ὑπεξέφερεν σάκος. Ὑποφήτης etiam ἀντὶ τοῦ προφήτης dicitur. licet ſæpius aliter accipiatur, vt apud Lucianum, Οἴεσθε γὰρ τὸν ἐπὶ τοῖς Πλάτωνος λόγοις θαυμάζεσθαι ἀξιοῦντα, ὡς μόνον κατανενοηκότα καὶ ἄλλοις ὑποφητεῦσαι δυνάμενον, hoc eſt enarrare & interpretari, quaſi à Platone per manus acceperit. Alibi aliter, Καὶ τὸν ὄνειρον μετὰ τοῦ ὕπνου διανυκτερεύοντα, καὶ ὑποφητεύοντα αὐτῷ, id eſt ὑπουργοῦντα, hoc eſt antiſtitē eius καὶ χρησμολογοῦντα. Ilia. π. Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων, Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου, ἀμφὶ δὲ Σελλοί Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται, ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι, ἀντὶ τοῦ ὑπομάντεις καὶ χρησμῳδοί, ſqualliди & illoti, quaſi quidam deuoti καὶ μονασταί. meminit Strabo lib. vii. in fine.

*Ὑποφήτης.* *Ὑποφητεύειν.*

Dionyſ. de cæleſti hierarchia, Ὑποφητικὰς τάξεις appellat angelorum ordines, qui diuina interpretandi munere fungūtur, & quæ diuinitus acceperūt, aut à ſuperioribus ordinibus deinceps hauſerunt, infimis ordinibus quaſi per manus tradunt: & illi rurſus viris ſanctis & deo plenis enuntiant & produnt, qui etiam ob id Ἐκφάντορες & Ἐκφαντορικοὶ dicuntur, vt in cap. περὶ ἀρχῶν καὶ ἀρχαγγέλων, Ἡ δὲ τῶν ἀρχαγγέλων τάξις τῆς ὑποφητικῆς ἐστι τάξεως, τὰς θεαρχικὰς ἐλλάμψεις ἱεραρχικῶς διὰ τῶν πρώτων δυνάμεων ὑποδεχομένη, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτὰς ἀγαθοειδῶς ἀγγέλλουσα, καὶ δι' ἀγγέλων ἡμῖν ἀναφαίνουσα. Idem docens cur pontifices angeli vocentur, Οὐδὲν οὖν ἄτοπον, εἰ καὶ τὸν καθ' ἡμᾶς ἱεράρχην, ἄγγελον ἡ θεολογία καλεῖ, τὸν κατὰ δύναμιν οἰκείαν μετέχοντα τῆς τῶν ἀγγέλων ὑποφητικῆς ἰδιότητος, καὶ πρὸς τὴν ἐκφαντορικὴν αὐτῶν ὁμοίωσιν, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώποις, ἀνατεινόμενον, & ad effatricem eorum ſimilitudinem, vt eſt captus humanus, ſublatum. Idem ad Polycarpum ſcribēs, περιττὸν οὖν ἐστι τὴν ἀληθείας ἐκφάντορα πρὸς τούτους ἢ ἐκείνους διαμάχεσθαι. Damaſc. de patre loquens, λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος. Idem, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ πατρός.

*Ὑποφητικαὶ τάξεις.* *Ἐκφαντορικὸς & ἐκφάντωρ. ἐκφαντικός.*

Ἐκφαντορεία pro doctrina rerum reconditarum myſticarúmque interprete atque enarratrice, cap. ſecundo de cœleſti hierarchia, Ἑξῆς δὲ τὰς οὐρανίας ἱεραρχίας ὑμνῆσαι, κατὰ τὴν αὐτῶν ἐν τοῖς λογίοις ἐκφαντορείαν. Idem περὶ τῶν

*Ἐκφαντορεία.*

μένης θεολογίας, Καὶ γὰρ ἐκεῖθεν τὰς θείας ἐκφαντορείας παραλαβόντες, ὥσπερ τινὰ κανόνα κάλλιστον ἀληθείας, τὰ ἐκείνου κείμενα φρουρεῖν ἐν ἑαυτοῖς ἀπαραίτητα σπεύδομεν.

Ἐκφαίνειν.

Eſt enim Ἐκφαίνειν, edere, effari, & prodere quod occultũ eſt & arcanum. Et Ἔκφανσις, ἐξαγόρευσις, idem quod ἐκφαντορία apud eundem Dionyſium

Ἐκφαντικός.

de cœleſti hierarchia: & ἐκφαντικὸς idem qui ἐκφαντορικὸς, cap. ſecũdo cœleſtis hierarchiæ, εἰ μὴ τὸ δυσειδὲς ἡμᾶς ἐξετάραξεν τῆς τῶν ἀγγέλων ἐκφαντικῆς ἀναπλάσεως. Sed ſuperiora vocabula peculiaria ſunt theologiæ priſcæ, vt alia multa, quæ theologi Græci ab eo accepiſſe mihi videntur, aut ab æqualibus eius. Gregor. περὶ ἁγίου πνεύματος, Ὁρᾷς φωτισμοὺς κατὰ μέρος ἡμῖν ἐλλάμποντας, καὶ τάξιν θεολογίας, ἣν καὶ ἡμᾶς τηρεῖν ἄμεινον, μήτε ἀθρόως ἐκφαίνοντας, μήτε εἰς τέλος κρύπτοντας, id eſt, enarrantes confertim, & effantes myſteria. Baſil. Andronico, Ὁρᾷς ὅπως κύκλῳ περίειμι, ὀκνῶν καὶ ἀναδυόμενος τὴν αἰτίαν ἐκφαίνειν

Ὑποφητικόν.

ὑπὲρ ὧν ποιοῦμαι τοὺς λόγους. Idem Dionyſius Ὑποφητικὸν pro prophetico dixit in libro de Eccleſ. hierarch. enumerãs enim ea quæ in libris ſacris tradita ſunt, ita inquit, ἢ τῶν πρακτέων σοφὰς ὑποθήκας, ἢ θείων ἐρώτων ᾄσματα, καὶ ἐνθέους εἰκόνας, ἢ τῶν ἐσομένων ὑποφητικὰς προαναῤῥήσεις, ἢ τὰς ἀνδρικὰς Ἰησοῦ θεουργίας. & de Eſaia in libro de cœleſti hierarchia, Καὶ γὰρ ἀπορήσειέ τις ὅτι μὴ τῶν ὑφειμένων τις ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ταῖς πρεσβυτάταις οὐσίαις ἐνάριθμος ἀποκαθαίρει τὸν ὑποφήτην. Aliter autem cap. ſecundo eiuſdem libri dixit, Πάντες οἱ θεόσοφοι, καὶ τῆς κρυφίας ἐπιπνοίας ὑποφῆται, id eſt antiſtites & interpretes & ἐξηγηταί. & Ὑποφητικῶς apud eundem Dionyſium, antiſtitis more ſignificat, & antiſtitis officio fungendo. & ad Demophilum, οἱ δὲ ἱεροὶ ἄγγελοι καὶ ὑποφῆται

*Magnus Dionyſius, quem Areopagitam appellant.*

μετὰ τοὺς ἱεράρχας εἰσὶ τῶν θείων κριμάτων. De hoc magno auctore Dionyſio, quicunque ille fuit, mihi loquutus eſſe videtur magnus Gregorius ἐν τῷ εἰς τὰ γενέθλια λόγῳ, his verbis, Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, λέγω πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. οὕτω μὲν οὖν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τοῖς Σεραφὶμ συγκαλύπτεται, καὶ δοξάζεται, τρισὶν ἁγιασμοῖς εἰς μίαν συνιοῦσι κυριότητα καὶ θεότητα. ὃ καὶ ἄλλῳ τινὶ τῶν πρὸ ἡμῶν πεφιλοσόφηται κάλλιστά τε καὶ ὑψηλότατα. & rurſus ἐν τῷ εἰς τὸ ἅγιον πάσχα iiſdem verbis. Addendum hoc ſupradictis, quod obliuione tranſmiſera-

Ὑποτίθεσθαι.

mus, Ὑποτίθεσθαι ἀττικῶς ſignificare τὸ παραινεῖν καὶ συμβουλεύεσθαι, & præceptiones dare doctrinæ moralis & philoſophicæ. Ariſtot. in primo Rhetoricorũ, ὥστε ὅταν ἐπαινεῖν βούλῃ, ὅρα τί ἂν ὑπόθοιο· καὶ ὅταν ὑποθέσθαι, ὅρα τί ἂν ἐπαινέσαις. ἃ γὰρ ἐν τῷ συμβουλεύειν ὑπόθοιο, ταῦτα μετατεθέντα τῇ λέξει, ἐγκώμια γίνεται. Baſil. ἡγεμόνι, Εἴτε ἀφ' ἑαυτῶν ἐλθόντες ἐπὶ τὴν βίαν, εἴτε καὶ ἑτέρων αὐτοῖς ὑποθεμένων. πλὴν οὐδαμόθεν αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα ἀνέγκλητον. τί γὰρ ἧττον ἀδικεῖ ὁ οἴκοθεν πονηρὸς, ἢ ὁ ἑτέρων κακίᾳ ὑπηρετούμενος; Plutarch. in Politicis præceptis, Τούτῳ δὲ καλῶς ἐστὶν ἔχον χρήσασθαι πρὸς τοὺς παρατρεπομένους τῶν φιλοσόφων, διδάσκοντας δὲ μηδὲν, μηδὲ ὑποτιθεμένους. ὅμοιοι γάρ εἰσι τοῖς τοὺς λύχνους προμύττουσιν, ἔλαιον δὲ μὴ ἐγχέουσι. Iliad. x i. Ἀλλ' εὖ οἱ φάσθαι πυκινὸν ἔπος, ἠδ' ὑποθέσθαι, Καί οἱ σημαίνειν· ὁ δὲ

Ὑποθῆκαι.

πείσεται. Vnde Ὑποθῆκαι dicuntur παραινέσεις & præcepta ad vitã inſtituen-

Ὑποθημοσύνη.

dam. vt in loco Dionyſii ſupra citato, ἢ τῶν πρακτέων σοφὰς ὑποθήκας. Ὑποθημοσύνη etiã doctrina & diſciplina præceptúmque docentis dicitur. Ilia. o. Ἀλλ' ὥστε στάθμη δόρυ νήιον ἐξιθύνει Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος, ὅς ῥά τε πάσης Εὖ εἰδῇ σοφίης ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης. Baſil. de prouerbiis Solomonis, Καὶ



ὅλως διδασκαλία βίου, πυκνὰς τὰς ὑποθήκας περιέχουσα τῶν πρακτέων.

Τίθεσθαι.

Τίθεσθαι etiam varia habet ſignificata. Θέσθαι παῖδα, adoptare, vt alibi (vt opinor) dictum eſt. Plutarch. de AEmyl. Τεσσάρων δὲ αὐτῷ παίδων ἀῤῥένων γεγονότων, δύο πρότερον ἐτύγχανεν ἑτέροις ἐκδεδωκὼς θέσθαι. Nam θέσθαι alioqui facere ſignificat, & efficere, καὶ ἀπεργάζεσθαι, vt Odyſſ. ρ. Καί κεν ὀρθὸν πίνων μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο, Atque etiam ſero victitans, in plenæ habitudinis corpulentiam euaderet, grandem femorum corpulentiam faceret. ab ea enim parte vigor & robur corporis ſignificatur, vt libro ſequenti, Ἦ τάχα Ἶρος ἄϊρος ἐπίσπαστον κακὸν ἕξει, Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει. Τίθεσθαι νόμον, legem ferre & ſancire. ὅθεν Νομοθετεῖν καὶ Νομοθεσία. Demoſth. Χρὴ δὲ ὅταν τίθησθε τοὺς νόμους, ὁποῖοί τινές εἰσι σκοπεῖν· ἐπειδὰν δὲ θῆσθε, φυλάττειν, id eſt ἐπειδὰν κυρώσητε. Alibi, Τέθειν ται τὸν νόμον τοῦτον. Τίθεσθαι ponere & collocare, Εἰς μὲν ταύτην τίθεμαι τὴν τάξιν αὐτὸν, ἐν ᾗ πλείστης ἂν τυγχάνοι τιμῆς, Eo loco ipſum & numero pono & ſtatuo. Τίθεμαι ſtatuo, conſtituo, id eſt moderor & rego. Xenoph. in primo ἀπομνημ. Οἴεσθαι οὖν χρὴ καὶ τὴν ἐν παντὶ φρόνησιν τὰ πάντα ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ οὕτω τίθεσθαι. pro quo μεταχειρίζεσθαι paulo poſt dixit. quod etiam διατίθεσθαι dicitur. Thucyd. Εἰ τεθήσονται κατὰ νοῦν τὰ πράγματα, Si ex animi ſententia res proſperè cedant. Lucian. Ὅπως τὸ παρὸν εὖ θέμενος, παραδράμῃς γελῶν τὰ πολλὰ, περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς, Cum compoſueris quod inſtat. Idem Xenophon, Ἀλλ' ἐξέσται ἡμῖν πρὸς τὸ ἡμέτερον συμφέρον πάντα τίθεσθαι, Sed licebit nobis res gerere vt è re noſtra eſſe videbitur. Gregor. de miſericordia loquens, Ἐν ἀλλοτρίαις συμφοραῖς τὰ οἰκεῖα εὖ τίθεσθαι. Demoſth. Ἐν οἷς μηδένα βλάπτων, ἄμεινόν τι τῶν ἰδίων θήσεται, nullius incommodo conditionem ſuam meliorem faciet. Andocid. Τὰς δὲ γενομένας συμφορὰς, πρὸς ἀλλήλους θέσθαι καλῶς, inter ſe ſarcire & componere. Τίθεσθαι aſſentiri. Syneſ. Euoptio, Τούτοις αὐτοφυεῖς ὁμηρίδας ἐνόμιζε, καὶ ἐθέμην τῷ δόγματι, & comprobaui eorum opinionem. Eſt enim Τίθεσθαι idem quod συναινεῖν καὶ ἀρέσκεσθαι καὶ συγκατατίθεσθαι, hoc eſt aſſentiri, idem ſentire. Chryſoſt. ſecundæ ad Theſſalonicenſes ſecundo, Τί οὖν ἐστὶ τὸ κατέχον ἀποκαλυφθῆναι αὐτόν. οἱ μὲν τοῦ πνεύματος τὴν χάριν φασὶν, οἱ δὲ τὴν ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, οἷς ἔγωγε μάλιστα τίθεμαι. Plato libro nono de legibus, ἀλλὰ αἰσχρὸν δὴ μᾶλλον ὁμήρῳ τε καὶ τυρταίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ποιηταῖς περὶ βίου τε καὶ ἐπιτηδευμάτων καλῶς θέσθαι γράψαντας, λυκούργῳ δὲ ἧττον καὶ σόλωνι, καὶ ὅσοι δὴ νομοθέται γενόμενοι γράμματα ἔγραψαν. vbi γράψασι omnino legendum videtur cõtra fidem exemplarium, ſcribentibus aſſentiri. Greg. εἰς Βασίλειον, Ὡς δὲ τὸ τῆς διαλέξεως ἔγνων ἀπόρρητον, οὐδὲ καθεκτὸν ἔτι τυγχάνον, ἀλλὰ σαφῶς ἤδη παραγυμνούμενον, ἐξαίφνης μεταβαλὼν, πρύμναν τε ἐκρουσάμην, ἐκείνῳ θέμενος, καὶ ἑτεραλκέα νίκην ἐποίησα, hoc eſt προσθέμενος. Quo in loco negatio deeſſe videtur in peruulgatis exemplaribus, vt ſit οὐκ ἀπόρρητον, hoc ſenſu, Simul autem ego animaduerti eorũ in diſputando maleuolentiam, quæ iam arcana eſſe, ab eiſque cohiberi non poterat, ſed præ calore contentionis ſeſe prodebat: ibi ipſe mutatus inhibere nauigium inſtiti, alterámque in partem ſenſim tranſiens, ad ipſum Baſilium victoriam inclinaui, quam ancipitem prius feceram, aut etiam ſuperiorem in ea parte vnde ſteteram. Quæ verba extrema ſunt Homerica, & per parodiam di-

ſta à Gregorio. Τίθεσθαι igitur eſt fauere, adeſſe, aſtipulari, & ſuppetias ferre laboranti. Idem Syneſ. Ἀλλά τοιγε περιαιρεῖσθαι τὰ βέλτιστα, ὃ τίθεσθαι οὐκ ἀφαιρήσεται. Philopo. in Proclum libro nono, εὐγνώμονος γὰρ τὴν ἀνδρὸς, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τὸ πλέον νέμοντος, τῇ φαινομένῃ καλῶς ἔχειν τῶν πλάτωνος ὑποθέσεων τιθέμενον, τὴν ἑτέραν τὴν μαχομένην ὡς οὐκ ἀληθῆ παραπέμπεσθαι. Frequentius idem προστίθεσθαι dicitur. Plutarch. Προστιθέμενος τοῖς Ἀριστοτέλους λόγοις. Τίθεσθαι etiam eſt ducere atque exiſtimare, & λογίζεσθαι. Syneſ. Καὶ γὰρ δὴ ἅπαντα τἄλλα μικρὰ πρὸς ἕν τις αὐτοῦ τοῦτο θεῖτο. Idem de Homero loquens, Τὸν ἐν θαλάττῃ θάνατον, ἀκριβεστάτην ἀπώλειαν εἶναι τιθέμενος. Baſilius εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν παροιμιῶν, Ἔνια μὲν γὰρ τῶν ἐθνῶν τὴν πατροφονίαν δικαίαν τίθενται. Idem τοῖς ὑφ' ἑαυτὸν ἀσκηταῖς, Ἀναγκαῖον τιθέμεθα διὰ τῶν γραμμάτων ἐπισκέπτεσθαι ὑμᾶς, neceſſarium eſſe

Ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεσθαι.

putamus. Plutarch. Τὸν Ἀράβων βασιλέως ἐν οὐδενὶ λόγῳ τὰ Ῥωμαίων τιθεμένου, pro nihilo ducente, οὐδένα ὑπόλογον ποιουμένου, πρόνοιαν μὴ ποιουμένου, hoc eſt

Παρ' οὐδὲν τίθεμαι, Μηδὲν τίθεμαι. Ὕστερον τίθεμαι.

καταφρονοῦντος. Et παρ' οὐδὲν τίθεμαι, nihili facio, μηδὲν τίθεμαι. Baſil. ad Gregorium, Σὺν τὴν ὄντως τὸ διανόημα, καὶ τῆς σῆς ψυχῆς τῆς πάντα τὰ τῇδε μηδὲν τιθεμένης, πρὸς τῇ ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένην ἡμῖν μακαριότητα. Ὕστερον τίθεσθαι poſthabere. Pauſan. in primo de Homero loquens, Καὶ τὴν ὠφέλειαν εἰς χρήματα παρὰ τῶν δυνατῶν, ὑστέραν θέμενος τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης. Τίθεσθαι τὸν ἀγῶνα, edere certamen. vnde Ἀγωνοθετεῖν. Gregor. de martyre pro tuenda eccleſia ſupplicium perpeſſo, Οὐ περὶ τῶν χρημάτων, ἀλλὰ τῆς εὐσεβοῦς τόνδε τὸν ἀγῶνα τιθέμενος.

Ἐν σπουδῇ τίθεσθαι. Σὺν καλῷ τίθεσθαι. Ἐν καλῷ καὶ ἐν αἰσχρῷ τίθεσθαι. Τίθεσθαι, λαμβάνειν, καὶ αἰτεῖσθαι.

Ἐν σπουδῇ τίθεσθαι, eſt ſtudioſum eſſe alicuius rei, & de ea laborare. Plutarch. Ἐν σπουδῇ τίθεσθαι τὸν πλοῦτον. Polyb. in primo, Σὺν καλῷ τιθέμενοι τὴν τοιαύτην τόλμαν, honeſtam exiſtimantes. Quod & ἐν καλῷ τίθεσθαι dicitur ab eodem, & ἐν αἰσχρῷ τίθεσθαι à Plutarcho. Τίθεσθαι eſt ponere & ſupponere, hoc eſt theſim facere: & differt τοῦ αἰτεῖν, ſed idē eſt ferè quod λαμβάνειν, & quaſi iure ſuo ſumere: hoc eſt tanquā confeſſum vel per ſe probatū ſumere. Quæ verba ſunt τῶν ἀναλυτικῶν καὶ διαλεκτικῶν. Themiſtius in ſecundo Phyſicorū, οὐκ ἔχοντες τὴν τῆς τύχης φύσιν ἀποδοῦναι, ἄδηλον αὐτὴν αἰτίαν τοῖς ἀνθρώποις τίθενται, hoc eſt ὑποτίθενται. Alibi voce actiua in quarto eiuſdem, ἃ μὲν οὖν λέγουσιν οἱ τὸ κενὸν εἶναι τιθέντες, ταῦτά ἐστι. Et paulo poſt, αὐτῶν οὖν πυθώμεθα τῶν τὸ κενὸν τιθεμένων, voce paſſiua. Ariſtotel. in primo Priorum Analyticon, Ἔστω γὰρ ζῷον μὲν, ἐφ' οὗ α. τὸ δὲ θνητὸν, ἐφ' οὗ β. καὶ ἀθάνατον, ἐφ' οὗ γ. ὁ δὲ ἄνθρωπος οὗ ὅρον δεῖ λαμβάνειν, ἐφ' οὗ δ. ἅπαν δὴ ζῷον λαμβάνει ἢ θνητὸν ἢ ἀθάνατον. τοῦτο δέ ἐστιν ὃ ἂν ᾖ α, ἅπαν εἶναι ἢ β ἢ γ. πάλιν τὸν ἄνθρωπον ἀεὶ διαιρούμενος τίθεται ζῷον εἶναι, ὥστε κατὰ τοῦ δ τὸ α λαμβάνει ὑπάρχειν. ὁ μὲν οὖν συλλογισμός ἐστιν, ὅτι τὸ δ ἢ β ἢ γ ἅπαν ἔσται. ὥστε τὸν ἄνθρωπον, ἢ θνητὸν μὲν ἢ ἀθάνατον ἀναγκαῖον εἶναι. ζῷον δὲ θνητὸν μόνον, οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι, ἀλλ' αἰτεῖται. Quorum verborū hæc ſumma eſt, Qui velit probare hominem animal eſſe mortale, vt ex eo πρὸς τὸν λόγον καὶ τὸν ὅρον hominis progrediatur: (hoc eſt ad definitionem, quæ conſtat generibus, formis & differentiis, quæ per diuiſionem colliguntur.) hunc neceſſe eſt aliquid ponere: aliquid ſumere: & aliquid petere, quod eſt velut precariò ſumere ab eo quicum diſputatur. Ponit enim hominem eſſe animal: tanquam ſcilicet notum & confeſſum. Deinde ſumit hoc modo, Omnis homo eſt animal: quod idem eſt cū theſi. Porrò



omne animal aut mortale eſt aut immortale: Quare omnis homo aut mortalis eſt aut immortalis, cum ſit animal. neceſſariā enim hoc habet conſequentiam. Hominem verò eſſe animal mortale, non ex præcedentibus eſt neceſſarium, ſed id precario petitur: quod tamen demonſtrari oportebat diuiſionis ſyllogiſmo, ſi aduerſarius iure ſummo agere inſtitiſſet. Ita cum definitionem editurus hominis, diceret, Omnis homo eſt animal: atqui omne animal aut mortale aut immortale: homo igitur eſt mortale animal. hîc inſiſteret aduerſarius, niſi hoc precario peteret is qui diſſerit. Quare vt Ariſtoteles inquit, diuiſio ſyllogiſmus eſt infirmus, ἔστι γὰρ ἡ διαίρεσις οἷον ἀσθενὴς συλλογισμός. Λῆμμα & λαμβανόμενον eſt quod ſumitur. & πρόσληψις aſſumptio: & προσλαμβανόμενον quod aſſumitur, & ἐπιφερόμενον quod infertur. Alexand. in Topicis, ὅτι δὲ μὴ δὲ τοῦτον ἐν ἄλλοις τῷ προσειλημμένῳ τὸ ἐπιφερόμενον, ἐκ τούτων ἄν τις μάθοι. Et ἐπιφορὰ illatio, vt συμπέρασμα. Inde μονολήμματος συλλογισμὸς dicitur Rhetoricus ſyllogiſmus, quod ἐνθύμημα vocatur. Alex. in primo Topic. οὓς γὰρ οἱ περὶ ἀντίπατρον μονολημμάτους συλλογισμοὺς λέγουσιν, οὐκ εἰσὶ συλλογισμοὶ, ἀλλ' ἐνδεῶς ἐρωτῶνται, ὡς τὸ, ἀναπνεῖς· ζῇς ἄρα. Idē inferius, τοιοῦτοι δ' εἰσὶ καὶ οἱ ῥητορικοὶ συλλογισμοὶ, οὓς ἐνθυμήματα λέγουσι. ὃ γὰρ ἐν ἐκείνοις δοκεῖ γίνεσθαι διὰ μιᾶς προτάσεως ὁ συλλογισμὸς, τῷ τὴν ἑτέραν γνώριμον οὖσαν, ὑπὸ τῶν δικαστῶν, ἢ τῶν ἀκροατῶν προστίθεσθαι. μονολήμματος igitur eſt vnius intentionis argumētum, quæ etiā propoſitio dicitur, vt auctor eſt Fabius. Idem Alexāder, ὅτι δὲ μὴ τοιοῦτος ὁ τοῦ ψευδογραφοῦντος λόγος, ἐδήλωσεν ἀριστοτέλης διὰ τοῦ εἰπεῖν, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων μὲν τῇ ἐπιστήμῃ λημμάτων, οὐκ ἀληθῶν δὲ, τὸν συλλογισμὸν ποιεῖται. Λήμματα Ariſtoteles προτάσεις appellauit, vt ex eo loco apparet legētibus. Laert. in Zenone, λόγος δέ ἐστι τὸ συνεστηκὸς ἐκ λήμματος ἢ λημμάτων, καὶ προσλήψεως καὶ ἐπιφορᾶς, οἷον ὁ τοιοῦτος, εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστί. πρόσληψις, ἡμέρα δέ ἐστιν. ἐπιφορὰ δὲ, φῶς ἄρα ἐστί. Λημμάτιον eſt quaſi ſumptiūcula, propoſitiūcula. Margent. in librū περὶ ἑρμηνείας, Ἵνα δὲ τοῦτο γένηται δῆλον, προσλάβωμεν τέσσαρά τινα λημμάτια ἔξωθεν. Alex. σημειωτέον δὲ ὅτι λήμματα παρ' ἀριστοτέλει αἱ προτάσεις λέγονται. Διλήμματον σχῆμα ῥητορικὸν ex eo dici poteſt, quaſi δύο προτάσεις ἔχον, ἢ διπλῶς λαμβάνον. quod eſt huiuſmodi, vt inquit Hermogenes tomo IIII, ὅταν δύο ἐρωτήσεις ἐρωτῶντες τὸν ἀντίδικον ἐναντίας ἀλλήλαις, πρὸς ἑκατέραν ὦμεν εἰς λύσιν παρεσκευασμένοι. vt illud Demoſthenis in AEſchinem, Πότερον παρῆς τοῖς ἀπολομένοις καὶ συνευφραίνου, ἢ οὐ παρῆς. ἐὰν γὰρ εἴπῃ παρῆν μὲν καὶ συνευφραινόμην, παρεσκεύασται ὁ ῥήτωρ εἰπεῖν, πῶς οὖν κατηγορεῖς τούτων, οἷς συνευφραίνου. ἐάν τε λέγῃ οὐ παρῆν μὲν, ἀπαντήσεται αὐτῷ, ὅτι ἄξιος ἦς δίκης, τοῖς ἀγαθοῖς τῆς πόλεως μὴ συμπαρών. Eſt & διλήμματον illud, εἴτε καλὴν ἔγημας εἴτε αἰσχρὰν, οὐκ ἔδει γῆμαι. ἓν γὰρ πέρας συνάγεται ἐξ ἀμφοτέρων, τὸ μὴ δεῖν γῆμαι, διὰ μὲν τοῦ καλὴν, κοινὴν, διὰ δὲ τοῦ αἰσχρὰν, ποινήν. Supra dicta igitur licet ſint ſumpta de medio, ſunt tamen peculiaria τῶν ἀναλυτικῶν: ſicut ipſum verbum Ἀναλύειν geometræ ſuum vſu fecerunt: vt arithmetici Λογίζεσθαι, & muſici Ἁρμόζειν. Plutarch. ἐν τῷ, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτ. Καὶ γὰρ ἁρμονικοὶ τὸ κατακρούειν ἡρμοσμένου, καὶ γεωμέτραι τὸ ἀναλύειν, καὶ ἀριθμητικοὶ τὴν ἐν τῷ λογίζεσθαι συνέχειαν ἐκλιπόντες, ἅμα ταῖς ἐνεργείαις ἀμαυροῦσι τὰς ἕξεις, καίπερ οὐ πρακτικὰς, ἀλλὰ θεωρητικὰς τέχνας ἔχοντες. Ariſtot. in pri. Poſt. Analyti. Εἰ δ' ἦν ἀδύνατον ἐκ ψευδῶν ἀληθὲς δεῖξαι, ῥᾴδιον ἂν ἦν τὸ ἀναλύειν. Philo-

Λῆμμα. Πρόσληψις. Ἐπιφορά. Μονολήμματος. Λημμάτιον. Διλήμματον. Ἀναλύειν.

po. in eundem librum, Ἀνάλυσιν δὲ καλοῦσιν οἱ γεωμέτραι τὴν εὕρεσιν τῶν προτάσεων, δι᾽ ὧν συνήχθη τὸ ἀληθὲς συμπέρασμα. οἷον εἰ προτεθείη ἡμῖν συμπέρασμά τι ἀληθές, ὅτι τόδε τρίγωνόν ἐστιν ἰσόπλευρον, τὴν μέθοδον δι᾽ ἧς εὑρίσκομεν τὰς προτάσεις δι᾽ ὧν τοῦτο συνήχθη, ἀνάλυσιν φασιν. Ἀνάλυσις autem vocatur, quaſi retextio complexionis, hoc eſt τοῦ συμπεράσματος. Eſtque contraria τῇ Συνθέσει, quæ à quibuſdã confeſſis ordiens, deſinit in id quod in quæſtione eſt. Vt ſi propoſitum ſit demonſtrare quonam pacto τὸ τρίγωνον ἰσόπλευρον conſtituatur, id διὰ τῶν προτάσεων παραφαίνεται. Analyticus verò id in quod deſinit σύνθεσις, vt confeſſum ſumit, hoc eſt τὸ συμπέρασμα τῆς συνθέσεως, & eo vſque τὸ συντεθὲν retexit, quoad inuenerit τὰς προτάσεις δι᾽ ὧν τοῦτο συμπεπέρασται. Idẽ alibi docẽs cur Ariſtoteles libros ſuos analyticos vocauerit, Καὶ γὰρ σκοπὸς ἡμῖν ἐστι, διὰ πάσης τῆς μεθόδου ταύτης, τοὺς παρὰ τοῖς παλαιοῖς συλλογισμοὺς ἐπισκέψασθαι, εἰ ἀναγκαῖοι καὶ τεχνικοί, καὶ τεχνικῶς ἀναλύουσι, καὶ ἀνάγειν ὑπὸ τὰ σχήματα, τάς τε ὕλας αὐτῶν ἐπισκέψασθαι εἰ ἀναγκαῖαι καὶ ἀποδεικτικαί. Hoc autem ideo antiqui fecerunt, vt ab iis quæ nobis priora ſunt, hoc eſt quæ ſenſu percepta ſunt, ad ea ſubeamus quæ natura priora ſunt, hoc eſt ad cauſas, vt ipſe in ſecũdo docet, Πρῶτον γὰρ γνωρίζομεν τῇ αἰσθήσει ὡς ἡ σελήνη ἐκλείπει, ἡ δὲ διάνοια ὕστερον

Τίθεσθαι.

ἀναψηλαφήσασα, εὑρίσκει τὴν αἰτίαν. Τίθεσθαι etiã eſt ſtatuere, exiſtimare, ponere, id eſt conſtituere & iudicare. Ariſtotel. in ſeptimo Politic. Ὅσοι δὲ ἐν πλούτῳ τὸ ζῆν εὖ τίθενται, ἐφ᾽ ἑνὸς οὗτοι καὶ τὴν πόλιν, ἐὰν ᾖ πλουσία, μακαριοῦσιν, id eſt, ὅσοι ὁρίζονταί τε πλούτῳ καὶ μετροῦσι τὴν εὐδαιμονίαν, ii in ſingulis hominibus diuitias æſtimabunt ad ciuitatis fœlicitatẽ. Cicero in ſecundo de Oratore, Tantum ego in excellente oratore & eodem bono viro, pono eſſe ornamenti vniuerſæ ciuitati, id eſt cenſeo & iudico Et in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Περὶ μὲν οὖν μίαν τιθεμένων αἰτίαν οἵαν εἴπομεν, ἔστω ταῦτ᾽ εἰρημένα, id eſt ſtatuẽtibus & ponentibus. Quod etiam actiua voce dicitur. Idem in eodem,

Τιθέναι.
Κεῖσθαι.
Κείμενον.

Ὅσοι μὲν οὖν ἕν τε τὸ πᾶν, καὶ μίαν εἶναί τινα φύσιν ὡς ὕλην τιθέασι, δῆλον ὅτι πολλαχῶς ἁμαρτάνουσιν. Κεῖσθαι verò dicitur id quod ita poſitum eſt, & theſeis ipſæ τὰ κείμενα appellantur. Alexand. in ſecundo περὶ ψυχῆς, Εἰ δὲ μὴ πρὸς τὸ εὖ ζῆν, καὶ τὸ εὖ βιοῦν, καὶ τὴν εὐζωίαν αὐτάρκης ἡ ἀρετή, οὐδὲ πρὸς εὐδαιμονίαν. κεῖται γὰρ ἡ εὐδαιμονία τοιοῦτον, id eſt, huiuſmodi eſſe τὴν εὐδαιμονίαν pro axiomate poſitũ eſt, vel ἀντὶ ἀξιοπίστου προτάσεως. Deinde ſequitur, εἰ δὲ εἴη ὁ κατὰ φύσιν βίος, εὐδαίμων κείμενος, πῶς ἡ ἀρετὴ πρὸς τοῦτον αὐτάρκης; Τίθημι τὸν ἀγῶνα vt τίθεμαι, voce actiua dicitur. Demoſth. κατὰ Φιλίππου, Οὐ πρὸς τῷ πόλεις ἀνῃρηκέναι, τίθησι μὲν τὰ πύθια, τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα· κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσοντας πέμπει; Ariſtot. in decimo τῶν μετὰ τὰ φυσι. pro ſupponere dixit, hoc eſt theſim facere & hypotheſim, Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἐκ λόγου τὰς εἰρημένας ἀπορίας ἔχοντας οὐ ῥᾴδιον διαλῦσαι, μὴ τιθέντων τι, καὶ μηκέτι λόγον ἀπαιτούντων. οὕτω γὰρ πᾶς λόγος καὶ πᾶσα ἀπόδειξις γίγνεται. μηδὲν γὰρ τιθέντες ἀναιροῦσι τὸ διαλέγεσθαι, καὶ ὅλως λόγον. de iis loquens qui negabãt illud axioma, τὰς ἀντικειμένας φάσεις ἀδύνατον εἶναι κατὰ τῶν αὐτῶν ἀληθεύεσθαι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, hoc eſt, qui negabant principia diſciplinarum. Idem in octauo Phyſicæ auſcul. Ἐπεὶ μὲν γὰρ ἡ φύσις ἐν τοῖς φυσικοῖς, ἀρχὴ καθάπερ κινήσεως καὶ ἠρεμίας. Τιθέναι etiam producere & arbitrari ponitur, vt τίθεσθαι. Idem in ſeptimo Politic. Διὸ κατ᾽ εὐχὴν εὐχόμεθα



τὴν τῆς πόλεως σύστασιν ὧν ἡ τύχη κυρία· κυρίαν γὰρ αὐτὴν ὑπάρχειν τίθεμεν. Demoſth. in pri. Olynthiaca, Τὸ δὲ μὴ πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, τῇ παρ᾽ ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ᾽ ἂν ἔγωγε θείην. Τίθημι etiam dicitur pro eo quod eſt, eſto vt ita ſit: do ita eſſe. Iſocrat. Καὶ τίθημι στασιάζειν αὐτούς. Demoſth. Θήσω τοίνυν ἐγὼ μὴ τοιοῦτον εἶναι τοῦτο, Sed fac eſſe vt hoc tale non ſit. Lucian. in Prometheo, Τίθει δέ, ὦ Ἑρμῆ, τὸ χαλεπώτερον, μὴ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἀπονενεμηκέναι τῷ Διΐ, τὴν δὲ ὅλην ὑφῃρῆσθαι· τί δὲ οὖν; Demoſth. ὑπὲρ στεφάνου, Τίνα βούλει σε Αἰσχίνη, καὶ τίνα ἐμαυτὸν ἐκείνην τὴν ἡμέραν εἶναι θῶ; vt faciam, vt dem. Verum illud Τίθει Luciani, ἀντὶ τοῦ τίθετι poſitum, ἢ ἀντὶ τοῦ θές, in vſu manſit à verbo inuſitato τιθῶ, vt Κατατίθει à Platone dictum eſt. Similiter Δίδου ἀντὶ τοῦ δίδοθι. Ἵστη verò ἀντὶ τοῦ ἵσταθι dicitur. Sic Ἐφίστη & Καθίστη, ἀντὶ τοῦ καθίσταθι. Iſocrat. in Nicocle, Τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας, τὰς δὲ πραγματείας, ἐπιζημίους, fac. Idem, Τοιούτους ἐφίστη τοῖς πράγμασι τοῖς μὴ διὰ σοῦ γιγνομένοις, præfice. Ἐμπίπλη etiam ἀντὶ τοῦ ἐμπίπλαθι, Atticorum eſt formatio, qui tertia perſona τοῦ παρατατικοῦ ἀντὶ τοῦ προστακτικοῦ vtuntur in his verbis. Simile eſt Ἔξει ἀντὶ τοῦ ἔξιθι, εἶν εἷς εἶ, καὶ ἔξειν ἔξεις ἔξει. Et Δίει ἀντὶ τοῦ δίιθι, καὶ Μέτει ἀντὶ τοῦ μέτιθι. Dicitur tamen Κατάβα, ἀντὶ τοῦ κατάβηθι: & Ἀνάβα, ἀντὶ τοῦ ἀνάβαθι, κατὰ συγκοπήν. Ariſtoph. βατράχ. Κατάβα κακοῦργε. In Actis Apoſtolorum cap. XII, Ἀνάστα ἐν τάχει, ſurge.

Τίθει, δίδου, ἵστη, προστακτικά.

Καθίστη καὶ ἐφίστη.

Ἔξει, δίει, μέτει προστακτικά.

Σύμφαθι, pro fatere, cõcede, Xenophon dixit. Ἐτίθουν etiã ἀντὶ τοῦ ἐτίθην apud Syneſium legitur, & apud Homerum in tertia perſona, Ὣς εἰπὼν ἐν χερσὶ τίθει· ὁ δ᾽ ἐδέξατο χαίρων, Iliad. pri. Et apud Lucianum προσετίθει & κατετίθει. Sic apud Pauſ. παρίει in Laconicis, ἀπὸ τοῦ παρίημι, Καὶ ὁ μὲν ὑπὸ τὸ τεῖχος κατεστρατοπεδεύετο ἤδη τὸ Ἀργείων, καὶ οὐ παρίει σείων ὁ θεός, καί τινες καὶ ἀπώλοντο τῶν στρατιωτῶν κεραυνωθέντες. οὐ παρίει σείων ὁ θεός, non ſinebat eos illic in ſtatiuis eſſe deus, terræ motu excitato. Συνίην tamen pro intelligebã legitur, & ἐτίθη apud Andocidem, fortaſſe librariorum, non auctoris iudicio. Idem etiam eſt vſus in δίδωμι, in tribus perſonis τοῦ παρατατικοῦ ſingularis numeri.

Ἐτίθουν, ἐτίθεις, ἐτίθει.

Ἐξεδίδουν eſt apud Demoſthenẽ pro locabam. & ἀπεδίδους, & ſimilia ſæpe. Ἀνεδίδους apud Thucydidem. & Syneſ. ἐπεδίδου & ἐξεδίδου apud Lucianum.

Ἐδίδουν, ἐδίδους, ἐδίδου.

Διδοῖ etiam pro δίδωσι Theophr. in quarto de cauſis, Ἡ γὰρ πῆξις καὶ ἡ πύκνωσις ἐκ τούτων, ἐξ ὧν περ καὶ ἡ σκληρότης· ἐν δὲ τοῖς ἑλώδεσι καὶ ἐφύδροις, ἀργὰ τὸ ὅλον· οὐ γὰρ ἐνδιδοῖ βρεχόμενα. Ἀντιτίθημι eſt ἀντιθέτως λέγω. Eſt autem ἀντίθετον ſentẽtia ſententiæ, & membrum orationis membro oppoſitum. Hermog. τὸ ἀντίθετον σχῆμα ἀναντίρρητόν ἐστι. γίνεται γὰρ διὰ τῶν ὁμολογουμένων. ἔστι δὲ διανοήματι διανόημα ἀντικείμενον· ἁπλούστατον δὲ ὄν, ἰσχυρόν ἐστιν. οἷον in oratione ὑπὲρ στεφάνου, Ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ᾽ ἐφοίτων. ἐτέλεις, ἐγὼ δ᾽ ἐτελούμην. ἐτριταγωνίστεις, ἐγὼ δ᾽ ἐθεώρουν. ἐξέπιπτες, ἐγὼ δ᾽ ἐσύριττον. Idem, Οὕτω δὲ ψυχαγωγεῖ τοὺς ἀκούοντας, ὥστε οἴεσθαι ἐν συμποσίῳ εἶναι. εἶτα ἀντιτίθησι συμπόσιον ἕτερον ὡς γιγνόμενον αἰσχύνῃ, ψευδόμενος, μηδέποτε γιγνόμενον. Cicero, Antitheta ſunt, inquit, contrariis relata contraria. vt illud, Quod ſcis nihil prodeſt, quod neſcis, multum obeſt. Quintil. in IX. contrapoſita vocat, & docet quot modis fiant.

Διδοῖ ἀντὶ τοῦ δίδωσι.

Ἀντιτίθημι.
Ἀντίθετον.

Ἀγώγιμοι dicũtur quaſi ductiles οἱ καταδεδικασμένοι, id eſt iudicati, aliiq; in quos ius eſt prehenſionis, vel pro crimine, vel pro ære alieno, vel aliã ob cauſam. Demoſth. πρὸς Νικόστρατ. Σὺ οὖν μοι, ἔφη, πόρισον τὸ λύτρον τοῦ ἀργυ-

Ἀγώγιμοι.

ρίου, πρὶν τὰς τριάκοντα ἡμέρας ἀπελθεῖν, ἵνα μὴ ἀγώγιμος γένωμαι. οἶσθα δὲ, ἔφη, ὅτι καὶ οἱ νόμοι κελεύουσι τοῦ λυσαμένου ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι τὸν λυθέντα, ἐὰν μὴ ἀποδῷ λύτρα, Proinde tu(inquit)cura mihi huius pecuniæ reliquũ, priuſquam triginta dies prætereant, intra quos ad pecuniam reddendam me obſtrinxi, ne illi addicar cui debeo. Non enim neſcius es, legibus conſtitutum eſſe, qui ab hoſtibus redemptus eſt, ſeſe vt aut ipſe luat, aut ſeruus ſit eius qui redemerit. Apud eundem κατ' Ἀριστοκράτους idem hoc vocabulũ ſæpe legitur. ex cuius orationis argumento à Libanio ſcripto, intelligimus Charidemum quendam ſocialis exercitus ducem, de populo Athenienſi egregiè meritum eſſe, ob ídque ciuitate donatum. De quo etiam huiuſcemodi rogatio lata eſt, factúmque plebiſcitum auctore Ariſtocrate, Ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, ἀγώγιμος ἔστω ἐξ ἁπάσης τῆς Ἀθηναίων συμμαχίδος. ἐὰν δέ τις τὸν ἀγόμενον ἀφέληται ἢ πολίτης, ἢ ἰδιώτης, ἔκσπονδος ἔστω, Qui Charidemum occiderit, eum in nexum abducere ius eſto, ex omni loco vrbe, agro, populo Athenienſi fœderato & ſocio. Qui autem huiuſcemodi necis perpetratorem in nexum abducentem prohibuerit, ipſúmque abductum vi exemerit, ſeu ciuis, ſeu priuatus, fœderis iure careto. Hoc priuilegium vt iniquũ & aduerſus leges latũ Euthycles Demoſthenis verbis accuſauit, ob id quòd Charidemum eo honore indignum eſſe diceret. Erat enim id pſephiſma velut quoddam ſatellitium publicè Charidemo decretũ. Hoc loco Ἀγώγιμος dictus eſt is, in quem manus iniectionis & prehenſionis ius eſt iis ad quos iniuria pertinet, etiam indicta cauſa: id quod vt perperam factũ Demoſthenes accuſauit, vel Euthycles potius, cui oratio ſcripta eſt ab oratore, Ἀλλ' ἀνελὼν (inquit) δίκην ὑπέχειν, ἀγώγιμον οὐδεὶς ἐποίησε. καὶ παραβὰς τὸ διωρισμένον ἐκ τοῦ νόμου δικαστήριον, ἄκριτον τοῖς ἐπαιτιασαμένοις παρέδωκε. Ex eo more lex addictorum nexorúmq; manauit ad Romanos, cuius multa mentio apud Liuium, quæ à Diocletiano ſublata eſt poſtea condita ſanctione, vt teſtatur caput ob æs alienũ in Cod. Iuſtiniani, ſub titulo de actionibus & oblig. Plutar. in Solone, οἱ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν, Qui verſuram faciebant corporis nexu, duci à creditoribus velut addicti poterant, vt inde nexum inirent. Ducere Latini Græcorum more dicunt. Liuius, Ductum ſe à creditore, nõ in ſeruitium ſed in ergaſtulum & carnificinam querebatur. Inde iocus apud Ciceronẽ in ſecundo de Oratore, vbi de ridiculis ex ambiguo loquitur, Vt apud Neuium(inquit)videtur eſſe miſericors ille qui iudicatum duci videns, percunctatur ita, quanti addictus? mille nummum: Si addidiſſet tantummodo, ducas licet: eſſet illud genus ridiculi præter expectationem. Sed quia addidit, nihil addo, ducas licet: addito altero ambiguo, altero genere ridiculi fuit(vt mihi quidem videtur)ſalſiſſimus. Quo in loco ridiculum mihi eſſe videtur in eo quòd addictus & de venundato in auctione dicitur, & de eo qui in nexum vt iudicatus datur. In eo enim eſt ambiguum. Simul in verbo Nihil addo. Cum enim ipſe addictus expectaret ac ſperaret vt percunctator ille diceret, ego tanti eum luo, quaſi ſcilicet miſericordia affectus eſſet, ipſe ſubdidit, ducas licet: quod verbũ eſt eorum qui

*Lex addictorum & nexorum.*

*Ducere.*

*Iocus apud Ciceronem.*



licitari amplius nolunt, & iam ſe emptorem & licitatorem vltimum morari vltra negant: & ſic præter expectationem addicti reſpondit, ducas licet. Neque id quidem modo: ſed etiam, nihil addo, ducas licet. Quod verbum eſt & ipſum ambiguum. Nihil enim addit, qui carius non licetur: & nihil addit, qui vltra nihil loquitur: ac ſi diceret, nihil aliud percunctari volebam, quàm quanti addictus eſſet: vel, non tanti hominem æſtimo, vt pluris liceri velim. Vulgò enim dicunt contemptim loquentes, tanti vt tua res ſit per me licet, id eſt, tam magno rem emptam mihi nolim, & tibi emptoris iure cedo: nihil moror addicentem. Cicero autem iudicatum dixit, quia Græci Καταδεδικασμένους eos vocant, & Καταδίκους. Liuius libro ſexto, Centurionem iudicatum pecuniæ cum duci vidiſſet. Et iudicatum dicitur ἡ καταδίκη. Cicero pro Flacco, Cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. Καταδεδικασμένος tamẽ aliquãdo is dicitur, ſecundum quem iudicatum eſt, id eſt, ὁ νικήσας τὴν δίκην, καὶ αἴτιος τοῦ καταδικασθῆναι τὸν ἐγκεκλημένον. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Ὅτι δίκην ἐμπορικὴν καταδικασάμενος τοῦ Μενίππου, οὐκ ἔχων πρότερον λαβεῖν αὐτὸν, ὡς ἔφη, τοῖς μυστηρίοις ἐπιδημοῦντος ἐπελάβετο. Eſt enim Καταδικάσας, ὁ δικαστής. Καταδικασάμενος, ὁ νικήσας τὸ ἔγκλημα. Iſæus πρὸς Ξαίνετον, Καίτοι δίκαιον, ὦ ἄνδρες, ὥσπερ τοὺς ἀμφισβητησίμων χωρίων θέτην ἔχοντα, ἢ θέτην, ἢ πρατῆρα παρέχεσθαι, ἢ καταδεδικασμένον φαίνεσθαι, οὕτω καὶ τούτοις καθ' ἕν τι τούτων ἀποφήναντας, αὐτοὺς ἀξιοῦν ἐπιδικάζεσθαι, καὶ μὴ πρὸ δίκης τὴν Ἀριστάρχου θυγατέρα, ἐμὴν δὲ μητέρα ἐκ τῶν πατρῴων ἐκβάλλειν, Atqui iuſtum eſt, iudices, quemadmodum qui prædia controuerſioſa poſſidet, vt aut oppigneratorem ſuum, aut venditorem laudet oporret, & nomẽ auctoris in iudicium proferat: ita & iſtos oportebat vnumquodque horum demonſtrantes ita demum poſtulare, vt ad vindicandũ admitterentur, nec ante dictatum iudicium, Ariſtarchi filiam eandémq; matrem meam è paternis bonis deiicere. Eſt autem Θέτης, ὁ τὸ χωρίον τεθεικὼς, τουτέστιν ὑποτεθεικὼς, de quo verbo ſuprà diximus. Πρατὴρ autem eſt auctor, id eſt qui vendidit. Plato libro legum x i, Ἀναγέτω μὲν ὁ ἔχων, εἰς τὸν πρατῆρα, ἢ τὸν δόντα, ad venditorem, vel donatorem. Et Πρατήριον forum & mercatus. Baſil. περὶ πλεονεξίας, τί οὖν. ἐπὶ τοὺς παῖδας λοιπὸν ἄγει τὸν ὀφθαλμὸν, ὥστε τούτους ἀγαγὼν εἰς τὸ πρατήριον, ἐντεῦθεν εὑρέσθαι τοῦ θανάτου παραμύθιον. Πωλητήριον, Πρατήριον, & Λίθος forum ipſum dicitur, vt auctor eſt Pollux. Vnde illud Plauti, O ſtulte, neſcis nunc vendi te: atque in eo aſtas lapide vbi præco prædicat, id eſt ἀπὸ τοῦ πρατῆρος λίθου. Et Cicero in Piſonem tribunos de lapide emptos dixit. Λίθος genere fœminino de gemmis dicitur, atque etiam de aliis. ponitur pro magnete, & pro lapide Lydio, & indice. Ammonius, Η μαγνῆτις λίθος ἕλκει τὸν σίδηρον. Ponitur & pro vnione, vt μαργαρῖτις λίθος vnio Athenæo ex Theophraſto. Baſil. Καὶ τοῦ χρυσοῦ τὴν διαφορὰν τῇ λίθῳ προστρίβοντες δοκιμάζομεν. Themiſt. Καὶ καλλωπίζεται τὰ ἐδάφη λίθῳ λακαίνῃ καὶ λιβύσσῃ καὶ αἰγυπτίᾳ. Similiter καταδιαιτῆσαι ὁ διαιτητὴς dicitur, vt καταγνῶναι & κατακρῖναι. Καταδιαιτώμενος δὲ, ὁ νικήσας τὴν δίαιταν. vel(vt inquit Pollux) ἐν τῇ διαίτῃ κρατήσας. Demoſth. Οὔτε ἀντιδίκει τότε παρών, οὔτε ἔφη με καταδιαιτήσασθαι τὴν δίκην αὐτοῦ. οὐ γὰρ εἶναι Βοιωτὸν αὐτῷ ὄνομα, ἀλλὰ Μαντί-

*Iudicatus.*

*Κατάδικος.*

*Iudicatum.*

*Καταδίκη.*

*Καταδεδικασμένος.*

*Καταδικάζεσθαι.*

*Θέτης.*

*Πρατήρ.*

*Πρατήριον.*

*Πωλητήριον.*

*Λίθος.*

*Καταδιαιτῶν.*

*Καταδιαιτώμενος.*

θεον, & negauit me arbitrium viciſſe cum eo. Idem, Ἐπιδημοῦντος δὲ τούτου ἐνθάδε, καὶ οὐκ ἀπαντήσαντος πρὸς τὸν διαιτητὴν, ἐρήμην κατεδιῄτησεν αὐτοῦ, Cum ad diem arbitrii non adeſſet, arbiter contra eum indicta cauſa pronunciauit: vel, vadimonium deſertum pronunciauit. Et Καταδεδιῃτημένος, vt καταδεδικασμένος. Idem, Καὶ νῦν αὐτὸς ἐρήμην μου καταδεδιῄτηται τοιαύτην ἑτέραν δίκην, obtinuit & vicit arbitrium contra me indicta cauſa. Hoc idem αἱρεῖν dicitur, & διώκειν, vt alibi diximus. Demoſth. πρὸς Νικόστρ. ἡμέραις δὲ οὐ

Διαμεμετρημένη ἡμέρα.

πολλαῖς ὕστερον εἰσελθὼν εἰς τὸ δικαστήριον πρὸς ἡμέραν διαμεμετρημένην, καὶ ἐξελέγξας αὐτὸν τὰ ψευδῆ κεκλητευκότα, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα εἴρηκα ἠδικηκότα, εἷλον, Diebus deinde paucis in iudicium ad diem dimenſam congreſſus, cum liquido probaſſem falſam eum in ius vocationem renunciaſſe, aliáque perpetraſſe

Condemno.

quæ recenſui, apud iudices reum peregi: vel, condemnaui. Quo verbo Latini Græcorum more vſi ſunt. Plautus in Muſtel. Illi iſthoc confugiant ſine, tanto apud iudices argenti hunc condemnabo facilius. Cicero pro Cluentio, Corrupiſſe dicitur Aulus Cluentius iudicium pecunia, quo inimicum ſuum innocentem Statium Albium condemnaret. Dies autem ideo dimēſa dicitur, quòd ad clepſydram cauſas orabant. Pars enim temporis accuſatori, pars reo vel patrono eius, pars iudicibus tribuebatur. Dicemus & mox nonnihil ex ÆEſchine in mentione τῆς τιμήσεως.

Τιμᾶν καὶ τιμᾶσθαι.

Τιμᾶν καὶ τιμᾶσθαι, vtraque enim voce dicitur pro eo quod eſt mulctare, & in aliquem animaduertere. Demoſth. κατὰ Θεοκρίνου, Ὃς ἐξαπατήσας τοὺς δικαστὰς, οὐκ ἠθέλησε τιμήσασθαι μετρίου τινὸς τιμήματος τῷ πατρὶ, πολλὰ ἐμοῦ δεηθέντος, ἀλλ' ὥσπερ τὴν πατρίδα προδεδωκότι, δέκα ταλάντων ἐτιμήσατο, hoc eſt, litem æſtimauit, condemnandum poſtulauit, & curauit, eo modo quo καταδικάσασθαι dicitur, vt proximè dictum eſt. Idem, Οὐδὲ ὑπολαμβάνω τιμήσειν ἐλάττονος τούτῳ, ἢ ὅσον καταθεὶς παύσεται τῆς ὕβρεως, Ita huic litem non minoris à vobis æſtimandam eſſe cenſeo, quàm quanta pœna depenſa, ab iniuria poſtea inferenda coerceatur. his verbis vltimū ſupplicium ſignificans, ac ſi diceret, nulla niſi capitali pœna coerceri poteſt. Plato in Politico, ὧν δ' ἂν καταψηφισθῇ, τιμᾶν ὅ, τι χρὴ αὐτῶν παθεῖν τινὰς, ἢ ἀποτίνειν. Dinarchus in Demoſthenem voce paſſiua vſus eſt, Θανάτου τετιμημένος ἑαυτῷ, ἂν ἐξελεγχθῇ ὁτιοῦν εἰληφὼς παρ' Ἁρπάλου. ÆEſchin. περὶ παραπρ. Εἰ γάρ που τις ἀσθένεια κατ' ἀνθρώπους, ἂν μὴ περιφανοῦντα περὶ τούτων ἀποδείξω Δημοσθένην, θανάτου τιμῶμαι, hoc eſt, me ipſum dignum morte cenſeo & fateor. Laërt. in Socrate, Θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν, ἕνεκα μὲν, εἶπε, τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως. Idem, Ἀθηναῖοι δὲ εὐθὺς μετέγνωσαν· καὶ τοὺς μὲν, ἐφυγάδευσαν. Μελίτου δὲ θάνατον κατέγνωσαν. Σωκράτη δὲ χαλκῆς εἰκόνος ἐτιμήσαντο, quo in loco in bonam partem accipitur, pro honore ſtatuæ affecerunt.

Τίμησις.

Et Τίμησις ſupplicii æſtimatio, & animaduerſionis modus. Demoſth. Καὶ ἐν τῇ τιμήσει βουλομένων τῶν δικαστῶν θανάτου τιμῆσαι αὐτῷ, ἐδεήθην μὲν ἐγὼ τῶν δικαστῶν, μηδὲν δι' ἐμὲ τοιοῦτον πρᾶξαι, ἀλλὰ συγχωρῆσαι ὅσουπερ αὐτοὶ ἐτιμῶντο, θανάτου, ἵνα ἐγὼ μηδένα ἀπεκτονὼς εἴην, Cum in eum vellent capitaliter animaduertere, deprecari cœpi ne quid tale cauſa mea facerent: & vt ad talentum vſque multato, animaduerſionis grauioris gratiam ei facerent. Hoc enim Συγ-



χωρεῖν ſignificat, hoc eſt veniam dare & indulgere. Et cui venia habetur, is Συγχωρεῖν.
Συγχωρούμενος dicitur, & cum accuſatiuo conſtruitur. Greg. Μὴ γένου πράκτωρ πικρὸς τοῦ ἐλάττονος, ὁ τὸ πλέον παρὰ τοῦ δεσπότου συγχωρηθείς. Συγχωρεῖσθαι.
Significat etiam comiter & per gratiam indulgere quippiam & condonare. Syneſ. τῷ ἀδελφῷ, Τυχὸν δ' ἂν καὶ τὰ πρωτεῖα συγχωρηθείημεν, Fortaſſe & primæ nobis partes indulgerētur. Significat etiā conſentire & aſtipulari. Plato in Phædro, Τί δὲ δή, ἦ δ' ὅς, τὴν ἐν ἀνθρώπῳ πάντων ἐᾷς ὅτι ἄλλο λέγεις ἄρχειν ἢ ψυχήν, ἄλλως τε καὶ φρόνιμον; οὐκ ἔγωγε. πότερον συγχωροῦσαν τοῖς κατὰ τὸ σῶμα πάθεσιν, ἢ ἐναντιουμένην τοῖς παθήμασιν; Eſt enim Συγχωρεῖν cedere, non reclamare. Demoſth. Ἀλλὰ τοῖς νόμοις καὶ τῇ τῶν ἄλλων βουλήσει συγχωρῶν, ὑπείχετο καὶ νικῶντα καὶ στεφανούμενον τὸν ἐχθρόν. Significat etiam acquieſcere ἀρκεῖσθαι, ἀγαπᾶν. Lyſ. Ἐγὼ δὲ ἐκείνου τιμήματι οὐ συνεχώρουν, Non contentus eram adulterii pœna, quam ipſe ſibi ſtatuebat & æſtimabat. Συγχώρησις eſt abolitio. & Συγχωρούμενοι dicun- Συγχώρησις.
tur in Pandectis Græcis ii quorum nomina abolitione principum ex reis Οἱ συγχωρούμενοι.
exēpta ſunt. Inde illud Gregorii εἰς τὴν πεντηκοστὴν, Ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς οὐχ ἑπτάκις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ συγχωρούμενος. Vt autem actor τιμᾶν καὶ τιμᾶσθαι θανάτου τῷ φεύγοντι dicitur, cum datiuo & genitiuo, vt Plato, Ἀποθάνοις ἂν εἰ βούλοιτο θανάτου σοι τιμᾶσθαι, ſi te ille capitis arceſſere vellet, mori facilè poſſes: Ita Ἀντιτιμᾶσθαι reus dicitur, qui cum inficiando non ſit, Ἀντιτιμᾶσθαι.
crimen eleuare conatur, & pœnam ſibi æſtimat exilius & leuius. noſtri homines qui in foro verſantur, Attenuare vulgò vocant, & per extenuationem reſpondere. Demoſth. κατὰ Τιμοκρατ. Καὶ Φίλιππον τὸν Φιλίππου τοῦ ναυκλήρου υἱὸν μικροῦ μὲν ἀπεκτείνατε, χρημάτων δὲ πολλῶν αὐτοῦ ἐκείνου ἀντιτιμωμένου, παρ' ὀλίγας ψήφους ἐτιμήσατε. Quibus verbis ſignificat, ſecundum actorem propemodum eſſe iudicatum, qui litem capitali ſupplicio reo æſtimauerat. Reum verò quanquam grandi pecunia litem ſibi ipſum æſtimātem quaſi deprecabūdum, tamen calculis aut ſententiis paucis ab eo abfuiſſe vt damnatione ignominioſa plecteretur. Poteſt tamē & melius intelligi, vt hic παρὰ non præter, ſed propter ſignificet, hoc ſenſu, vt tribus tantū ſententiis ea pars ſuperauerit, quæ ignominia tantùm notandum cenſuit, non morte puniendum. quo modo idem orator vſus eſt κατὰ Ἀριστοκράτους, Καὶ Κίμωνα ὅτι τὴν πάτριον μετεκίνησε πολιτείαν ἐφ' ἑαυτοῦ, παρὰ τρεῖς μὲν ἀφεῖσαν ψήφους τοῦ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι, πεντήκοντα δὲ τάλαντα εἰσέπραξαν. Quid ſit autem litis æſtimatio, & litem æſtimare, nos in Pandectas ſatis copioſè ſcripſimus. Nō enim eſt iudicis tantùm litem æſtimare, ſed etiā accuſatoris & actoris, qui etiam τίμημα ἐπιγράψαι τῇ δίκῃ dicitur, vt alibi dicetur. Τιμᾶσθαι etiam eſt cenſeri, id eſt æſtimatis facultatibus in cenſum redigi. Polyb. Οἱ ὑπὲρ τὰς μυρίας τιμώμενοι δραχμὰς, qui ſupra centum millia æris cenſi ſunt. Significat etiam cēſeri, hoc eſt exiſtimatione præditum eſſe & clara opinione. Xenoph. in Symp. Καὶ οὐ πλείστου ἐγὼ τιμῶμαι, Σωκράτει σχολάζων διημερεύων, Et qua re ego maximè cenſeor, totos dies Socrati do operam. hoc etiam δοκεῖν dicitur, & δοξάζεσθαι, & σπουδάζεσθαι. At verò τὸ γιγνόμενον τίμημα cum dicebant, hoc ſignificabāt, iudicatum quod Τὸ γιγνόμενον
ius popoſcerit, æquitáſque ſuaſerit, In hæc autem verba concipiebant τίμημα.

eam ſatiſdationem quæ iudicatū ſolui dicitur. Demoſth. κατὰ Τιμοκράτ. Εἰ μὴ ἔγραψε καθιστάναι τοὺς ἐγγυητάς, ἢ μὴν ἐκτίσειν τὸ τίμημα τὸ γιγνόμενον, προσείληφε τοὺς νόμους, καθ' οὓς τὰ μὲν, δεκαπλᾶ, τὰ δὲ, καὶ διπλᾶ γίγνεται τῶν ὀφλημάτων, id eſt, eas vtiq; leges cōprehēdiſſet, ſecundū quas leges dānatio interdū in decuplū, interdū in duplū fit. Τιμᾶσθαι etiā vendētis eſt, quod Latinè indicare dicitur:

Ἐκτιμᾶσθαι.

ſicut liceri ementis, quod etiā Ὑπερτιμᾶσθαι & Ἐκτιμᾶσθαι dicitur, ſed propriè magno liceri. Ariſtot. in ſecūdo OEcon. Ἀποστείλας δέ τινα ἐπὶ ἀγοράσματι, αἰσθόμενος ὅτι εὐώνων ἐπιτετύχηκεν, αὐτὸς δὲ μέλλει ἐκτετιμημένα λογίζεσθαι, πρὸς τοὺς συνήθεις τοῦ ἀγοραστοῦ ἔλεγεν, ὅτι ἀκηκοὼς εἴη τὰ ἀγοράσματα αὐτὸν ὑπέρτιμα ἠγορακέναι, probè intelligēs quòd ea quæ vili emerat, permagno erat imputaturus. Syneſ. Πόσου δοκεῖς τιμᾶσθαί με πάλιν εἰρήνην ἰδεῖν; Quāti me cēſes æſtimare? Lucian. pro dignari, dignū ducere poſuit. Ἔοικας γοῦν ἀναίτιον αἰτιᾶσθαι, ὃς τοιαῦτα προσφέρεις, ἐφ' οἷς ἐγὼ τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως, εἰ τὰ δίκαια ἐγίγνετο, τιμησαίμην ἂν ἐμαυτόν. id eſt ἀξιώσαιμ' ἄν.

Ἐπιτιμᾶν, καὶ ἐπιτιμᾶσθαι.

Ἐπιτιμᾶν etiam & Ἐπιτιμᾶσθαι eſt τὴν τιμὴν τῶν ὠνίων ἐπιτείνειν, vt ἐκτιμᾶσθαι & ὑπερτιμᾶσθαι. Demoſth. πρὸς Φορμίωνα, Ὅτε δὲ ὁ σῖτος ἐπετιμήθη πρότερον, καὶ ἐγένετο ἑκκαίδεκα δραχμῶν, διεμετρήσαμεν ὑμῖν τῆς καθεστηκυίας τιμῆς, πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον, id eſt τῇ γιγνομένῃ τιμῇ, Cū frumēti preciū eſſet auctū ad ſenas denas drachmas, diuēdimus vobis iuſto precio, id eſt quinis drachmis in medimnos. Idē alibi, Ὁρῶντες ἐν Πειραιεῖ τὸν σῖτον ἐπιτιμώμενον, καὶ οὐκ ὄντα ἄφθονον. Alioquin Ἐπιτιμῶ reprehēdo ſignificat, & inculpò, tam de hominibus quàm de rebus dictū, cum datiuo & accuſatiuo. Ariſtot. in octauo Politicon, Διὸ καὶ καλῶς ἐπιτιμῶσι καὶ τοῦτο Σωκράτει τῶν περὶ τὴν μουσικήν τινες. Iſocrat. Τοῖς δ' ἐνταῦθα ψηφισθεῖσιν ἐπειδὰν ἀπέλθωμεν, πάλιν ἐπιτιμῶμεν. Idem, Ἀληθῆ μὲν λέγειν προσομολογήσειεν, καὶ προσηκόντως ἐπιτιμᾶν τοῖς γιγνομένοις. ἀντὶ ἐπιπλήττειν, quod etiā eodem modo in vſu eſt. Idem ἐν τῷ περὶ εἰρήνης, Ἐπιπλήττειν τοῖς ἁμαρτανομένοις, reprehendere quæ ſecus acta ſunt. Ἐπιτιμᾶσθαι etiam eſt ſecundo loco cenſum agere, vel æſtimare.

Τιμηταὶ καὶ ἐπιτιμηταί. Τιμήματα. Τιμοκρατία.

Τιμηταὶ γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ πρότερον τιμώμενοι. οἱ δὲ ὕστερον, Ἐπιτιμηταί. Τίμημα eſt cenſus. vnde πρῶτον, δεύτερον, τρίτον τίμημα dicunt, hoc eſt claſſes. Ὅθεν Τιμοκρατία, καὶ τιμοκρατικὴ πολιτεία, in qua à cenſu magiſtratus creantur, inquit Ariſtoteles. & Τιμήσασθαι dicebant pro eo quod eſt ciuem cenſere. Idem Ariſtot. in ſecundo OEcono. Ὅτῳ δὲ ἦν τίμημα μηδὲν, τὸ σῶμα δίμνουν τιμήσασθαι συνέταξαν, id eſt capite cenſere ad duas minas. Strabo lib. quinto de Patauio loquens, Πασῶν δὲ αὕτη ἀρίστη τῶν πόλεων, ἣ νεωστὶ λέγεται τιμήσασθαι πεντακοσίους ἱππικοὺς ἄνδρας, τὸ παλαιὸν δὲ ἔστελλε ιβ΄ μυριάδας στρατιᾶς, id eſt in cenſu agendo quingentos equites cenſere.

Τιμητόν.

Τιμητὸν etiam ἀντὶ τιμήματος dicitur, vt apud Demoſthenem in primo κατὰ Ἀφόβου, Ὅσονπερ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμητὰ εἰσέφερον. Idem circa finem eiuſdem, Ἐὰν γὰρ ἀποφύγῃ με οὗτος, ὃ μὴ γένοιτο, τὴν ἐπωβελίαν ὀφλήσω, μνᾶς ἑκατόν. καὶ τούτῳ μὲν ἐὰν καταψηφίσησθε τιμητὸν, οὐκ ἐκ τῶν αὐτοῦ χρημάτων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐμῶν ποιήσεται τὴν ἔκτισιν, ἐμοὶ δὲ ἀτίμητον τοῦτ' ἐστιν. ὥστ' οὐ μόνον ἔσομαι τῶν πατρῴων ἐστερημένος, ἀλλὰ καὶ προσητιμωμένος, ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς με ἐλεήσητε. Hoc loco τιμητὸν appellat litis æſtimationem, hoc eſt decem talenta quæ à tutore petebat. tantùm enim fuiſſe tutelæ ſuæ cēſum aiebat, hoc eſt tanti ſe cenſum ſub



tutoribus. cuius ſexta pars Ἐπωβελία ab eo dicitur, hoc eſt centum minæ:

Ἐπωβελία.

decem enim talenta ſexcentas minas continent. quod verbum nos libro quinto de Aſſe interpretati ſumus in mentione cenſus Demoſthenis facultatum. Quem locum ſi cui adire vacet, ſuperiora verba oratoris facilè intellexerit. Eſt enim Ἐπωβελία ſexta pars æſtimationis litis, pœna calumnioſi actoris in iudiciis ignominioſis. Plato lib. xi. legū, Ὃς γὰρ παραμειψάμενος ἔργον, μισθοὺς μὴ ἀποδιδῷ ἐν χρόνοις τοῖς ὁμολογηθεῖσι, διπλοῦν πραττέσθω. ἐὰν δὲ ὁ ἐνιαυτὸς ἐξέλθῃ, τῇ δραχμῇ ἑκάστου μηνὸς ἐπωβελίαν κατατιθέτω. Vbi autem legitur, Καὶ τούτῳ μὲν ἐὰν καταψηφίσησθε τιμητὸν, fortaſſe τούτου legendum in genitiuo, hoc ſenſu: quòd ſi hunc in æſtimationem litis damnaueritis, non ex ſua pecunia iudicatum facturus eſt, ſed ex mea, quam ipſe domum ſuam auertit. Et cum mihi minor ſit cenſus eius ſummæ ſexta parte, non modo paternis bonis euerſus, ſed prǽterea ignominia notatus ero propter famoſum iudicium, & ob id quòd facere iudicatum non potero. Τίμημα etiam & Τίμησις eſt pœna & ſupplicium, hoc eſt τιμωρία. Demoſth. Σκοπεῖτε τοίνυν τί τίμημα ἔσται, ὃ ταύτην ἕξει τὴν ἀξίαν, ὥστε τοσούτων ἀδικημάτων ἀξιόχρεων φαίνεσθαι. Sic Dinarch. δύο τιμήματα τῆς δωροδοκίας φησὶν εἶναι, θάνατον καὶ δεκαπλοῦν. Alibi τίμησιν dixit, Μὴ οὖν τίμησιν ὑπὲρ τῶν γεγενημένων μόνον ὑπὸ Φιλοκλέους ἀδικημάτων ἡγεῖσθε μέλλειν ποιεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων. AEſch. κατὰ Κτησιφ. Εἰς τρία μέρη διαιρεῖται ἡ ἡμέρα ὅταν εἰσίῃ γραφὴ παρανόμων εἰς τὸ δικαστήριον. ἐγχεῖται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ τῷ κατηγόρῳ καὶ τοῖς νόμοις, καὶ τῇ δημοκρατίᾳ. τὸ δὲ δεύτερον ὕδωρ τῷ τὴν γραφὴν φεύγοντι, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λέγουσιν. ἐπειδὰν δὲ τῇ πρώτῃ ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον, ἤδη τὸ τρίτον ὕδωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς τῆς ὑμετέρας. ὅστις μὲν οὖν ἐν τῇ τιμήσει τὴν ψῆφον αἰτεῖ, τὴν ὀργὴν τὴν ὑμετέραν παραιτεῖται. Ex his verbis intelligitur id quod ſuprà περὶ τῆς διαμεμετρημένης ἡμέρας dictum eſt.

Διαμεμετρημένη ἡμέρα.

Prima (inquit) clepſydra datur accuſatori, ſecunda reo, poſt cuius defenſionem ſi eum iudices non abſoluerint, ſed reū eſſe παρανόμων ſuffragiis ſuis declarauerint, tertia iam aqua funditur τῇ τιμήσει, id eſt æſtimationi litis ab actore faciendæ & à iudicibus arbitrandæ atque conſtituendæ. Τίμησις etiam & cenſum & honoris delationem ſignificat.

Οἱ ἐν τιμήματι.

Οἱ ἐν τιμήματι, ſunt quos Romani claſſicos vocauerunt. Ariſtot. in octauo Ethicorum, Ἐκ δὲ δὴ τιμοκρατίας εἰς δημοκρατίαν μεταβαίνει. σύνοροι γάρ εἰσιν αὗται. πλήθους γὰρ βούλεται ἡ τιμοκρατία εἶναι, καὶ ἴσοι πάντες οἱ ἐν τῷ τιμήματι. Suprà autem dixerat, τρίτη δὲ ἡ ἀπὸ τιμημάτων, ἣν τιμοκρατικὴν λέγειν οἰκεῖον φαίνεται.

Τιμοκρατική. Ἄτιμοι. Ἀτιμῶσαι.

Verùm enimuero Ἄτιμοι dicuntur qui infamia notati ſunt. & Ἀτιμῶσαι ῥῆμα, vnde ἠτιμωμένος in loco ſuprà citato ex Demoſthene κατὰ Ἀφόβου. Hoc autem vel à lege vel à iudice fiebat. Iſocrat. Πολὺ γὰρ ἀθλιώτερον παρὰ τοῖς αὑτοῦ πολίταις ἠτιμωμένον οἰκεῖν, ἢ παρ' ἑτέροις μετοικεῖν, Longe miſerius eſt apud ſuos ciues ignominioſum viuere, quàm apud exteros exulare, nec ius ciuitatis habere.

Μετοικεῖν.

Hoc enim Μετοικεῖν ſignificat. Idem in Panegyrico, Ἐπὶ δὲ κοινῆς τῆς πατρίδος οὔσης, τοὺς μὲν, τυραννεῖν, τοὺς δὲ, μετοικεῖν. τοὺς φύσει πολίτας ὄντας, νόμῳ τῆς πολιτείας ἀποστερεῖσθαι. Halicarnaſſ. de Lyſia, Ἐγεννήθη δὲ Ἀθήνησι μετοικοῦντι τῷ πατρὶ, patre incola Ahenarum. Pauſ. Λυκίσκου μετοικοῦντος ἐν Σπάρτῃ τὴν θυγατέρα ἐπέλαβεν ἀποθανεῖν, cum

eſſet incola Spartæ è Meſſene profugus. Μετοικοῦντες etiam dicuntur qui patria pulſi, aut aliàs migrantes, alio ſe contulerunt. Idem, Πυνθανόμενος δὲ, οὐδὲν ἄλλο ἐδυνάμην μαθεῖν, ἢ Σικελοὺς ἐξ ἀρχῆς ὄντας, Ακαρνανίαν μετοικῆσαι. *Μετοικίζεσθαι.* Hoc idem Μετοικίζεσθαι dicitur. Idem, Ηρακλῆς ἐκ Τίρυνθος φεύγων Εὐρυσθέα, παρὰ Κύηκα φίλον ὄντα μετοικίζεται βασιλεύοντα Τραχίνου. Thucydid. Επεὶ καὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἡ Ελλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ μετῳκίζετο, à profugis habitabatur. Sic Lucianus, Οταν μετοικισθῆναί με δέῃ παρ᾽ ἑτέρου εἰς ἕτερον. In lege certa forma de iure fiſci lib. x. Cod. μέτοικοι ſunt qui principum iuſſu in aliam ciuitatem pœnæ cauſa transferuntur, eorúmque prædia publicantur. quo vocabulo etiam ἀνάστατοι qui dicuntur, ſignificatur, vt mea fert opinio. *Ατίμωσις καὶ ἀτιμία.* Verum ἡ Ατίμωσις grauioris ſupplicii inſtar erat: duóque erant eius genera. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Οὐκοῦν ὁ μὲν ἠτίμωται καὶ παραπόλωλεν, ὁ δ᾽ οὐδ᾽ ὁτιοῦν πέπονθεν. Ατιμοι enim velut fortunis omnibus euerſi, ciuilia iura nō retinebant. Idem in eadem, Ο γὰρ πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, κατηγορεῖν ἐρήμην, οὐδενὸς παρόντος, ἐκβαλὼν καὶ ἄτιμον τὸν διαιτητήν. καὶ νῦν εἷς Αθηναίων ὅτι Μειδίας ἔρημον ὦφλε δίκην, ἁπάντων ἐστέρηται τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ καθάπαξ ἄτιμος γέγονε, & nunc vnus ille Athenienſium ob id quòd Medias ab ipſo deſerti arbitrii iudicatus eſt, omnib' ciuitatis iuribus mulctatus eſt, & ſemel ignominia affectus. Quin & ſi quiſpiam ἄτιμόν τινα violabat, lege ille agere ob verbera non poterat. Libanius in declamatione pro Halirrhothio, Ωσπερ δὲ ἀτιμίας μου κατεψηφισμένης ὑφ᾽ ἁπάντων θεῶν, καὶ δεδομένης τοῖς βουλομένοις ἐξουσίας κακῶς ποιεῖν καὶ ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς, συνελόντι δὲ εἰπεῖν, οὐκ ἔτ᾽ ὄντος ἐμοῦ Ποσειδῶνος, οὕτως οὐδὲ ῥήματος ἀξιώσας ἐμὲ, δραμὼν ἐπὶ τὸν υἱὸν, ἀπέκτεινε. Verba ſunt Neptuni Martem cædis accuſantis ob filium ſuū interemptū. ex quibus planum fit, ἀτίμους καὶ τοὺς αὐτῶν παῖδας impune in- *Ατιμοι.* terfici licuiſſe, vt præſidii legum exortes. vt fuerint ἄτιμοι dicti, ὧν πεφονευμένων ἢ κακῶς πεποιημένων, οὐδεμία οὐδ᾽ ὅλως ἦν τιμὴ, τουτέστι τιμωρία. Quibus ſi- *Inteſtabiles.* miles fuerunt quos Latini priſci inteſtabiles vocitarunt, vt Horatius in ſecundo ſermonum, Inteſtabilis & ſacer eſto. Vlpian. in tractatu de teſtamentis, Si quis ob famoſum carmen damnetur, Senatus conſulto expreſſum eſt vt inteſtabilis ſit. ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi. Caius Iuriſconſ. Quum lege quis inteſtabilis iubetur eſſe, eo pertinet, ne eius teſtimonium recipiatur. & eo amplius (vt putant quidam) néue ipſi dicatur teſtimonium. Vlpian. in capite lex Cornelia ſub titulo de iniuriis, Si condemnatus ſit is qui librum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerit, ex lege Cornelia inteſtabilis eſſe iubetur. Plinius libro triceſimo, de arte magica loquens, Proinde perſuaſum ſit eam inteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quaſdā veritatis vmbras. Inteſtabilem pro deteſtabili dixit, vt Horatius, quaſi ἄτιμον. Demoſth. in tertia Philippica, Αρθμιός φησιν ὁ Πυθώνακτος ἄτιμος ἔστω, καὶ πολέμιος τοῦ δήμου τοῦ Αθηναίων καὶ τῶν συμμάχων, αὐτὸς καὶ γένος. Bonifacius octauus in capite felicis, ſub titulo de pœnis libro ſexto, ἀτίμους eſſe ſtatuit eos qui in quempiam ſacræ cohortis purpuratorum violentas manus iniecerint, aut iniiciēdæ manus cauſa inſecuti fuerint. Huius pœnæ exemplū



τῶν κατοίκων καὶ τῶν ἐπιγόνων ἐς τετρακισχιλίους. Idem in eodem alibi, Περιελθὼν δὲ κατὰ
τὸ συνεχὲς καὶ διαβὰς τὸν λύκον ποταμόν, προῆγεν εἰς τὰς τῶν μυσῶν κατοικίας. Ariſtot. Κατοικία.
in 2. OEcono. Οἱ δὲ ἱερεῖς καὶ οἱ κάτοικοι εἰσενέγκαντες χρήματα ἔδωκαν, ἵν' ἐᾷ κατὰ χώ-
ραν τὸ ἐμπόριον. Plut. in Pomp. Εὐθὺς δὲ θεραπεύων τὸν ἄπορον καὶ πένητα, κατοικίας
πόλεων καὶ νομαὶ ἀγρῶν ἔγραφεν, id eſt coloniarum deductiones in vrbes ca-
ptas. Κατοικίζειν eſt habitabilem facere locum, & collocare ciuitatem, Κατοικίζω.
congregaréque. cui opponitur Ἐξοικίζειν. Plato lib. III. de legib. Γείτων δὲ
αὐτῆς πόλις ἄρα ἔσται τις πλησίον. κλ. οὐ πάνυ. διὸ καὶ κατοικίζεται. παλαιά γάρ τις ἐξοί-
κισις ἐν τῷ τόπῳ γενομένη τὴν χώραν ταύτην ἔρημον ἀπείργασται χρόνον ἀμήχανον ὅ-
σον. Idem in III. Ἀλλὰ πειρώμεθα λόγῳ πρῶτον κατοικίζειν τὴν πόλιν. vnde Κατοι- Κατοικισμός.
κισμὸς τῆς πόλεως apud eum. Κατοικία etiam appellatur habitaculum & di
uerſorium, hoc eſt domicilium. Dionyſ. Ἵνα ἡ πάντων εὐφραινομένων κατοικία.
Gregorius τὴν κατοικίαν appellat cælum. Thucydid. Ἐστιέας δὲ ἐξοικίσαντες, αὐτοὶ
τὴν γῆν ἔσχον, id eſt, inde incolas & habitatores eiicientes. Ἐξοικίζω etiam eſt Ἐξοικίζω.
domo expello, ſicut εἰσοικίζω domum introduco, & in vrbem habitatum Εἰσοικίζω.
mitto. Polyb. in V. Γενόμενος δὲ κύριος τῶν θηβῶν, τοὺς μὲν ὑπάρχοντας οἰκήτορας
ἐξηνδραποδίσατο, μακεδόνας δὲ εἰσοικίσας, φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ θηβῶν κατωνόμασε.
Dicitur & Εἰσοικίζομαι voce paſſiua pro eodem. Baſil. in 2. περὶ νηστείας, Οὐδεὶς Εἰσοικίζομαι.
γυναῖκα σεμνὴν νόμοις γαμικοῖς ἐπάγεσθαι μέλλων, παλλακίδας καὶ ἑταίρας προλαβὼν
εἰσοικίζεται. Greg. περὶ ἀνθρώπου, Καὶ ὥσπερ τις ἀγαθὸς ἑστιάτωρ, οὐ πρὸ τῆς παρα-
σκευῆς τῶν ἐδωδίμων, τὸν ἑστιώμενον εἰσοικίζεται, quod paulum infra ἐφέστιον ποιεῖται
τὸν δαιτυμόνα dixit. Κατοικία etiam ſignificat habitationem ſtabilem &
perpetuam: quæ ideo differt ἀπὸ τῆς παροικίας, quæ eſt temporaria, vt inco- Παροικία.
larum & inquilinorũ. Greg. περὶ φιλοπτωχίας, loquens verè ſapientibus, &
rerum caducarum contemptoribus, qui pauci ſunt, Τίς διαιρήσει τὰ ὄντα καὶ
τὰ φαινόμενα, καὶ τοῖς μὲν ἕψεται, τῶν δὲ ὑπερόψεται; τίς γραφήν, καὶ ἀλήθειαν; τίς τὴν
κάτω σκηνήν, καὶ τὴν ἄνω πόλιν; τίς παροικίαν καὶ κατοικίαν; Idem ἐν τῷ εἰς τὴν ἑαυ-
τοῦ ἀδελφὴν ἐπιταφίῳ, in fine, πλὴν τιμηθείημέν γε τὴν ἐν θεῷ τιμὴν καὶ παροι- Παροικεῖν.
κοῦντες καὶ κατοικοῦντες ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, id eſt, & adhuc ſuperſti-
tes, & cum è vita in cælum migrauerimus.

Προβουλεύματα ſunt quædam curiæ decreta, quæ ideo ad plebem defe- Προβουλεύματα.
rebantur concionantem, in concionéq; populi promulgabantur, vt po-
puli pſephiſmate cõfirmarentur. Vt ſi Romæ (verbi gratia) dixiſſet quiſ-
piam Senatuſconſultũ in vulgus prolatum, vt populus id iuberet, & ratũ
eſſe ſciſceret, hoc eſt, ἵνα συνεπικυρώσῃ τὰ δεδογμένα τῇ βουλῇ. Προβουλεύειν que di Προβουλεύειν.
cebatur curia Athenis, quando ante comitia populi, ea res cõſulendo cẽ-
ſendóq; in curia agitabatur, qua de re populus in concione rogãdus erat,
cuius erat ſcilicet ſumma poteſtas, vt Romæ. Demoſth. περὶ στεφάνου, Τῇ δὲ

ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, οἱ μὲν πρυτάνεις τὴν βουλὴν ἐκάλουν εἰς τὸ βουλευτήριον. ὑμεῖς δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπορεύεσθε, καὶ πρὶν ἐκείνην χρηματίσαι καὶ προβουλεῦσαι, πᾶς ὁ δῆμος ἄνω καθῆτο. Idem ἐν τῷ περὶ παραπρεσβ. oſtendere volens quàm difficilis res eſſet & quàm impedita, rem populi ſuffragio decernendam conficere & exequi τὸν πολιτευόμενον ἄνδρα, ita inquit, Ὑμῖν δὲ πρῶτον μὲν περὶ πάντων τῆς βουλῆς ἀκοῦσαι καὶ προβουλεῦσαι δεῖ, καὶ τοῦτο ὅταν ἢ κήρυξι καὶ πρεσβείαις προγεγραμμένον, οὐκ ἀεί. εἶτ' ἐκκλησίαν ποιῆσαι, καὶ ταύτην ὅταν ἐκ τῶν νόμων καθήκῃ. εἶτα κρατῆσαι καὶ περιγενέσθαι δεῖ τοὺς τὰ βέλτιστα λέγοντας, τῶν ἢ δι' ἄγνοιαν ἢ διὰ μοχθηρίαν ἐναντία λεγόντων, Apud vos autem rem ipſam curiæ innoteſcere moris eſt, déque ea re Senatuſconſultũ fieri: idque tum demũ, cum aut de mittendis legatis veſtris aut audiendis aliorum, concionis edicta proſcripta ſunt, nõ item ſemper. Deinde concione aduocata (id quod tum ſolenne eſt fieri, cum præſcriptis legum congruit è re nata) oratoribus videndum eſt, vt cum conſilia ſanè vtilia commodáque Reipub. in medium attulerint, dicendi quoque facultate iis præualeant, qui è diametro in medium allatis pugnantia, vel imprudentia ipſi lapſi, vel ducti improbitate, tueantur. Idem περὶ στεφάνου, Δι' ἅ φημι καὶ τούτων προβεβουλευμένων, καὶ πολλῷ μειζόνων

Προβεβουλευμένων.

ἔτι τούτων δωρεῶν δίκαιος εἶναι τυγχάνειν. προβεβουλευμένα appellat præmia ſibi per curiam conſiliúmque decreta. Polyb. de politia Romanorum, ἐὰν μὴ συνεπικυρώσῃ τὸ προβεβουλευμένον ὁ δῆμος. Et Πρόβουλος dicitur curia quæ

Πρόβουλος.

ſic cõſiliis ſuis populo proſpicit, ne quid perperam ab eo decernatur, aut alias incommodo afficiatur, vnde quærẽdæ vitæ perinde vacare nequeat. Ariſtotel. in IIII. Politic. Δεῖ μὲν γὰρ εἶναί τι τοιοῦτον, ᾧ ἐπιμελές ἐστι τοῦ δήμου προβουλεύειν ὅπως ἀσχολῶν ἔσται. τοὺς δὲ προβούλους ὀλίγους ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πλῆθος. ὥστ' ὀλιγαρχικόν. Idem, Ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις ἢ προαιρεῖσθαί τινας ἐκ τοῦ πλήθους, ἢ κατασκευάσαντας ἀρχεῖον οἷον ἐνίαις πολιτείαις ἐστίν, οὓς καλοῦσι προβούλους καὶ νομοφύλακας, καὶ περὶ τούτων χρηματίζειν περὶ ὧν ἂν οὗτοι προβουλεύσωσι. Sic enim τοῦ δήμου προβουλεύειν dicitur, vt προπολεμεῖν & προμάχεσθαι. Thucydid. Ὁ προβουλεύσας ὅπως μηδὲν αὐτῶν δεήσοι, id eſt ὁ προνοησάμενος. Vnde Plutarch. in Romulo Conſules προβούλους eſſe ait, his verbis, κονσίλιον γὰρ ἔτι νῦν τὸ συμβούλιον καλοῦσι, καὶ τοὺς ὑπάτους κόνσουλας, οἷον προβούλους.

Διαιτακτής.

Διαιτακτὴς eſt arbiter, in quem litigare nolentes compromittunt, vt quicquid ille de controuerſia ſtatuerit, velut ius & æquum à petitore ab eóque vnde petitur, habeatur. Quod tamen ad viri boni arbitrium reducitur, ſi iniquitatem luculentam contineat, vt auctor eſt Proculus Iuriſconſultus in tractatu arbitrii pro ſocio. Demoſth. διαλλακτὴν οὐδένα φεύγων, id eſt, primo cuique arbitrium eius rei permittẽs. Diximus ſuprà διαιτητὰς duorum generum fuiſſe, eáque quæ ad rem pertinent explicauimus. Præter illa duo genera, tertium genus eſt τῶν διαλλακτηρίων διαιτητῶν, quos compromiſſarios iuriſperiti vocant, quoniam compromiſſum vocatur pactum & conuentum partium arbitrum eligentium, non tanquam iudicem futurum, ſed quaſi amicitiæ iure pacificatorem pro poteſtate futurum. Cicero pro Roſcio Comœdo, Quæro abs te quid ita de tua pecunia, de tuarum tabularũ fide compromiſſum feceris: arbitrum ſumpſeris: &



Διαιτᾶσθαι.

& Διαιτᾶσθαι verbũ ſignificat ex compromiſſo litẽ inter amicos dirimere. Demoſth. κατὰ Νεαίρας, Σάτυρος Ἀλωπεκῆθεν, Χαβρίας Λαμπτρεὺς, Διογείτων Ἀχαρνεὺς, μαρτυροῦσι διαλλάξαι διαιτηταὶ γενόμενοι περὶ Νεαίρας τῆς νυνὶ ἀγωνιζομένης, Στέφανον καὶ Φρύνωνα, teſtificantur ſe compromiſſo arbitros factos de Neæra quæ nunc cauſam dicit, litẽ diremiſſe inter Phrynonem & Stephanum. Erat autem Neæra mulier quam vterque concubinam ſuam eſſe contendebat. Διαιταγὴ autem & διαλλαγαὶ ſententia eſt compromiſſariorũ iudicum.

Διαιταγή.

Demoſth. ibidem, Τὰς δὲ διαιταγὰς εἶναι καθ' ἃς διήλλαξαν, οἵας παρέχεται Ἀπολλόδωρος, Arbitrium autem quod ipſi arbitrati ſunt, eiuſcemodi fuiſſe teſtantur, quale protulit Apollodorus in iudicium. Supra autem dixerat, Λαχόντος τοίνυν αὐτοῦ τοῦ Φρύνωνος δίκην, συνήγαγον αὐτοὺς οἱ ἐπιτήδειοι, καὶ ἔπεισαν δίαιταν ἐπιτρέψαι αὐτοῖς, amici eos perpulerunt vt conuenirent, ipſiſque arbitrium liberum permitterent, καὶ ὑπὲρ μὲν Φρύνωνος διαιτητὴς ἐκαθέζετο Σάτυρος, ὑπὲρ δὲ Στεφάνου τουτουὶ Χαβρίας, κοινὸν δὲ αὐτοῖς προσαιροῦνται Διογείτονα, qui ſibi tertium allegerũt Diogitonem, γνώμην δὲ ἀπεφήναντο, καὶ οὗτοι ἐνέμειναν αὐτῇ, τὴν μὲν ἄνθρωπον ἐλευθέραν εἶναι, συνεῖναι δ' ἑκατέρῳ ἡμέραν παρ' ἡμέραν, pro arbitratu cenſuerunt mulierem quidem liberam eſſe, in vtriuſque verò contubernio alternis diebus futuram. Διαλλάττω etiam muto ſignificat. Xenoph. in I. ἑλληνικ. Διαθρυλοῦντες ἐν ταῖς πόλεσιν, ὅτι Λακεδαιμόνιοι μέγιστα παραπταίοιεν ἐν τῷ διαλλάττειν τοὺς ναυάρχους, hoc eſt in mutandis nauarchis, cum alium alii ſubinde ſubſtituerent, ſucceſſorémque alium aliúmque mitterent. Halicarnaſſ. de Lyſia, Τὸν γὰρ κόσμον οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν τὸν ἰδιώτην, ἀλλ' ἐν τῷ μιμεῖσθαι λαμβάνει. Et Ενδιαλλάττειν immutare. Ariſtotel. Ὅσα δὲ παθήματα ἐγγινόμενα τῇ ψυχῇ, μηδέν τι ἐνδιαλλάττει τὰ σημεῖα τὰ ἐν τῷ σώματι, οἷς χρῆται ὁ φυσιογνώμων, οὐκ ἂν εἴη τὰ τοιαῦτα γνωρίσματα τῇ τέχνῃ. Significat & ἀνταλλάττεσθαι, hoc eſt permutare. Plato in X. de Repub. Τὴν δὲ τοῦ Ἀγαμέμνονος ψυχὴν ἔχθρᾳ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους διὰ τὰ πάθη, ἀετοῦ διαλλάξαι βίον, id eſt, vitam aquilæ humana vita mutaſſe. Significat etiã differre. Lucian. Καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ Προμηθέως ἂν εἴη, πλὴν εἰ μὴ διαλλάττοιτε, ὅτι μὴ ἐκ πηλοῦ πλάττετε, ἀλλὰ χρυσᾶ ὑμῖν τὰ πλάσματα. Polyb. in 2. hiſtor. de communione legum, menſurarum, ponderũ, aliorúmque omnium Achæorum loquens, καθόλου γὰρ τούτῳ μόνῳ διαλλάττειν τοῦ μὴ μιᾶς πόλεως σχεδὸν ἔχειν τὴν σύμπασαν Πελοπόννησον, τῷ μὴ τὸν αὐτὸν περίβολον ὑπάρχειν τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν, id eſt, hoc tantum referre & intereſſe. Verùm

Ἡμέραν παρ' ἡμέραν.

illud Demoſthenis ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ſignificat alternis diebus. Paulus ad Romanos XIIII. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν, hic alternos dies iudicat. Dicitur & παρ' ἡμέραν tantùm, vt παρ' ἔτος, & παρὰ μῆνα.

Παρ' ἡμέραν.

Sic παρ' ἡμέραν ζῶντες οἱ Διόσκουροι dicti ſunt, hoc eſt ἑτερήμεροι, vt inquit Euſtathius. Polyb. in politia Roman. Παρὰ δὲ μίαν ἡμέραν τὰ μὲν ἡγεῖται τῶν στρατοπέδων, τὰ αὐτὰ γὰρ πάλιν ἕπεται, Alternis autẽ diebus eædem legiones præcedunt & ſequuntur. Galen. in X. Therapeut. Ἡ μὲν πρώτη τροφὴ μετὰ τὴν πρώτην διάτριτον, αἱ δ' ἄλλαι παρὰ μίαν, Primus cibus poſt inediam tridui: poſtea alternis diebus cibo reficiendus, id eſt διὰ δυοῖν ἡμερῶν. Theophraſt. in IX. de Plantis, περὶ αἰγίλωπος loquens, Ἴδιον δὲ αὐτοῦ λέγεται πρὸς τὰ ἄλλα τὰ σιτώδη σπέρματα ἡ παρ' ἐνιαυτὸν βλάστησις. Et paulo poſt, Ἅμα δὲ τοῦτο μαρτυρεῖ καὶ

Παρ' ἐνιαυτόν.

τὴν παρὰ μέρος βλάστησιν, id eſt,quod viciſſim germinet & non germinet,
hoc eſt alternis annis. Et in quarto de Cauſis, Τῶν δὲ ἄλλων τῶν περὶ τὰ σπέρμα-
τα, μάλιστα πόῤῥω, εἴπερ ἀληθές, ὃ παρὰ μέρος καὶ μὴ ἅμα γίνεσθαι ἔνια, καθάπερ ἐπί τε τοῦ
αἰγίλωπος καὶ τοῦ λωτοῦ, hoc eſt, quòd ſemine iacto partim anno primo, par-
Παρενιαυτόφο-ρος. tim tertio enaſcatur auena vel ægilops. Inde Παρενιαυτόφορα dicũtur quæ
alternis fructum ferũt, hoc eſt non ἐπετειόφορα. Idem in primo de Cauſis,
Παρενιαυτόφορα δὲ καὶ οὐκ ἐπετειόφορα τῶν δένδρων, ὡς τύπῳ λαβεῖν, τὰ ξηρὰ καὶ ξυλώ-
δη, καὶ ὅσα μὴ ἐκ τῶν νέων, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἕνων φέρει τοὺς καρπούς, Alternis autẽ ferunt
arbores, vt ſummatim colligam, ſiccæ & lignoſæ, & quæcũque non è no-
Επετειόφορος. uis germinibus, ſed ex anniculis ferunt fructũ. Επετειόφορος ſic dicitur vt
Επετειόφυλλος. Επετειόκαυλος. Επετειόφυλλος, ſingulis annis folia mutãs, & Επετειόκαυλος, cuius caulis hye-
me moritur. Theophraſt. in VII. τὰ δὲ κιχωριώδη πάντα, ἐπετειόφυλλα. eſt enim
Επέτειον anniuerſarium. Idem, φασὶ δ᾽ οἱ μὲν ἐπέτειον εἶναι, οἱ δὲ, διαμένειν ἐπὶ χρό-
νον. Ενος enim anniculum & hornotinum ſignificat, vt hîc, & in IIII. de
Plantis, Αφίησι δὲ ῥίζας οὐκ ἐκ τῶν νέων, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἕνων, καὶ ἔτι παλαιοτέρων. Vnde
Δίενος, τρίενος fiunt Δίενος, Τρίενος, & alia, pro bimo, trimo, & vlterius: hoc eſt διετής, τριε-
τής. Idem de tibicinali calamo loquens eodem libro, Γίνεσθαι δέ φασι τρίε-
Καταύλησις. νον χρήσιμον, καὶ καταυλήσεως βραχείας δεῖσθαι, ſic legi debet, Aiunt autem tri-
mam tibiam vtilem eſſe, nec multæ inſpirationis indigere in auſpicãdo
cantu: vel antequam in theatrum afferatur ludicræ & lenitoriæ exerci-
Ενάενος. tationis. Ενάενος anniculus, idem quod ἕνος. Idem in octauo, Πρὸς ἔκφυσιν
δὲ καὶ τὴν ὅλην σποράν ἄριστα δοκεῖ τὰ ἐνάενα σπέρματα, τὰ δὲ δίενα χείρω καὶ τὰ τρίενα.
Ενη καὶ νέα. Ενος etiam eſt παλαιός. ὅθεν ἔνη καὶ νέα, ἡ τριακὰς λέγεται, hoc eſt, triceſimus &
vltimus dies menſis, vt in pſephiſmate apud Demoſthenem ὑπὲρ στεφά-
νου, Επὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου, ἑκατομβαιῶνος ἔνῃ καὶ νέᾳ, φυλῆς πρυτανευούσης Παν-
διονίδος, & reliqua. Ariſtoph. Νεφέλ. Εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ᾽ ἕνη τε καὶ νέα. Inde
dicta ab Atticis, quòd confinium ſit deficientis lunæ & renaſcentis, hoc
eſt veteris & nouæ, quo die cedebat fœnorum petitio, hoc eſt Calendis,
quæ νουμηνία etiam dicitur à Græcis. Varro libro primo rei ruſtic. Dies
lunares quoque obſeruandi, qui quodam modo bipartiti, quod à noua lu
na creſcit ad plenam: & inde rurſus ad nouam lunam decreſcit, quoad
veniat ad intermenſtruum. è quo die dicitur luna eſſe extrema & prima.
à quo Athenis eam appellant ἕνην καὶ νέαν τριακάδος. Ariſtophan. βατράχ.
Πῶς οὖν βαδιοῦμαι νῷ δικαίως; Αἰ. ῥᾳδίως, πληγὴν παρὰ πληγὴν ἑκάτερον, facilè,
vtrunque enim cædam, alternas plagas incutiens, hoc eſt, vtrunque vi-
ciſſim cædam, alternas plagas vtrique infligendo.

Παρά. Παρὰ enim intermiſſionem ſignificat, vt παρὰ μῆνα τρίτον Ariſtotel.
pro tertio quoque menſe dixit, hoc eſt menſium ſingulorum interual-
lo. Poteſt & plurium menſium vel dierum διάλειμμα ſignificare, vt apud
Polybium, Καὶ τὸ μὲν ἔργον γίνεται κοῦφον, διὰ τὸ παρὰ τετάρτην ἡμέραν ἑκάστῃ ση-
μαίᾳ καθήκειν τὴν λειτουργίαν, id eſt, quòd quarto quoque die muneris obeun-
di vices ad ſingulas cohortes redeant. Sic παρ᾽ ἡμέρας πέντε, καὶ παρ᾽ ἡμέρας
ἑπτὰ dicunt, pro quinto & ſeptimo quoque die. Neque de tempore tan-
tùm hoc modo loquendi vtuntur, ſed etiam aliis de rebus interiectis, vt



illud eſt παρὰ πληγὴν ſuprà citatum: & illud Luciani, Η δὲ ὄρχησις ἐφήβων τε
καὶ παρθένων παρ᾽ ἕνα χορευόντων, id eſt, adoleſcentium virginúmque ſerie con
ſtat, per manus reſte ducta alternantium: hoc eſt οὐ κατὰ συνάφειαν χορευόν-
των τῶν ἐφήβων, ἀλλὰ καθ᾽ ἕνα διαλειπόντων. Παρ᾽ ἕνα etiã aliquando eſt idem Παρ᾽ ἕνα.
quod vno minus. Idem, Σὺ δέ μοι παρ᾽ ἕνα ἥκεις ἄγων, εἰ μὴ τοῦτο φῂς ὡς παρα-
λελόγισταί σε ἡ Αἴσωπος. Sic Plutarch. Παρ᾽ ἕνα τοσοῦτοι, vno dempto totidem. Si-
gnificat etiam vnius cauſa, & propter vnum. Antipho, Ισως οὖν τῶν συνηγό-
ρων αὐτῶν τολμήσει τις εἰπεῖν, ὡς οὐδὲν ἂν παρ᾽ ἕνα ἄνθρωπον ἐγένετο τούτων, quòd ni-
hil huiuſmodi propter vnum hominẽ fieri potuiſſet. & rurſus, Οὐ μανία
δήπου τοῦτο λέγειν, ὡς οὐδὲν ἂν γένηται παρὰ τοῦτον; Dinarch. κατὰ Δημοσθ. Ω Αθηναῖοι
παρὰ τί οἴεσθε τὰς πόλεις ποτὲ μὲν εὖ, ποτὲ δὲ φαύλως πράττειν; οὐδὲν εὑρήσετε ἄλλο, πλὴν
παρὰ τοὺς συμβούλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας. Παρὰ τί, vnde, & quamobrẽ dixit. & πα-
ρὰ τοὺς συμβούλους, à cõſulibus aut Senatus principibus cauſam manare in-
commodi ſignificat & mali. Theophraſt. lib. VI. hiſtor. plantarũ de roſis
loquẽs, Τὸ δ᾽ ὅλον, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ ἡ εὐοσμία, καὶ ἡ δυσχροια παρὰ τοὺς τόπους ἐστί. Plato Παρὰ τὸν.
libro quarto de Legib. Αλλ᾽ ἡγοῦμαι παντὸς μᾶλλον εἶναι παρὰ τοῦτο σωτηρίαν τῇ πόλει,
καὶ τοὐναντίον, Exiſtimo imprimis ab hoc ſalutem eſſe & perniciem. Sic ac-
cipitur ab Iſocrate in Nicocle, vbi locus fortaſſe mutilatus eſt poſt verbũ
ἐστίν. etſi Ioannes Laſcaris Græci nominis decus, à nobis ſuper hoc con- Ioãnes Laſca-
ſultus, cenſebat nihil deeſſe. cuius ego iudicium non meo modò, ſed etiã ris.
omnium præfero quos nouiſſe mihi contigit: idque eruditionis merito,
ſingulariſque perſpicientiæ in huiuſcemodi commentationibus. ſic au-
tem legitur apud eum oratorem, Μηδενὸς οὖν ὀλιγωρεῖτε, μηδὲ καταφρονεῖτε τῶν
προστεταγμένων, ὑπολαμβάνοντες ὡς οὐ παρὰ τοῦτ᾽ ἐστίν. ἀλλ᾽ ὡς παρ᾽ ἕκαστον τῶν με-
ρῶν ἢ καλῶς ἢ κακῶς ἕξον τὸ σύμπαν, οὕτω σπουδάζετε περὶ αὐτῶν, ſed tanquam to
tius planè interſit ſingularum partium conſtitutio, ita vos accurate ſin-
gula. Eſt autem ἀττικισμὸς in eo loco nulli non notus. Sic in Archid. Υπὸ
πάντων ὁμολογεῖται παρὰ τοῦτον γενέσθαι τὴν σωτηρίαν, ab hoc manare ſalutẽ: vel,
per hunc eſſe & propter hunc. Apud Iſocratẽ nihil deeſſe defendi poteſt
ex Ariſtotele lib. 2. Priorum Analy. in eo loco vbi caput eſt, περὶ τοῦ μὴ πα-
ρὰ τοῦτο. videtur enim compendium fuiſſe ſermonis Atticis vſitatum. Sic
enim inquit Ariſtoteles, Τὸ δὲ μὴ παρὰ τοῦτο συμβαίνειν τὸ ψεῦδος, ὃ πολλάκις ἐν
τοῖς λόγοις εἰώθαμεν λέγειν, πρῶτον μέν ἐστιν ἐν τοῖς εἰς τὸ ἀδύνατον συλλογισμοῖς. & infe
rius, Φανερὸν οὖν ὅτι ἐν τοῖς εἰς τὸ ἀδύνατον λέγεται, τὸ μὴ παρὰ τοῦτο. Alibi tamẽ le- Τὸ παρὰ τοῦτο.
giſſe me apud oratores eundem loquendi modum non memini. Signi-
ficat autem apud Iſocratẽ, οὐ παρὰ τοῦτ᾽ ἐστίν, non in his poſitum eſt rerum
momentum, non hæc ad rem magnopere pertinẽt. quale eſt illud Luca-
ni in III. Non pondera rerum, non momenta ſumus. Demoſth. περὶ τοῦ στε-
φάνου, Πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο (οὐχ ὁρᾷς) γέγονε τὰ τῶν Ελλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆ-
μα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ, pleno ſermone dixit. quod Cicero in Oratore
ita vertit, Itaque ſe purgans Demoſthenes, negat in eo poſitas eſſe fortu-
nas Græciæ. quem locũ alibi plenius commemorabimus. Παρ᾽ ἕνα etiam
aliquãdo aliter accipitur. Plutarch. Καὶ γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ δύναταί τις πλάτ-
των ζῷα συγχεῖν, καὶ πάλιν πλάττειν καὶ συγχεῖν, καὶ τοῦτο ἐν παρ᾽ ἓν ποιεῖν ἀδιαλείπτως. Εν παρ᾽ ἕν.

Idem alibi, Καὶ μή ποτε τῆσδε εἰκὼν ᾖ ὁ περὶ ἡμᾶς ἀήρ, ἐν μέρει ἡμέραν καὶ νύκτα ποιῶν, Atque haud ſcio an huius imago ſit aer nos ambiens, diem viciſſim atque noctem faciens. Sic dictum eſt vt ἡμέραν παρ' ἡμέραν, & παρὰ μέρος. Antiph. περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου, Ἀλλὰ περιτερόν γ' ἂν βουλεύσασθε, καὶ μὴ μετ' ὀργῆς καὶ διαβολῆς. οὐ γάρ ἐστιν ὅτι ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ἂν γνοίη. αὐτὸ γὰρ ὃ βούλεται, τὴν γνώμην διαφθείρει τοῦ ἀνθρώπου. μέγα τε ἡμέραν παρ' ἡμέραν γιγνομένην γνώμην ὦ ἄνδρες ἐξ ὀργῆς, μεταστῆσαι, καὶ τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν τῶν γεγενημένων, magníque intereſt ad recte iudicandum, re comperendinata conceptam ab ira ſententiam mutare. Παρὰ τὸ δεῖπνον inter cœnam, & cœnæ tẽpore. Iſocr. in Nicocle de Lacedæmoniis loquens, Οἴκοι γὰρ ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασι-

Παρ' αὐτὰ τὰ ἀδι- κήματα.

λευομένους, belli tempore, & militiæ. Inde illa locutio, Παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα, hoc eſt protinus admiſſis delictis. Demoſth. ὑπὲρ στεφάνου, Διόπερ τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους φυγών, νῦν ὕστερον ἥκει. & πρὸς Λεπτίνην, Εἰ δὲ οὗτοι τοῦτο φήσουσι, δεῖξαι μὲν γὰρ οὐχ ἕξουσι, δεῖ κεκολασμένους αὐτοὺς παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα φαίνεσθαι, eos quoque docere oportet recenti adhuc ſecus admiſſorum memoria, pœna affectos eſſe. Interpres tamen Demoſthenis παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα κολάζειν ſignificare exiſtimauit προσφόρως καὶ ἐγγὺς τῆς ἀδικημάτων φύσεως, hoc eſt pro modo delictorũ, & pœna admiſſo adæquata, quod mihi non placuit. Iuriſperiti dicunt adhuc fragrantibus delictis. Theod. in v. hiſt. eccleſiaſt. οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ ἀνθρώπους τινας, παρ' αὐτὸ συλλαβόντες τὸ τόλμημα, πρὶν γνῶναι τὸν βασιλέα τὴν τραγῳδίαν, id eſt in ipſo facinore comprehenſos necauerunt. Dicitur & Παραχρῆμα eadem ratione pro confeſtim, & Παραυτίκα

Παραυτά. Παραυτόθεν.

& Παραυτά, & Παραυτόθεν, quaſi iam inde ex illa hora. Arrianus, Παραυτόθεν ὡς εἴχομεν ἐπεξιόντες, id eſt, τὸ αὐτόθεν, τὸ αὐτοῦ δέ. Gregorius genitiuo iunxit, Πολλοὺς δὲ οὐκ εἰς ἀναβολάς, ἀλλὰ παραυτὰ τῶν συμβαινόντων προσδραμόντας τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν, id eſt, ſimulatque miraculum factũ fuit. Andocid. Εἰ ὑμᾶς δέοι ἀκούσαντάς τι ἐν τῷ παραχρῆμα, νῦν διαβουλεύσασθαι, in re præſenti: quod etiam impræſens & impræſentiarum dicitur. Παραυτὰ etiam iungitur genitiuo. Γρηγ. ἐν τῷ εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἐπιταφίῳ, Πολλοῖς γέτοι τῶν λελυπηκότων οὐδὲ ὑπερήμερος ἀπήντησεν ἡ ἀντίδοσις, οὐδ' ὀπισθόπους ἡ δίκη, τοῦτο δὴ τὸ ποιητικόν, ἀλλὰ παρ' αὐτὰ τῆς κινήσεως ἐπλήγησαν, ἐπεστράφησαν, προσῆλθον, ἐγονυπέτησαν. Dicitur &

Παρὰ τὸν και- ρόν.

Παρ' αὐτὸν τὸν καιρόν. Demoſth. πρὸς Λεπτίνην, Πάντες μὲν γὰρ εἰσιν ἴσως ἄξιοι χάριν ἀνταπολαμβάνειν οἱ προϋπάρχοντες τοῦ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ, μάλιστα δ' οἱ παρὰ τὰς χρείας, Nam cum omnes vltro de vobis benemerentes, digni ſunt vtique quibuſcũ paria faciatis: tum verò ii maxime, qui in ipſis temporibus veſtris difficultatibúſque id fecerunt. Syneſ. Αὐτὰς οὖν ταύτας παρὰ τοὺς καιροὺς ἑκάστους οἷου σοι παραστάναι συνηγόρους, vno quoque tempore. Idem, Ἀλλ' ἔστιν εὐτυχία παρὰ τὸν καιρὸν εὐτυχεστέρα, Refert autem quo quidque in loco feliciter cedat. vel ſic, at vero locus ipſe refert ad felicitatis cumulum. Παρὰ enim tẽpus ſignificat. Aphtho. in progymn. Τὰ μὲν γάρ, παρὰ τὴν εἰρήνην μόνην εὐδοκιμεῖ, τὰ δέ, παρὰ τὸν πόλεμον μόνον θαυμάζεται, quædam enim pacis tẽpore vſui ſunt, quædam belli tempus commendat. Μόνη δὲ σοφία τῶν ὄντων, ἑκατέρων κρατεῖν ὡς ἑνὸς ἐξεπίσταται, ſola autem omnium rerum ſapientia vtroque

Ἐξεπίσταμαι.

tẽpore præſtare edidicit. hoc enim Ἐξεπίσταμαι ſignificat. Athen. de equis καὶ ἐπὶ τῶν ὀπισθίων ποδῶν ἱστάμενοι, τοῖς προσθίοις ὠρχοῦντο, ἐξεπιστάμενοι αὐλήματα.



Sic Demoſth. ἀκριβῶς ἐξεπιστάμενος, memoriter tenens. Ariſtoph. ſæpe pro ad vnguem tenere vtitur: quod etiam ἐκμανθάνειν dicitur. Plato, Μεγίστη δὲ φυλακή, τὸ μὴ γράφειν, ἀλλ' ἐκμανθάνειν. Verum quod παρὰ τὸν πόλεμον καὶ κατὰ τὴν εἰρήνην hîc dixit Aphthonius, paulo poſt κατὰ τὸν πόλεμον dixit. Cui pene illud eiuſdem Syneſii ſimile eſt, Καὶ παρὰ τὰ χρεία τι γίγνεται τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸ τυγχάνειν τε καὶ ἀποτυγχάνειν εὐμενοῦς τοῦ θεοῦ, Neque in hoc illóque loco perinde mortalibus euenit, vt Deo aut præſente aut aduerſo vtantur. Significat etiam παραγωγήν, vt παρὰ τὸ σθένος Δημοσθένης εἴρηται. Eſt autem huius præpoſitionis vſus multiplex apud præcipuos ſcriptores, & interdum pene contrarius, vt in Παρὰ πολύ, quod κατὰ πολὺ ſignificat apud Pauſaniã & Thucydid. & Plutarch. vt Παρὰ πολὺ μὲν τῶν Θηβαίων χειρόνων, παρὰ πολὺ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ἀμεινόνων φανέντων. Gregorius, Παρὰ πολὺ τῆς τάξεως ἐκπεσούσης, valde immutato ordine. Interdũ econtrario τὸ ἐπέλαττον ſignificat, τῆς παρὰ ἐλάττωσιν δηλούσης, hoc eſt ἐκτὸς πολλοῦ, quaſi minuſcule. vt apud eundem, Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν ὦ Βασίλειε, τῆς ἡδίστης σοί ποτε γλώττης καὶ ὁμοτίμου καὶ ἥλικος. εἰ μὲν τῆς ἀξίας ἐγγύς, σὺ τοῦτο χάρις. σὺ γὰρ θαρρῶν τὸν περί σου λόγον ἐνεστησάμην. εἰ δὲ πόρρω, καὶ παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος, τί χρὴ παθεῖν καὶ γήρᾳ καὶ νόσῳ καὶ τῷ σῷ πόθῳ τετρυχωμένους; ſin lõgè à meritis tuis dicendo abſuimus, & minus quàm pro ſpe noſtra ſuc-

Παρὰ πολύ.

Πόρρω.

ceſſit oratio, velut mox dicemus. vt ſit, εἰ δὲ πόρρω τῆς ἀξίας, καὶ παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος εἴρηται ταῦτα. vt Iſocrat. Τίς οὕτω τοσοῦτον πόρρω τῶν πολιτικῶν ἐστὶ πραγμάτων, ὅστις οὐκ ἐπαισθάνεται ἐγγὺς ἡμᾶς τῶν συμφορῶν; vt Quis tam procul abſit ab vrbe? Licet πόρρω σοφίας interdum non procul à ſapiẽtia ſignificet, ſed magis proximè, vt Plato in Euthyd. vſus eſt, Πόρρω σοφίας ἥκεις, vſque adeo ſapiens es & eruditus: vſque eo prouectus es in ſtudio ſapientiæ. Et in Apologia, Ὁρᾶτε γὰρ εἰς τὴν ἡλικίαν ὅτι πόρρω ἤδη ἐστὶ τοῦ βίου, ἐγγὺς δὲ θανάτου, id eſt, Videtis iam mihi ætatem longe prouectam. Et in Gorg. Τοὺς πόρρω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας, Qui diutius philoſophiæ ſtudẽt. Et in Protagor. Ἔπειτά μοι ἔδοξε πόρρω τῶν νυκτῶν εἶναι, id eſt, ad multã noctem perueniſſe. AEſch. Ἤδη πόρρω τῆς ἡμέρας οὔσης προσελθὼν ὁ κῆρυξ ἀνέστη. At verò Demoſthenes, Ἵνα μὴ πόρρω τοῦ παρόντος γένωμαι, ne longius digrediar, dixit. Idem Greg. ἐν τῷ εἰς τὴν Γοργονίαν ἐπιταφίῳ, Ὥστε οὐ τοῦτον φοβοῦμαι τὸν φόβον μή τι τὴν ἀλήθειαν ὑπερδραμώμεθα, ἀλλὰ τοὐναντίον, μή τι ἀληθείας ἐλλείπωμεν, καὶ παρὰ πολὺ τῆς ἀξίας ἐλθόντες, ἐλαττώσωμεν τὴν δόξαν τοῖς ἐγκωμίοις, id eſt, longè intra veritatis modum rem perſequentes. vel, multo parcius quam par eſt oratione proſequẽtes, quàm rei veritas poſcit. Plato in Apologia τὸ παρὰ πολὺ oppoſitum eſſe ſignificat

Παρὰ πολὺ καὶ παρ' ὀλίγον.

τῷ παρ' ὀλίγον, his verbis, Ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον θαυμάζω ἑκατέρων τῶν ψήφων τὸν γεγονότα ἀριθμόν. οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολύ. νῦν δέ, ὡς ἔοικεν, εἰ τρεῖς μόναι μετέπεσον τῶν ψήφων, ἀπεπεφεύγειν ἄν, Multo verò ego magis ſententiarum numerum in vtramque partem miror. Neque enim exiſtimabam parum abfore, quo minus damnantium atque abſoluẽtium calculi adæquarẽt, ſed multum vel pluſculum abfuturum, quin ego abſoluerer. Nunc verò, vt video, ſi tres tantum ſententiæ in contrariũ mutatæ fuiſſent, ego abſolutus eſſem. Poteſt & eodem modo intelligi illud ſuperius

Gregorii, παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος, eodem pene ſenſu, vt ſit, & tantulum ab eo quod ſperauimus, abfuimus. Neque in hac voce tãtùm ἡ παρὰ in vtranq; partem valet, vt & πάνυ & ἐπέλαττον ſignificet, ſed etiam in παρὰ τοσοῦτον, vt idem Gregorius, Μὴ παρὰ τοσοῦτον ἔλθωμεν τῆς ἰσότητος θείας, Ne tantum abſit quin accedamus ad æqualitatem diuinam: vel, ne minus accedamus ad æqualitatem diuinam. Herodian. Παρὰ τοσοῦτον μὲν δὴ Μακρῖνος οὐκ ἔφυγε τοὺς διώκοντας, Tantulum modo abfuit quin euaderet eos qui eum petebãt: hoc eſt, penè euaſit. Huícque reſpõdet παρ' ὅσον eodem ſignificatu. Idem Greg. περὶ φιλοπτωχίας, Καὶ ὄμβροις καὶ ταραχαῖς ἀνέμων ταλαιπωρούμενοι, παρὰ τοσοῦτον καὶ συμπατούμενοι, παρ' ὅσον τὸ ψαύειν αὐτῶν βδελυσσόμεθα, nihílque propius fit quàm vt à nobis pedibus conculcentur, niſi quatenus eorum cõtagionem formidamus. Idem ἐν τῷ εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν ἐπιταφίῳ, Παρὰ τοσοῦτον ἑκάτερος οὐκ ἔχων τὰ πρῶτα τῶν ἐπὶ γῆς, παρ' ὅσον ὑπ' ἀλλήλων εἰς τὸ πρωτεῖον ἐκωλύοντο, cum interim vterque à prima ſorte terrenæ beatitatis tantum abeſſet, quantũ vterque vtriq; obſtabat quo minus primas partes ferret. Significat etiã vſque adeo, quaſi πάνυ πολύ. Greg. Οὐκ αἰσχυνόμεθα βασιλεῦ παρὰ τοσοῦτον ἡττώμενοι τῶν Χριστιανῶν; Plutarch. in Cicer. de legis agrariæ oratione loquens, Οὐ μόνον τὸν νόμον ἐξέβαλε, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἀπογνῶναι τοὺς δημάρχους ἐποίησε, παρὰ τοσοῦτον τῷ λόγῳ κρατηθέντας ὑπ' αὐτοῦ, vſque adeo dicendo ab eo victos ſe intelligebant. Thucydid. Παρὰ τοσοῦτον μὲν ἡ Μιτυλήνη ἦλθε κινδύνου, Tantulum quidem abfuit quin Mitylene euerteretur. ſic dictum eſt vt illud Gregorii, παρὰ τοσοῦτον ἔλθωμεν τῆς ἰσότητος θείας, & cum genitiuo conſtruitur vtrobique. Sic ἐν τῷ παρέγγυς ἡ παρὰ ἐλάττωσιν δηλοῖ. minus eſt enim quàm σύνεγγυς. Ariſtot. in 2. Politic. Ἡ δὲ κρητικὴ πολιτεία παρέγγυς μὲν ἐστι ταύτης, propiuſcule accedit ad hanc. Aliquando plenam habet ſignificationẽ, vt παρὰ πολύ. Idem in VII. Δεῖ γὰρ οὔτε λίαν ὑπολείπεσθαι ταῖς ἡλικίαις τὰ τέκνα τῶν πατέρων, οὔτε λίαν παρέγγυς εἶναι. ἧττε γὰρ αἰδὼς ἧττον ὑπάρχει τοῖς τοιούτοις ὥσπερ ἡλικιώταις, καὶ περὶ τὴν οἰκονομίαν ἐγκληματικὸν τὸ παρέγγυς. Idem in I. Αἴτιον δὲ τὸ σύνεγγυς αὐτῶν. ἐπαλλάττει γὰρ ἡ χρῆσις τοῦ αὐτοῦ οὖσα ἑκατέρα, id eſt, in cauſa eſt vicinia τῆς οἰκονομικῆς καὶ τῆς χρηματιστικῆς. Sic Παρόμοιος minus eſt quàm ὅμοιος & προσόμοιος, hoc eſt παρ' ὀλίγον ὅμοιος. Et Παρυπόστασις minus quàm ὑπόστασις. Dionyſ. περὶ φωτὸς καὶ καλοῦ, Διὸ οὔτε ὑπόστασιν ἔχει τὸ κακὸν, ἀλλὰ παρυπόστασιν, τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα καὶ οὐχ ἑαυτοῦ γιγνόμενον. Quare malum non ὑφίστασθαι, ſed παρυφίστασθαι dicit, Ὅτι δὲ οὐ κακίας αἴτιον τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, δῆλον ἐκ τοῦ δυνατὸν εἶναι καὶ ἄνευ σώματος παρυφίστασθαι κακίαν. Sic Παράληψιν & παράληξις, quæ citra τὸ κατάληψιν καὶ τὴν κατάληξιν intelligũtur. ſed hæc compoſita ſunt: illa ſuperiora non tam compoſita ſunt quàm διὰ τῆς ὑφ' ἓν leguntur & ſcribũtur. vt Παρ' οὐδὲν & παρὰ μικρόν, quæ cognata ſunt ſupradictis. AEſch. Ἄρθμιον τὸν Ζελείτην κομίσαντα εἰς Ἑλλάδα τὸ ἐκ Μήδων χρυσίον, παρ' οὐδὲν ἦλθον ἀποκτεῖναι, Nihil propius factum eſt, quàm vt interficerent. vel, propius nihil abfuit. quod idem eſt. Plutarchus in Politicis præceptis, Ὁ δὲ Κρητίνας τὴν πόλιν ἄριστα στρατηγήσας παρ' οὐδὲν ἐλθοῦσαν ἀπολέσθαι, περιεποίησεν ἀνελπίστως. Interdum παρ' οὐδὲν ἐστι ſignificat floccipenditur. Sophocl. in OEdipode, Πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀν ὀνείρασι βροτῶν Μητρὶ ξυνευνάσθησαν. ἀλλὰ ταῦθ' ὅτῳ Παρ' οὐδέν

Παρὰ τοσοῦτον.

Παρ' ὅσον.

Παρέγγυς καὶ σύνεγγυς.

Παρόμοιος.

Παρυπόστασις.

Παράληψιν.

Παρ' οὐδέν.



ἐστι, ῥᾷστα τὸν βίον φέρει. Hoc Cicero pro Cluentio ita Latinè dixit, Propius nihil factum eſt quàm vt ille occideretur. Et in Thuſculanis, Propius nihil abfuit. Certare enim in hoc ſermone cum Græcis voluit, vt in plurimis, ſed ita vt ducere verba è Græco videretur. Nam παρ' οὐδὲν ἦλθον ἀπολέσθαι, eſt ἐγγυτάτω τοῦ ἀπολέσθαι ἦλθον, ὥστε οὐδὲν διὰ μέσου γεγονέναι τοῦ ἀπολέσθαι καὶ μή. Quæ cauſa eſt vt genitiuus huic particulæ addatur aut ſubintelligatur. ἦλθον ἐγγύτατα ἀπολέσθαι, καὶ παρὰ τοσοῦτον ἦλθον, quaſi dicas, χωρὶς εἰ μὴ τοσοῦτον ἐγένετο ἐν τῷ μεταξὺ τὸ διακωλῦον. At verò cum Demoſthenes dixit, παρ' οὐδὲν ἡγούμενος τὰς ἡμετέρας συνθήκας, eadem eſt penè ſignificatio, ſed non eadẽ conſtructio. vt παρ' οὐδὲν τίθεμαι pro nihilo duco, & παρ' οὐδὲν ποιοῦμαι Plutarcho, ὧν σχεδὸν οὐδὲν τίθεμαι, vel etiam πάνυ οὐδὲν τίθεμαι. vt Παρὰ μικρὸν, πάνυ μικρόν. Et παρὰ φαῦλον, Syneſ. Theophilo, ὃν οὐ παρὰ φαῦλον, ἀλλ' ἀντὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο πεισθῆναι, id eſt, Quam hoc credere & perſuaderi non leuiter cupiebat, & magnopere conducere rebus ſuis æſtimabat, vel magno emptum voluiſſet. Iſocrat. in Panegyr. Θαυμάζομεν δὲ διὰ τὰς ἄλλας πράξεις, ἐκ τούτων τῶν ἔργων ηὐδοκίμουν. οὐ γὰρ παρὰ μικρὸν ἐποίησαν, ἀλλὰ τοσοῦτον ἑκατέρων τὰς τύχας μετήλλαξαν. παρὰ μικρὸν hîc minus eſt quàm μικρόν. Non enim (inquit) perparum profecerunt. Idem alibi, Χρὴ δὲ οὐ παρὰ μικρὸν ἡγεῖσθαι, Non hoc floccipendere oportet, & paruum eſſe ducere. Plut. in Demet. ὧν ἐκεῖνος οὐ παρὰ μικρὸν ἐνόμιζεν ἑαυτὸν εἶναι βελτίονα, non perpaulo meliorem, ſed planè meliorem. Lucian. Καὶ παρὰ μικρὸν ὅλον εἶχέ με, Et me ferme totum detinebat, id eſt, paulum abfuit quin totum me poſſideret. Eadem ſignificatio eſt in Παρ' ὅσον. Idem, Ἡ δὲ πόλις ἅπασα κεχηνότες ἀκούουσιν ὁπόταν δημηγορικῶς παρέλθοι, ὁποῖόν φασι τοὺς τότε Ἀθηναίους πρὸς τὸν τοῦ Κλεινίου πεπονθέναι, παρ' ὅσον τοῖς μὲν οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέλησε τοῦ ἔρωτος ὃν ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβιάδου, τοῦτον δὲ ἡ πόλις φιλεῖ, niſi quatenus, niſi pro eo quantum eſt. & ἐν τῇ τῶν βίων πράσει, Ἐστι μὲν τοῦ ἄγοντος ἐκείνου μαθητὴς, ἓν δὲ πλέον οἶδεν, παρ' ὅσον ἀσεβέστερος τυγχάνει. hîc παρ' ὅσον quatenus ſignificat. Phalar. Φαιδίμῳ, Τοὺς δὲ τῶν κατηγορούντων λόγους ψευδεῖς ἐνομίσαμεν, παρ' ὅσον ἐδείσαμεν ἐλέγξαι περὶ σοῦ τὴν ἀλήθειαν, quippe qui veriti ſimus rem quærere quæ tibi obiiciebatur. Significat etiam quoniam, & propterea quòd, vt Latinè quatenus. Idem Ἀριμάχῳ, Ἡμεῖς μὲν τύραννοι δοξασθέντες, ἔχοντες ἐξουσίαν, ὁμολογοῦμεν. ἐκεῖνοι δὲ ἰδιῶται ὄντες, παρ' ὅσον δεδίασι δίκην δοῦναι, ἀρνοῦνται. Quintil. in VI. Propria tamen mihi huius nominis exprimenda natura eſt, quatenus appellatione ipſa non ſatis ſignificari videtur. Et libro quarto, Sed quatenus etiam ſorte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, iam de iis loquamur. Καθ' ὅσον etiam quatenꝰ ſignificat. Lyſ. Καθ' ὅσον ἕκαστος οἷός τ' ἦν, κατὰ τοσοῦτον ἐβοήθει, eatenus quatenus. Plato in Phædone, Οὐκοῦν ὅλως δοκεῖ σοι, ἔφη, ἡ τοῦ τοιούτου πραγματεία οὐ περὶ τὸ σῶμα εἶναι, ἀλλὰ καθ' ὅσον δύναται ἀφεστάναι αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν τετράφθαι, ſed quantum poteſt, ſed quàm poteſt maximè. Dicitur & Ἐφ' ὅσον. Theoph. in quarto, Περὶ ὧν λεκτέον ἴσως ἐφ' ὅσον ἔχομεν ἱστορίας, quatenus & in quantum hiſtoriam nouimus. Dicitur & Ἐφ' ὅσα ἁπλῶς. Lucian. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῆς γραφῆς ἐφ' ὅσα ὑμῖν οὐ πάντη ἐμφανῆ ὄντα, τὴν ὅλην ὅμως ἔχει δύναμιν τῆς τέχνης, γραφέων παῖδες ἐπαινούντων. Ariſtot. in VIII. Ethic. de amicitia lo-

Παρὰ μικρόν.

Παρὰ φαῦλον.

Παρ' ὅσον.

Quatenus.

Καθ' ὅσον.

Ἐφ' ὅσον.

quens τῇ κατὰ συμβεβηκὸς λεγομένῃ, Ἐπὶ τοσοῦτον γάρ εἰσιν ἡδεῖς, ἐφ᾽ ὅσον ἐλπίδας ἔχουσιν ἀγαθοῦ, eatenus quatenus: tandiu quandiu. Alibi καθ᾽ ὅσον dixit in eodẽ, Καθ᾽ ὅσον δὲ κοινωνοῦσιν, ἐπὶ τοσοῦτόν ἐστι φιλία.

*Παρ᾽ ὅ.* Παρ᾽ ὃ etiam pro παρ᾽ ὅσον accipitur, hoc eſt quoniam, & propter quod, quocirca. Ariſtotel. περὶ θαυμασίων ἀκουσμ. Οἱ δὲ τὸν χαλκὸν ὀρύττοντες, ὀξυδερκέστατοι γίνονται, παρ᾽ ὃ καὶ οἱ ἰατροὶ τῇ ἄνθῃ τοῦ χαλκοῦ, καὶ τῇ τέφρᾳ τῇ φρυγίᾳ χρῶνται πρὸς τοὺς ὀφθαλμούς. Syneſ. Ἐκεῖ γὰρ εἰς συμμαχίαν παρακεκλῆσθαι, παρ᾽ ὃ καὶ σεσῶσθαι τοὺς παρακαλεσαμένους, quare & ſeruatos eſſe. Significat etiam contraquam. vt, Σπείρει μὲν ὁ λαγωὸς κατὰ φύσιν, ἀποκυΐσκει δὲ ὁ αὐτὸς παρ᾽ ὃ πέφυκε, hoc eſt ἔξω οὗ πέφυκε, contraquam natura compa

*Extraquam.* ratum eſt. & hoc modo Demoſthenes vſus eſt. Hoc Cicero extraquam dixit in ſecundo Rhetoricorum, Agit is cui manus præciſa eſt, iniuriarum. Poſtulat is quicum agitur, à Prætore exceptionem, extraquam ſi in reum capitis præiudiciũ fiat. quæ verba ſunt formulæ iudicialis. Liuius, Campanos omnes, extraquam qui ipſi aut parentes eorum apud hoſtes

*Παρ᾽ ὃ δεῖ.* eſſent, liberos eſſe iuſſerunt. Vnde παρ᾽ ὃ δεῖ ſupra modum. Plutarch. ἐν τῷ πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος. Θαυμασταὶ παρ᾽ ὃ δεῖ λόγων ἢ ἀνθρώπων, ἢ καταφρονηταί, Supra modum laudatores hominum vel orationum, & contem-

*Præterquam quód.* ptores. Dicitur & præterquam quòd, quod ipſum magis eſt κατὰ λέξιν. Idẽ Cicero de Aruſpic. reſponſis, Tyberius Gracchus conuellit ſtatum ciuitatis. Qua grauitate vir? qua eloquentia? qua dignitate? nihil vt à patris auíque Africani præſtabili inſigníque virtute, præterquam quòd à Senatu deſciuerat, deflexiſſet. Idem pro domo ſua, Præterquam quòd ne id quidem per legem Liciniam vt tibi curationem ferres, facere potuiſti. In vtroque loco παρ᾽ ὃ Græcè dici poteſt, licet diuerſa ſint ſignificata: hoc eſt

*Καθ᾽ ὅ.* niſi quòd, niſi quatenus, & cũ eo quód. Καθ᾽ ὃ nõ modo καθ᾽ ὅσον, ſed etiã ſecundum quod, & cuius cauſa, vel ob quod, ſignificat. Ariſtot. in IIII. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Τὸ καθ᾽ ὃ πολλαχῶς λέγεται. ἕνα μὲν τρόπον, τὸ εἶδος καὶ ἡ οὐσία ἑκάστου, οἷον καθ᾽ ὃ ἀγαθὸς, αὐτὸ ἀγαθόν. Et inferius, Ὅλως δὲ τὸ καθ᾽ ὃ ἰσαχῶς, καὶ τὸ αἴτιον ὑπάρξει. κατὰ τί γὰρ ἐλήλυθεν, ἢ οὗ ἕνεκα ἐλήλυθε λέγεται, ἢ κατὰ τί παραλελόγισται, ἢ συλλελόγισται, ἢ τί τὸ αἴ-

*Ἐφ᾽ ὅ.* τιον συλλογισμοῦ ἢ παραλογισμοῦ. Ἐφ᾽ ὃ etiam inuenitur. Syneſ. Οἴμοι σοῦ τὴν θεσπεσίαν ψυχὴν ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτο καταπεμφθεῖσαν, ἐφ᾽ ὃ κοινὸν ἀγαθὸν ἀνθρώποις εἶναι.

*Παρά.* vbi ἐφ᾽ ᾧ & ἐπὶ τῷ dici potuit. Παρὰ etiam præ ſignificat. Ariſtot. in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Νοῦν δὴ τις εἰπὼν εἶναι, καθάπερ ἐν τοῖς ζώοις καὶ ἐν τῇ φύσει, τὸ αἴτιον καὶ τοῦ κόσμου καὶ τῆς τάξεως πάσης, οἷον νήφων ἐφάνη παρ᾽ εἰκῆ λέγοντας τοὺς πρότερον, Qui igitur vt in animantibus, ita in natura mentem cauſam eſſe dixit compoſitionis partium atque ordinis, is ſobrius & prudens fuiſſe videtur, præ illis antiquioribus, qui quidlibet de cauſa dixerunt. de Anaxagora loquẽs. Et in Problemat. Διὰ τί οἱ ἀσύμμετροι παρ᾽ ἀλλήλους θεωρούμενοι, μείζους φαίνονται ἢ καθ᾽ αὐτοὺς μόνους, id eſt, alter præ altero ſpectatus. vel, coram ipſi ſpectati & inter ſe compoſiti. Alibi, Διὰ τί παρὰ τὰ στρυφνὰ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ φαίνεται γλυκύτερος, dulcia ſcilicet præ acerbis. & περὶ τῆς καθ᾽ ὕπνον μαντικῆς, Αἱ γὰρ μεθημέραι γινόμεναι κινήσεις, ἂν μὴ σφόδρα μεγάλαι ὦσι καὶ ἰσχυραὶ, λανθάνουσι παρὰ μείζους τὰς ἐγρηγορικὰς κινήσεις, id eſt, præut ſunt motiones maiores vigilantiũ, cũ è cõtrario natura comparatũ ſit in iis quæ fiunt inter ſomnũ. Plato de



Sauromatis lib. VII. de legib. Παρὰ γυναῖκας δὲ αὐτὰς, ἄνδρες ἂν αἱ ἐκείνων γυναῖκες φανεῖεν, id eſt, præ aliarum gentium mulieribus, Sarmatarum mulieres viri videri poſſent. & in Hippia maiore, Καί εἰσι παρὰ τοὺς νῦν δημιουργοὺς οἱ παλαιοὶ φαῦλοι, id eſt πρὸς τοὺς νῦν. vt ibidem, Τί ποτ᾽ οὖν φῶμεν εἶναι τῶν ἀρχαίων τοὺς περὶ τὴν σοφίαν, φαύλους πρὸς ὑμᾶς; Id ideo factum eſt, quia παρὰ etiam ἐρὸς ſignificat. Idem in 2. de legibus, Ἀγνοῶν τοὺς ῥυθμοὺς τοῦ σώματος, καὶ ἑκάστων τῶν μερῶν τὰς θέσεις ἢ ἔχει, ὅσα τε εἰσὶ, καὶ ὁποῖα παρ᾽ ὁποῖα αὐτῶν κείμενα, τὴν προσήκουσαν τάξιν ἀπείληφε. Vt ſit παρὰ γυναῖκας ἂν φανεῖεν ἄνδρες, idem quod παρ᾽ ἀλλήλας ἐξεταζόμεναι. vt idem alibi eodem libro, Νῦν οὖν, ὦ παῖδες, μαλακῶν μουσῶν ἔκγονοι, ἐπιδείξαντες τοῖς ἄρχουσι τὰς ὑμετέρας παρὰ τὰς ἡμετέρας ᾠδὰς, ἂν μὲν τὰ αὐτά γε βελτίω τὰ παρ᾽ ὑμῶν φαίνηται, δώσομεν ὑμῖν χορὸν, id eſt, veſtra cantica cum noſtris contendenda componendáque. Vt autem dicunt παρὰ τὸν πλοῦν inter nauigandum, & παρὰ τὸ συμπόσιον inter & ſuper conuiuium, & παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν in via: ſic Xenophon in OEcon. dixit, Ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις παρὰ στάδια διακόσια, ἔστιν ὅτε τοῖς ἑκατὸν σταδίοις διενεγκεῖν ἀλλήλων ἄνθρωποι τῷ τάχει, ἀμφότεροι καὶ νέοι ὄντες καὶ ὑγιαίνοντες, Quemadmodum in itineribus faciundis, nonnunquam intra ſtadia ducenta alter alteri centum ſtadiis anteuertit, cum æquales ſint ambóque valentes. Vtitur & τῷ ὑπὲρ in eodem, Ῥᾳδίως γὰρ ἀνὴρ εἷς παρὰ τοὺς δέκα διαφέρει, τῷ ἐν ὥρᾳ ἐργάζεσθαι, Facilè enim vnus homo denis præſtat, vſque adeo refert tempus operis faciũdi. Ab ea autem ſignificatione quæ, præ, præpoſitio-

*Παράλληλοι.* ni ſimilis eſt, fit παράλληλοι dictio compoſita. Ariſtot. in 2. de cælo, Εὐαισθητότερα γὰρ τὰ παράλληλα τιθέμενα, exactior ſenſus eſt rerum cum inter ſe cõponuntur, vt θᾶττον παρὰ τὸ βραδύτερον. Iſocrat. Περὶ μὲν τῶν πραχθέντων παράλληλα, καὶ τῶν κινδύνων ταῦτ᾽ εἴχομεν εἰπεῖν, Hæc igitur habuimus quæ de rebus vtrorumque geſtis belliſque ſuſceptis diceremus, horum res geſtas

*Παράλληλα Plutarchi. Παράλληλοι.* cum illorum componendo. Ex cuius imitatione, Plutarchus παράλληλα ſua vocauit, hoc eſt vitas illuſtrium virorum, quos binos quaſi paria componit. Ariſtoteles περὶ κόσμου, de Deo loquens, Καλοῦσι δὲ αὐτὸν καὶ Δία καὶ Ζῆνα, παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασι, ὡς κἂν εἰ λέγοιμεν δι᾽ ὃν ζῶμεν, Vocant autem & Δία καὶ Ζῆνα, coram compoſitis nominibus altrinſecúſque ſitis, quaſi dicas δι᾽ ὃν ζῶμεν, vel δι᾽ ὃν ζῆν ἐστι. Si enim è regione quaſi ἐν τῇ συστοιχίᾳ hæ duæ voces componantur, erit δία ζῆνα, quaſi δι᾽ ὃν ζῆν ἔξεστι. Sed animaduertendum quòd ferè auctores aut aduerbialiter vtuntur hac voce, vt fecit Iſocrates: aut dictionem compoſitam ſoluunt, & per accuſatiuum loquuntur, quem poſcit ipſa præpoſitio, vt in exemplo Ariſtotelico ſuperius citato. Athenæus lib. v. Οἱ γὰρ γεγονότες αὐτόθι κίονες ἀνῄγοντο στρογγύλοι διαλλάττοντες τοῖς σπονδύλοις, τοῦ μὲν μέλανος, τοῦ δὲ λευκοῦ παράλληλα τιθεμένων, ſic dixit vt ſu-

*Ὑπάλληλοι.* prà Iſocrates. Dicũt etiam ὑπάλληλοι, & ὑπ᾽ ἀλλήλοις. Philopo. enarrans illa verba Ariſtotelis, Ἄλλον δὲ τρόπον διαφέρει τὸ διότι τοῦ ὅτι, τὸ δι᾽ ἄλλης ἐπιστήμης ἑκάτερον θεωρεῖν. τοιαῦτα δ᾽ ἐστὶν ὅσα οὕτως ἔχει πρὸς ἄλληλα, ὥστ᾽ εἶναι θάτερον ὑπὸ θάτερον. οἷον τὰ ὀπτικὰ πρὸς γεωμετρίαν. ὅσαι οὖν (inquit Philoponus) τῶν ἐπιστημῶν ὑπάλληλοί εἰσιν, οὕτως ἔχουσιν. Idem alibi, Τοῦτο γὰρ ἐνδέχεται ἐν ταῖς ὑπαλλήλαις ἐπιστήμαις. Ariſtot. Πολλαὶ δὲ καὶ μὴ τῶν ὑπ᾽ ἀλλήλας ἐπιστημῶν ἔχουσιν οὕτως, οἷον ἰατρικὴ

πρὸς γεωμετρεῖ. ὑπάλληλοι ἐπιστῆμαι ſunt, vt geometria & optica, phyſica & medicina, arithmetica & muſica, ſtereometria & mechanica. Ἐστι γὰρ ἡ στερεομετρία ἀρχιτεκτονικωτέρα τῆς μηχανικῆς, vt ἡ ἀστρολογική, τῶν φαινομένων. Παράλληλα præter iam dicta, ſignificat viciſſim & alternis, quaſi ἀμοιβαίως. Ariſtot. περὶ νεότητος καὶ γήρως, Παράδειγμα δὲ λαμβάνειν ἔστιν τὸ συμβαῖνον περὶ τῶν καταπεπνιγμένων ἀνθράκων. ἂν μὲν γὰρ ὦσι περιπεπωμασμένοι τῷ καλουμένῳ πνιγεῖ συνεχῶς, ἀποσβέννυνται ταχέως. ἂν δὲ παράλληλά τις ποιῇ τὴν ἀφαίρεσιν καὶ τὴν ἐπίθεσιν, μένουσι πεπυρωμένοι πολὺν χρόνον. Theophr. in v. de Cauſis, de duobus palmitibus loquens diſſimilibus, inſerendi artificio connexis vt coaleſcant, Ἐνταῦθα οὐδὲν συμβαίνουσιν, ἀλλὰ παρ' ἀλλήλας ὀχετεύονται καὶ ῥέουσιν αἱ τροφαί. Plato libro ix. de Repub. ἆρ' οὖν οὐκ ἀνάγκη καὶ ἡδοναῖς ξυνεῖναι μεμιγμέναις λύπαις, εἰδώλοις τῆς ἀληθοῦς ἡδονῆς, καὶ ἐσκιαγραφημέναις, ὑπὸ τῆς παρ' ἀλλήλας θέσεως ἀποχραινομέναις. Polybius de ſtatiuis Romanis, Ἥτις γίνεται παράλληλος ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, recto nominis compoſiti vſus eſt, vt parallelas lineas dicunt perpetuo ductu æque inter ſe diſtantes. Idem, Ἄγουσι γὰρ τριφαλαγγίαν παράλληλον τῶν ἀστάτων καὶ τῶν πριγκίπων καὶ τριαρίων. Interdum dignoſci non poteſt compoſita an ſoluta ſit dictio, vt Iſocrat. περὶ εἰρήνης, Εἰ μὴ τοὺς μὲν λόγους τοὺς τῶν ἐναντίων παρ' ἀλλήλοις ἐξετάζοιεν. Theophr. Καὶ παράλληλα τὰ φύλλα καθάπερ ἐν

Καταλληλα. διστοιχίᾳ. Vt autem παράλληλα aduerbialiter, ſic etiam κατάλληλα dicitur. Polyb. lib. v. Τοῦ μὴ συμπλέκειν ἀλλήλαις τὰς πράξεις, ἀλλὰ χωρίζειν καὶ διαιρεῖν αὐτὰς καθόσον ἐστὶ δυνατόν, μέχρις ἂν ἐπὶ τὰς ἑξῆς ὀλυμπιάδας ἔλθόντες, κατ' ἔτος ἀρξώμεθα γράφειν τὰς κατάλληλα γινομένας πράξεις, id eſt ſerie conſequenti, & ſeſe ordine excipientes. Dicunt & per nomen, ſoluta cõpoſitione. Theophr. in primo, Καὶ οἱ μὲν κατ' ἀλλήλους, ὥσπερ οἱ τῶν κοτίνων. οἱ δὲ ὡς ἔτυχεν. vbi ὄζοι ſubintelligitur. Et in iii. Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐδὲ οἱ ὄζοι κατ' ἀλλήλους, πλὴν ἐπί τινων ὀλίγων. Κατάλληλα autem ſunt quæ ſibi ordine conſentaneo reſpondent. Ariſtotel. xi. ſect. probl. Ὅταν οὖν ἡ ὄψις κωλυθῇ κατ' εὐθεῖαν ἐμπίπτειν, διὰ τὸ μὴ κατ' ἀλλήλους εἶναι τοὺς πόρους, ἀδυνατεῖ διορᾶν, ex eo quòd non conſentaneus ſit occurſus meatuum, aptéque reſpondens, hoc eſt, è regione occurrens appulſus meatuum oculi, & rei obiectæ viſui. Idem, Ἐν δὲ τοῖς ὑγροῖς αἱ μὲν ὄψεις διορῶσιν, ὅτι οἱ πόροι μικροὶ καὶ κατ' ἀλλήλους. ὥστε οὐ κωλύεται ἡ ὄψις εὐθυωρεῖν. At verò τοῖς καταλλήλοις τὰ παραλλάττοντα opponuntur. Idem, Τῆς μὲν ὑέλου οἱ πόροι

Καταλληλοι: κατάλληλοι, τοῦ δὲ νάρθηκος παραλλάττοντες. οὐδὲν δ' ὄφελος εἶναι μεγάλους, ἐὰν μὴ κατ' εὐθεῖαν ὦσι. Et infrà, Οὐ γὰρ ἅπαν τὸ μανώτερον διικτικώτερον, ἐὰν μὴ ὦσιν οἱ πόροι ἁρμόττοντες τῷ διιόντι. Κατάλληλα igitur apud Polybium ſignificat ἁρ-

Καταλληλότης. μοττόντως ἀλλήλοις. & Καταλληλότης eſt cohærentia quadrans: & inoffenſa rerum ordiníſque competentia, & concinnitas. Παραλλήλους ἐξετάζειν eſt

Contendo. quod Cicero dicere ſolet contendere. vt in ſecundo Rhetoricorum, Primum igitur, oportebit leges contendere, conſiderando vtra lex ad maiores, hoc eſt ad utiliores & honeſtiores ac magis neceſſarias res pertineat.

Contentio. Et contentio, ἡ τῶν παρ' ἀλλήλους τιθεμένων ἐξέτασις καὶ θεωρία. vt pro lege Manilia, Summa enim omnia ſunt Quirites: ſed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipſa per ſe intelligi poſſunt. Et pro Plancio, Mihi autem multo illud magis moleſtum, quòd in ea cauſa contradicendum eſt, in



qua quædam hominum ipſorum videtur facienda eſſe contentio. Et pro Murena, Sed hoc omiſſo, ad ſtudiorum atque artium contentionem reuertamur, εἰς τὴν ἐκ παραλλήλου ἀντεξέτασιν. vt libro ſecundo hiſt. eccl. Ἐκ παραλλήλου. Theod. ex epiſtola Athanaſii, Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τὰ παρ' ἐκείνων ἐάν τις ἀντεξετάζειν ἐκ παραλλήλου ἐθέλοι, εὕροι ἂν τῶν μὲν, τὴν εὐσέβειαν, τούτων δὲ τὴν ἀλογίαν. Auſonius ad Gratianum, Non me contendo Frontoni, ſed Antonino præfero Gratianum. Vtitur & Tacitus. Hoc verbum multis verbis à Græcis exprimitur. Dicitur enim pro eo ἀντεξετάζειν, παρεξετάζειν, παραλλήλους ἐξετάζειν, παραθεωρεῖν, ἀντιπαρατιθέναι, ἀντιπαραβάλλειν, παρεικάζειν, παραδεικνύναι, παριστᾶν: ſed ad verbum, ἀντιπαρατείνειν, παρεκτείνειν, ἀντεκτείνειν, συμπαρεκτείνειν, vnde contendo ductum videtur. Quid autem παρὰ in compoſitione ſignificet, dicetur à nobis vt locus occurrerit.

Ὅλος κλῆρος, eſt as hæreditatis, cuius partes ἡμικλήρειον ſemis, τριτημόριον Ὅλος κλῆρος. Aſſis partes. triens, τεταρτημόριον quadrans, διμοιρία & τριμοιρία bes & dodrans. Dicitur & τέταρτον ἐπὶ μοιρῶν, & τρίτον ἐπὶ μοιρῶν, ἀντὶ τοῦ τεταρτημορίου καὶ τριτημορίου. Sic ἑκτημόριον καὶ ἕκτον ἐπὶ μοιρῶν ſextans. Ποστημόριον autem interrogatiuum eſt, vt ſi quæram, ἐκ ποστημορίου κεκληρονόμηκεν ὁ υἱὸς τῶν τοῦ πατρὸς χρημάτων; Ποστημόριον. reſpondebitur, ἐκ τεταρτημορίου, ἢ ἐξ ἡμικληρείου, ἢ ἐξ ὁλοκλήρου. Quòd ſi ἐκ πόστου μέρους rogem, ἀποκρινῆσαι πρὸς τοῦτο, ἐκ τετάρτου μορίου ἢ ἐκ τρίτου. Eadem ratio eſt περὶ τοῦ Πολλοστημορίου καὶ πολλοστοῦ μέρους ſoluta compoſitione. Πολλοστημόριον καὶ πολλοστημόριος. reſponderi enim poteſt ad ſupradictam interrogationem, κληρονομῆσαι τὸν υἱὸν τῶν πατρῴων ἐκ πολλοστοῦ μορίου, & ἐκ πολλοστημορίου, ex ſemuncia fortaſſe, aut ſextula aut ſiciliquo. Lucian. Οὐδὲ πολλοστημόριον τοῦτο ὧν σε δεῖ παθεῖν. Ariſtotel. in quarto τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Πρός τι λέγεται, τὰ μὲν ὡς διπλάσιον πρὸς τὸ ἥμισυ, καὶ τριπλάσιον πρὸς τὸ τριτημόριον, καὶ ὅλως πολλαπλάσιον πρὸς τὸ πολλοστημόριον, quaſi multiplex ad ſubmultiplex, vel multiplicatum ad multipartitum. Et in quinto Politicon, Κἂν ᾖ πολλαπλάσιον ἢ πολλοστημόριον τοῦ προτέρου ἐν ᾧ αἱ τιμήσεις κατέστησαν τῆς πολιτείας, νόμον εἶναι καὶ τὰ τιμήματα ἐπιτείνειν, ἢ ἀνιέναι. Themiſt. in vii. phyſic. Ἐπεὶ δὲ τὸ κινοῦν δυνάμει τινὶ κινεῖ, ἄρα ὡς πολλαπλάσιος δύναμις πολλαπλάσιον κινεῖ βάρος, οὕτως ἡ πολλοστημόριος πολλοστημόριον; οἷοι εἰ τὸν κίονα οἱ πεντήκοντα, τὸ πεντηκοστὸν τοῦ κίονος ὁ εἷς δυνατὸς κινῆσαι καθ' αὑτόν; ſic minima particula roboris minimã partẽ põderis mouerit. Eſt enim Πολλοστὸς vnus Πολλοστός. è multis, quaſi multeſimus, vt vtar dictione Lucretiana, qui multeſimam partem dixit πολλοστημόριον. Iſocrat. πρὸς Φίλιππον, Διονύσιος τοίνυν πολλοστὸς ὢν καὶ τῷ γένει καὶ τῇ δόξῃ, ἐπιθυμήσας μοναρχίας, κατέσχε Συρακούσας. Sic dixit τὸ πολλοστὸν, vt Cicero in Finibus, Tenuis L. Virginius, vnúſque de multis filiam manu Vnus è multis. ſua interemit. Sic Greg. πρὸς τοὺς ἐν Καισαρείᾳ, Εἰμὶ μὲν ποιμὴν ὀλίγος, καὶ ποιμνίου μικροῦ προεστηκώς, καὶ πολλοστὸς ἐν ὑπηρέταις τοῦ πνεύματος, & infimus inter multos ſpiritus diuini miniſtros. Seneca ad Lucilium, Vidit enim veram lucẽ, nõ fuit vnus è multis: & vixit & viguit. Demoſth. etiam ἕνα τῶν πολλῶν dixit, hoc eſt τὸν τυχόντα, καὶ ἕνα τῶν τυχόντων, καὶ μὴ τῶν διενεγκόντων. Πολλοστὸς eſt à capite remotiſſimus, vt apud Platonem in Philebo, Εἰ βουληθείημεν ὁτουοῦν εἴδους τὴν φύσιν ἰδεῖν, πότερον εἰς τὰ σκληρότατα ἀποβλέποντες, οὕτως ἂν μᾶλλον συννοήσαιμεν, ἢ πρὸς τὰ πολλοστὰ σκληρότητι; id eſt, ad ea quæ à prima duritiæ nota

remotiſſima ſunt. Οὐκοῦν εἰ ὅ τῆς ἡδονῆς γένος ἰδεῖν τὴν ἵνα ποτὲ ἔχει φύσιν βουληθείημεν, οὐκ εἰς τὰς πολλοστὰς ἡδονὰς ἀποβλεπτέον, ἀλλ' εἰς τὰς ἀκροτάτας καὶ σφοδροτάτας λεγομένας. πολλοστὰς dixit exigui ſenſus voluptates, & à ſuauiſſimis atque acerrimis longiſſimè diſtantes. Ariſtoteles in decimo Ethicorum, Εἴ τ' οὖν μία ἐστίν, εἴτε πλείους ἡδοναὶ αἱ τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρός, αἱ ταύτας τελειοῦσαι ἡδοναί, κυρίως λέγοιντ' ἂν ἀνθρώπου ἡδοναί. αἱ δὲ λοιπαὶ δευτέρως καὶ πολλοστῶς, ὥσπερ αἱ ἐνέργειαι.

Οὐδέν ἐστί μοι πρᾶγμα. — Οὐδέν ἐστί μοι πρᾶγμα πρὸς τοῦτο, Hoc iã nihil ad me pertinet. Verba ſunt quibus ſignificabant ſe iam nolle pacto vel contractu teneri. Demoſth. Ἔδει γὰρ ὡς οὐκ ἔτι κυρίων οὐσῶν τῶν συνθηκῶν ἐμοὶ καὶ τούτῳ, τῷ Ἀνδροκλείδῃ τῷ ἔχοντι τὰς συνθήκας διαμαρτύρασθαι, ὅτι αὐτῷ οὐδέν ἐστι ἔτι πρᾶγμα πρὸς τὰς συνθήκας ταύτας, Oportebat enim eũ cõteſtari quòd iã eo pacto nõ teneretur, id eſt, quòd iam inde eam rem ad ſe pertinere nolebat. hoc eſt, οὐδὲν προσήκειν αὐτῷ τῶν συνθηκῶν ἐκείνων, ἢ τὰς συνθήκας οὐδὲν ἐπιβάλλειν αὐτῷ. Dicitur & ἔστι μοι πρᾶγμα πρὸς τοῦτον, vt Latinè, eſt mihi cum eo negocium. Idem κατὰ Μειδίου, Ὥστε καὶ πρὸς οἷς μηδέν ἐστι πρᾶγμα, λυπεῖσθαι, τὴν σὴν θρασύτητα καὶ φωνὴν καὶ ὕβριν θεωροῦντας, Ita vt etiam eos quibuſcum nihil tibi rei eſt, dolere contigerit.

Ἐχῖνος. — Τὰ εἰς ἐχῖνον ἐμβαλλόμενα dicebãt, litis inſtrumentũ ſignificãtes. Eſt enim Ἐχῖνος capſa vel ſcriniũ forenſe, in quod acta litis omniáq; à partibus prolata cõiiciebãtur. Demoſth. Τοῦτον προσκαλεσάμενος, ἠξίωσα ἀκολουθῆσαι παρ' ᾧ κεῖνται αἱ συνθῆκαι, ἵνα κοινῇ ἐκγραψάμενοι ἡμᾶς τὰς συνθήκας, πάλιν σημήνασθαι. τὰ δ' ἀντίγραφα ἐμβαλέσθαι εἰς τὸν ἐχῖνον, ὅπως ἂν μηδεμία ὑποψία ᾖ, Huic conditionem tuli, poſtulans vt mecum ad tabellarium iret, hoc eſt ad tabularum cuſtodem, apud quẽ pacti exemplis deſcriptis, rurſus pactum ipſum obſignaremus, exempláque deſcripta in capſam forenſem demitteremus.

Παραλύειν. — Παραλύειν τὴν ἀμφισβήτησιν, eſt iudicium intentatũ deſtituere, cœptámq; inſtantiam aut remittere, aut quouis modo antiquare. Iſæus, Αἰσθόμενος δὲ καὶ οὗτος ὅτι περὶ τοῦ γένους ἐξελεγχθήσοιτο, τὴν μὲν τοῦ παιδίου ἀμφισβήτησιν παρέλυσεν, ἑαυτῷ δὲ κατὰ δόσιν παρακατέβαλεν, Hic verò cum præſentiſceret ea quæ de gentilitate probanda ſuſceperat, falſa repertum iri, petitionem quidem hæreditatis pueri nomine inſtitutam dereliquit: ſibimet verò ipſi dictato ſacramento petere eandem hæreditatem pro donato, vel donationis titulo cœpit. Διαγράψαι autem τὴν ἀμφισβήτησιν Demoſth. de iudice dixit,

Ἀναιρεῖν τὴν διαδικασίαν. — quod Libanius ἀνελεῖν τὴν διαδικασίαν vocauit, pro eo quod eſt actionem denegare, à iudicio dictato repellere, & actionis intentionem circunducere, vt fit hodie in liticulis exordialibus, quas antegredi principes controuerſias & qua de re agitur, ſæpe contingit. Finem non procedendi pragmatici eas appellant, & finem non admittendi. Iudex enim interdum pronuntiat non videri ad litis intentionem actore admittendum, vel potius non eſſe admittendum planè pronuntiat. Sic enim fit hodie, non vt olim, cum ſibi ita videri iudices pronuntiabant, vt in Annotationibus diximus. Quod verò Latini actionem reſtituere dicũt, id Græci vo-

Εἰσάγειν πάλιν τὴν δίκην. — cant Πάλιν εἰσάγειν τὴν δίκην. Tranq. Nam & iis qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones. Id iuris lapſi ſubſidium hodie apud ſubſellia collegii noſtri poſtulatur.



Collegiũ libellis ſupplicibus præfectorum. — Noſtri enim inter alia muneris eſt, verbis principis eos reſtituere qui formulis ceciderunt, aut captiunculis forenſibus circũſcripti, aut inconſulta ſimplicitate lapſi ſunt, aut culpa aduocatorum, aut cognitorum incuria, aut conniuentia gratioſa, aut ſordida, aut aliàs colluſoria culpa, in fraudem peremptæ litis aut deſertæ inciderunt: cum eo quòd capitalium criminum & reis & damnatis gratiam facimus, ad famæque integritatem reſtituimus, verbis illa quidem principalibus, ſed arbitratu noſtro indulgentes etiam ſingulorum, ſi quidem ſingulos noſtrum adiri cõtigerit: quod Græcè ſic dici poteſt, καὶ δὴ τὴν ἐπιτιμίαν τὴν πρότερον ἀποκαθιστάμενοι τοῖς κρινομένοις τε, καὶ τοῖς ἐς θάνατον κατακριθεῖσι, καὶ παραχρῆμα ἂν ἀποθανοῦσι. Cauſarum etiam maiorum in curiis ſummis Galliarum iudicatarum, controuerſiæ à principe referuntur, eiuſdem noſtri collegii arbitratu, regum ſanctionibus: cum eo quoque quòd noſtrum aliquot adhiberi ad iudicandas eas denuò inſtitutum eſt, moribúſque receptũ. Qua in re anno ſupra Mil. quingenteſimo ſeptimo & viceſimo cum hæc commentarer, vnum & alterum amplius menſem in centenaria curia detentus ſum in cauſa illuſtri Ioannis cognomento Archiepiſcopi, adoleſcentuli in aula tum atque inter nobiliſſimos literarum bonarũ ſtudio & peritia conſpicui (cuiuſmodi mox paucis annis permulti extiterunt) eximiiſque aliis nobilitatis honeſtamentis natura & inſtitutione matris præditi, fœminæ cordatiſſimæ, atque in aulico comitatu iampridem eo nomine celeberrimæ: controuerſiáque tandem ſecundum adoleſcentem iudicata eſt, cuius maiores priore iudicio victi in cauſa Subiziana, ſupplicandi ſubſidium hæredi reliquerant. Verùm actiones olim damnatis ſupplici libello ſubſcripto reſtituebantur à principibus. Nunc, vt dixi, libellorum magiſtri ob eam rem inſtituti ſunt, vt in prætorio ſedentes, libellarias poſtulationes cognoſcerent, ad principémque iis de rebus referrent, ſi quidem res principalis eſſet cognitionis: vt multa ſunt hodie quæ principem iubere, vt olim populum Romanũ oportebat, à quo populo tranſlata ad reges poteſtas eſt lege regia, vt inquit Pomponius Iuriſconſ. De collegio hoc noſtro in Annotationibus olim dixi.

Budæus libellorũ magiſterio donatus. — Permultis annis antequam id munus à rege ſperare cœpi, vtriuſque ipſe linguæ ſtudii commendatione accitus tum in aulam, cum animus meus alieniſſimus eſſet ab eo inſtituto, apud principem tamen tum corporis tum animi dotibus, regiæque maieſtatis honeſtamentis ac decoribus & natura & diuinitus ita donatum, vt ampliora optare ſine piaculari inſolentia nullus mea ſententia poſſit (certè quidem ingenio & facundia ornatũ iis qui non norunt incredibili) mire valuit literarum Græcarum ſtudii admiratio, quibus ipſis hoc meum ornamentum magis quàm Latinis literis acceptum hactenus retttuli: ne mirentur homines tantum mihi ocium ab aliis curis fuiſſe, aut me tam neſcium feliciter ociandi, vt mihi negocium huiuſmodi commentationis faceſſere hoc tẽpore ſuſtinuerim, præſertim cum in eo magiſterio ſatis haberem negotii ciuilis & legitimi. Verum vt ad rem redeã,

reſtituere actiones iis quorum petitiones damnatæ ſunt, aut etiã iis quorum præſcriptiones exceptionéſque reiectæ ſunt, & pro nihilo habitæ à iudicibus, eſt Διαδικασίαν ἀποκαταστῆσαι, vel Παλινδικίαν διδόναι. Herodi. lib. VII. Παλινδικίαν διδοὺς τοῖς ἀδίκως κατακριθεῖσι.

Παλινδικίαν διδόναι.

Παύειν ἄρχοντα.

Παύομαι.

Παύειν ἄρχοντα, id eſt abrogare imperium magiſtratui, Lyſias dixit. Demoſth. Στρατηγοῦντα δ' αὐτὸν ἐπαύσατε. & in paſſiuo Παύομαι ἄρχων, παύομαι κακοπαθῶν per participium. Antiph. Ἠπίστατο γὰρ ὅτι παύσαιτο στρεβλούμενος, ὁπότε εἴποι τὰ τούτοις δοκοῦντα. Idẽ, ἐπαύσατο βασανιζόμενος, deſiit torqueri. Plato lib. IX. de Repub. Οὐκοῦν καὶ τῶν περιωδυνίᾳ τινὶ ἐχομένων ἀκούεις λεγόντων, ὡς οὐδὲν ἥδιον παύσασθαι ὀδυνώμενον. Παύομαι τῆς ὀργῆς Lyſ. pro deſino iraſci. Παύομαι τῆς ἀρχῆς, abeo magiſtratu, & abdico me, Syneſ. Dicitur & Παραλύειν τῆς ἀρχῆς. Ariſtotel. in V. Politicon παραλύειν τῆς δυνάμεως dixit, pro euertere alicuius potentiam. Herodi. Τοῦτον δὲ παραλῦσαι τῆς Καίσαρος τιμῆς ἠθέλησε, Cæſaris appellatione euertere conatus eſt. Syneſ. Οὗτος ὅσον οὐδέπω παραλύσει τῆς ἀρχῆς τὸν ἑταῖρον Πεντάδιον. Παραλύειν τοῦ ζῆν ἑαυτὸν, mortem ſibi cõſciſcere, Plutarch. de Cleopatra, Ἐκ δὲ λύπης ἅμα καὶ ὀδύνης πυρετῶν ἐπιλαβόντων, ἠγάπησε πρόφασιν, ὡς ἀφεξομένη τροφῆς διὰ τοῦτο, καὶ παραλύουσα τοῦ ζῆν ἀκωλύτως ἑαυτήν.

Παραλύειν.

Παραλύειν etiam eſt immunẽ facere. Polyb. Αἱ δὲ τῶν τελείων σημαῖαι τῆς μὲν τῶν χιλιάρχων παραλύονται λειτουργίας, immunes ſunt. Lucian. Τοῦτον δὲ παρελθὼν Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος, μικροῦ δεῖν τῇ Χιμαίρᾳ προσδεθέντα παρέλυσε τῆς καταδίκης, id eſt, ferme pœnæ exemit, de inferis loquens, hoc eſt prope à Minoë deprecatus eſt eius pœnam. Thucyd. Τοιαῦτα λέγων ὁ Περικλῆς, ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν, id eſt, παύειν τῆς ὀργῆς τῆς ἐφ' ἑαυτόν.

Καταλύειν.

Καταλύω etiam pro παραλύω dicitur. vt καταλύειν τὸν δῆμον, euertere democratiam, quæ ſignificatio nota eſt. Demoſth. Καὶ ὅταν ἀναιρεθῶσιν αἱ τῶν παρανόμων γραφαί, ὁ δῆμος καταλύεται. Lyſ. Τὴν τῶν προγόνων εὐδαιμονίαν καταλῦσαι, auitis bonis euertere. Plutarch. in Gracch. περὶ νόμου κληρουχικοῦ, id eſt de lege Agraria, Καταλύων τὴν συγκλήτου δύναμιν.

Καταλυόμενον.

Et Καταλυόμενον dicitur quicquid iam non viget, ſed ceſſat. Idem, Ὁρᾶτε γὰρ τὰς ναῦς ὧν ἦρχον οὗτοι, δι' ἀπορίαν χρημάτων καταλυομένας, non iam nauigantes. Plutarch. Ὡς χρὴ τάχιστα πεμψαμένους Καίσαρα, συγκαταλύειν κἀκεῖνον αὐτόν, id eſt, vna cum Cæſare etiam Pompeiũ imperio priuare, hoc eſt, vtrique imperium abrogare, Quiritéſque demum eos eſſe pronuntiare. Demoſth. πρὸς Ἀπατούρ. Οὔπω δ' ἔτη ἐστὶν ἑπτὰ ἀφ' οὗ τὸ μὲν πλεῖν καταλέλυκα· μέτρια δ' ἔχων, τούτοις πειρῶμαι ναυτικοῖς ἐργάζεσθαι, Nondum anni ſunt ſeptem ex quo ego deſii nauigare & foris negociari: pecunia autem non grandi quam habeo, quæſtum facere cœpi, fœnore nautico occupata. Xenoph. in ſexto ἑλληνικ. Οὐδ' ἐκείνους ἔγωγ' ἐπαινῶ, οἵτινες ἀγωνισταὶ γενόμενοι καὶ νενικηκότες ἤδη πολλάκις, καὶ δόξαν ἔχοντες, οὕτω φιλονεικοῦσιν, ὥστε οὐ πρότερον παύονται, πρὶν ἂν ἡττηθέντες, τὴν ἄσκησιν καταλύσωσι. Cicero M. Mario, Quod ſi tam facilem populum haberem quàm AEſopus habuit, libenter mehercule artem deſinerem, tecúmque & cum ſimilibus noſtri viuerem, ἀσμένως ἂν τὴν τέχνην καταλύσαιμι. id eſt, ſi mihi liceret bona populi venia cauſas iam non defenſitare. Dicitur & deſinere ſimpliciter, vt ibidem, Deliciæ verò tuæ AEſopus noſter eiuſmodi fuit, vt ei deſinere per omnes homi-

Deſino artẽ.



nes liceret, id eſt, nunquam in ſcenam poſthac prodire, vt qui iam conſenuiſſet, nec perinde placeret. Tranq. de Tyberio, Deprecantibus mathematicis, ac ſe artem deſituros promittentibus veniam dedit, καταστρέψειν τὴν τέχνην ὑπισχνουμένοις, ἢ καταλύσειν, ἢ παραλύσειν. Iſocr. Ἵν' ἐν ταῖς καλλίοσι καὶ δικαιοτέραις πράξεσι καταλύω τὸν λόγον περὶ τούτων, finiã, παύσω. Καταλύειν etiam dicũtur οἱ ἀπερχόμενοι, & vita excedentes. Greg. εἰς τὴν Γοργονίαν ἀδελφήν, Πλήρης μὲν οὐ τῶν κατ' ἄνθρωπον ἡμερῶν, ὧν δὲ κατὰ θεὸν καὶ λίαν πλήρης, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ῥᾳδίως τῶν ἐν πλουσίᾳ τῇ πολιᾷ καταλυσάντων, vt haud ſcio an nullus eorũ qui in multa canicie migrant è vita, καὶ τῶν καταστρεψάντων. & vt ipſe ibidem, τῶν λυομένων. eſt enim καταλύων, qui iam abiit & in manſione eſt, vt οἱ ἀπελθόντες, hoc eſt οἱ τεθνηκότες. Idem Greg. ἐν τῷ εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἐπιταφίῳ, de iis qui iam beati ſunt loquens, Καὶ ὥσπερ οἱ μακρὰν ὁδὸν προκαταλύσαντες, τῶν ὁδοιπορούντων καὶ μοχθούντων ἔτι, ῥᾷους καὶ ἀπονώτεροι, οὕτως οἱ ἐπιτυχόντες τοῦ ἐκεῖ καταλύματος, τῶν ἔτι σκολιὰν καὶ κρημνώδη τοῦ βίου τούτου τεμνόντων ὁδόν, ἀμείνους καὶ ἀνεκτότεροι. προκαταλύσαντας μακρὰν ὁδὸν appellat eos qui magnis itineribus confectis iam manſionem attigerunt, hoc eſt qui anteuerterunt iis qui adhuc in via ſunt. Καταλύεσθαι pro καταλύειν vel pro διαλύεσθαι Pauſ. in Atticis dixit, Καταλύονται δὲ ἐπὶ τούτοις τὸν πόλεμον, ὡς Ἐλευσινίους εἰς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων ὄντας κατηκόους, ἰδίᾳ τελεῖν τὴν τελετήν. Significat etiam euerti, vt παραλύεσθαι. Greg. in 2. κατὰ Ἰουλιανοῦ, Οἱ δίκας ἔδοσαν ὁρμῆς ἀλογίστου, ἐν Περσῶν ὅροις, ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας καταλυθέντες. Ab ipſo autem verbo καταλύω cum ſignificat κατάγομαι καὶ ἐπισταθμεύω, hoc eſt diuerſor, fit Καταλύτης, id eſt hoſpes, qui diuerſatur & hoſpitio ſuſcipitur, apud Plutarch. Vnde Sapientiæ cap. V. Ὡς μνεία καταλύτου μονοημέρου παρώδευσε, Tanquam memoria hoſpitis diurni præteriit. Cicero diuerſorẽ in poſter. libro Rhetoricorũ vocauit. Appia. in Mithrid. ἐμβαλὼν δὲ καὶ ἐς Φρυγίαν, ἐς τὸ Ἀλεξάνδρου πανδοκεῖον κατέλυσεν, αἰσιούμενος ἄρα ἔνθα Ἀλέξανδρος ἀνεπαύσατο, καὶ Μιθριδάτην σταθμεῦσαι, ad Alexãdri hoſpitium diuertit, in fauſtum vtique omen vertens, quòd in qua Alexander manſione requieſſet, Mithridates diuerſorium habuiſſet.

Καταλύεσθαι.

Καταλύτης.

Diuerſor.

Αἰσιοῦμαι.

Κατασκευάζειν eſt inſtruere, vt inſtructa nauis dicitur, quæ armamẽta habet neceſſaria. & Κατεσκευασμένον χωρίον fundus inſtructus, de quo verbo infra ſcribemus. Demoſth. Ἐπληρωσάμην τὴν ναῦν, καὶ σκεύεσιν ἰδίοις τὴν ναῦν κατεσκεύασα. Eſt autem Πληροῦν, naui ſupplementum præbere. Idem κατὰ Μειδίου, Κἀγὼ ἐτριηράρχουν εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε συνδύο ἦμεν οἱ τριήραρχοι, καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων, καὶ τὰς ναῦς ἐπληροῦμεν αὐτοί. Vnde Πλήρωμα ſupplementum, id eſt remiges & milites claſſiarii in nauibus. & in legionibus milites ad explendos numeros centuriati. Cicero, Cenſebant enim vt in Italia ſupplementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur, ὅπως τοῖς ἐμοῖς τάγμασι τὸ πλήρωμα ἐκ τῶν Ἰταλῶν καταλεχθείη. Gregorius Athanaſ. Ταῦτα ὀλίγοις μὲν ἐφιλοσοφήθη καὶ τῶν νῦν καὶ τῶν πάλαι (ὀλίγοι γὰρ οἱ τοῦ θεοῦ, εἰ καὶ πάντες πλάσματα) νομοθέταις, στρατηγοῖς, ἱερεῦσι, προφήταις, εὐαγγελισταῖς, ἀποστόλοις, ποιμέσι, παντὶ τῷ πνευματικῷ πληρώματι καὶ συστήματι, id eſt, omni ſpirituali ſupplemento atque cœtui. His verbis ſignificans ſupplementum cæleſtium copiarum beatarúmque mentium. Iſocrat. περὶ εἰρήνης, Εἰς Αἴγυπτον

Κατασκευάζειν.

Πληροῦν τὴν ναῦν.

Πλήρωμα.

μὲν γε διακόσιαι πλεύσασαι τριήρεις, αὐτοῖς πληρώμασι διεφθάρησαν, cum militibus claſſiariis. Ariſtot. in 3. Politic. pro iuſta plenitudine poſuit, Εἰ πλείους μὲν εἰσι, μὴ μέντοι δυνατοὶ πλήρωμα παρέχεσθαι πόλεως.

Διαλογίζεσθαι. Διαλογίζεσθαι eſt rationem inire cum aliquo, & ſubducere accepta & expenſa. Demoſth. Ο δὲ διαλογισάμενος πρὸς τὸν πατέρα τὸν ἐμόν, ἀφῆκεν αὐτόν, At hic poſitis cũ patre meo calculis, & ratione collecta, acceptilatione eum liberauit. Alibi, Αφῆκεν αὐτὸν διαλογισάμενος. Significat etiam diſſerere & diſceptare. Xenoph. Βούλει οὖν, ἔφη ὁ Σωκράτης, διαλογιζόμενοι περὶ αὐτῶν, σκοπῶμεν ἤδη ὅπου τὸ δυνατόν ἐστιν, id eſt διαλεγόμενοι. Et Διαλογισμός Διαλογισμὸς diſputatio & ſermocinatio, ratiocinatio, reputatio & confabulatio, ὁμιλία, διάλεξις. Lucæ IX. Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, Subiit autem reputatio inter eos. qui διαλογισμὸς eſt inteſtina ſermocinatio, καὶ ὁ ἐν τῇ ψυχῇ λόγος, καὶ ἡ εἴσω πρὸς διάλεξις. ſequitur enim, Ιδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν. vna enim omnes ea inuaſit cogitatio. Eſt enim διαλογίζεσθαι etiã idem quod διανοεῖσθαι, de quo ſupra dictum eſt. Damaſc. περὶ τοῦ μνημονευτικοῦ, Τὸ μὲν οὖν φανταστικὸν διὰ τῶν αἰσθήσεων ἀντιλαμβανόμενον τῶν ὑλῶν, παραδίδωσι τῷ διανοητικῷ ἢ διαλογιστικῷ, ταυτὸν γὰρ ἀμφότερα. Idem alibi, Η δὲ φρόνησις πλατυνθεῖσα, ποιεῖ τὸν διαλογισμὸν ἐνδιάθετον λόγον ὀνομαζόμενον, ὃν ὁριζόμενοι φασί, κίνημα ψυχῆς πληρέστατον, ἐν τῷ διαλογιστικῷ γινόμενον ἄνευ τῆς ἐκφωνήσεως. Marci 2. τί ταῦτα διαλογίζεσθε ἐν ταῖς

Διάλεξις. καρδίαις ὑμῶν; Quanquam Διάλεξις propriè dicitur, hominũ ſcita & emendata ſermocinatio: id quod Xenoph. docet in quarto ἀπομνημον. his verbis,

Διαλέγεσθαι. Εφη δὲ καὶ τὸ διαλέγεσθαι ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ συνιόντας κοινῇ βουλεύεσθαι, διαλέγοντας κατὰ γένη τὰ πράγματα. δεῖν οὖν μάλιστα πρὸς τοῦτο ἑαυτὸν ἕτοιμον παρασκευάζειν. ἐκ τούτου γὰρ γίνεσθαι ἄνδρας ἡγεμονικωτάτους καὶ διαλεκτικωτάτους. Demoſth. κατὰ Ολυμπιοδώρου, Επειδὴ δ᾽ ἀπηλλάγημεν, καὶ ἐποιησάμεθα πάντα τὰ νομιζόμενα (de funere peracto loquens) καθ᾽ ἡσυχίαν ἤδη παρακαλέσαντες ἅπαντας τοὺς οἰκείους, διελεγόμεθα ἡμῖν περὶ ὧν οὗτος ἠξίου ἑαυτῷ εἶ), id eſt, inter nos verba fecimus. Ab

Προσδιαλέγεσθαι. hoc fit Προσδιαλέγομαι. Syneſ. Τὸ γὰρ τῆς ἐπιστολῆς πρᾶγμα οὐκ ἐχέμυθον, ἀλλὰ φύσιν ἔχει τῷ περιτυχόντι προσδιαλέγεσθαι. Plutarch. Συνεβεβήκει δ᾽ αὐτῷ ἰδεῖν κατὰ τοὺς ὕπνους Πομπήιον ταπεινὸν καὶ κατηφῆ, προσδιαλεγόμενον αὐτῷ. ſic enim cõ-

Προσδιατρίβειν. ponitur vt Προσδιατρίβω. vtroque autem Plato vtitur, vt in Theæteto, ἂν μὲν γὰρ οὕτω ποιῇς, ἑαυτοὺς αἰτιάσονται οἱ προσδιατρίβοντές σοι, τῆς αὐτῶν ταραχῆς καὶ ἀπορίας, ἀλλ᾽ οὐ σέ. καὶ σὲ μὲν διώξονται καὶ φιλήσουσιν, id eſt συνόντες, προσομιλοῦντες. Ariſtid. Ινα μικρὸν προσδιατρίψωμεν τῷ λόγῳ, καὶ τὸ ἦθος αὐτῶν, καὶ πᾶν ὃ

Προσομιλεῖν. Προσλαλεῖν. λέγω σαφέστερον κατίδῃ τις, immoremur. Greg. Ανδρῶν τε τοῖς σπουδαιοτάτοις προσομιλοῦντες, hoc eſt προσδιαλεγόμενοι, ἐντυγχάνοντες, προσλαλοῦντες. vt Lucian.

Προσομιλητική. Αὐτῇ φιλοσοφίᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ ἀληθείᾳ προσλαλῶ. Et Προσομιλητικὴ δύναμις ſermocinatrix, vt inquit Fabius. Διαλέγεσθαι Iſocr. pro orationem publice habere dixit, Εγὼ δὲ ὁρῶ τόπον ἴδιον, πολλῶν μὲν ἐπαίνων καὶ πράξεων γέμοντα, ποθοῦντα δὲ τὸν ἀξίως ἂν δυνηθέντα διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν. & alibi itidẽ vſus

Διάλεκτος. eſt. Διάλεκτος eſt idioma ſermonis, & proprietas cuiuſq; linguæ. Quintil. in IX. In Herodoto verò cum omnia, vt ego ſentio, leniter fluunt: tum ipſa διάλεκτος habet eam iucunditatẽ, vt latentes etiam numeros complexa videatur. Ariſtotel. aliter interpretatur in IIII. de Hiſto. animal. Διάλεκτος δὲ ἡ τῆς φωνῆς ἐστι τῇ γλώττῃ διάρθρωσις. quam διαφέρειν λέγει τῆς φωνῆς καὶ τοῦ ψόφου.



Διαλέγειν. Διαλέγειν eſt diſcernere & incernere, vt apud Xenoph. Τὸ πτύον τοὺς ἀθέρας διαλέγει, ariſtas incernit & à frumẽto ſecernit. Et in loco ſupra citato ex quarto ἀπομνημον. Alibi, Οἷον εἰ γεωργὸς ὁμοῦ ἐμβάλλοιτο κριθὰς καὶ πυρούς, κἄπειτα ὁπότε δέοι μάζης καὶ ἄρτου, διαλέγειν δέοι αὐτῷ. Et rurſus alibi, Αλλὰ τοῖς ἐγκρατέσι μόνοις ἐστὶ σκοπεῖν τὰ κράτιστα τῶν πραγμάτων, καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ διαλέγοντας, κατὰ γένη τὰ μὲν ἀγαθὰ προαιρεῖσθαι, τῶν δὲ κακῶν ἀπέχεσθαι. καὶ οὕτως ἔφη ἀρίστους τε ἄνδρας γίνεσθαι, καὶ διαλέγεσθαι δυνατωτέρους. Plato lib. v. de legib. de paſtore loquens, Διαλέξας δὲ τά τε ὑγιῆ καὶ τὰ μή, καὶ τὰ γενναῖα καὶ ἀγεννῆ, τὰ μὲν ἀποπέμψει πρὸς τὰς ἄλλας τινὰς ἀγέλας, τὰ δὲ θεραπεύσει.

Διαλογή. Et Διαλογὴ vt ἐκλογή, delectus, ſecretio, ſuccretio. Significat etiam dinumerationem cum delectu. Ariſtot. in 2. Politicon, Επειτα πῶς οὐκ ἔσται ταραχώδης ἡ κρίσις, εἰ ὁ μὲν πλέον δικάσει, ὁ δ᾽ ἔλαττον. ἄλλος δὲ πέντε, ὁ δὲ τέτταρα. τίς οὖν ὁ τρόπος ἔσται διαλογῆς τῶν ψήφων; id eſt, quis erit modus dinumerandi ſententias tam diuerſa cenſentiũ? vt pronunciet Prætor vel ἄρχων, ex maximo numero. Vel, quis modus diſcernendarum ſententiarum vel calculorũ?

Διάλογος καὶ διάλεξις. Καὶ παρὰ τὸ διαλέγω ἢ παρὰ τὸ διαλέγομαι διάλογος εἴρηται. Nam διαλέγομαι ἀπὸ τοῦ διαλέγω dictum eſt, vt ex Ariſtotele & Xenoph. liquet. Delectus enim rerum verborúmque, & generũ diſtinctio in dialogis habenda ſunt, vnde διαλεκτικοὶ dicti. Eſt autem dialogus ſermo interrogationibus & reſponſionibus conſtans, vt διάλεξις. Plato in VII. de Repub. de dialecticis loquens, Νομοθετήσεις δὴ αὐτοῖς ταύτης μάλιστα τῆς παιδείας ἀντιλαμβάνεσθαι, ἐξ ἧς ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστημονέστατα οἷοί τ᾽ ἔσονται; νομοθετήσω, ἔφη, μετά γε σοῦ. Hanc diſciplinã & facultatem ait ne-

Dialectica apex diſciplinarum. ceſſariam eſſe homini ſummæ adminiſtrationi Reipub. præfecto, quam apicem omnium artium eſſe dicit his verbis, Ἆρ᾽ οὖν δοκεῖ σοι, ἔφην ἐγώ, ὥσπερ θριγκὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι, καὶ οὐκ ἔτ᾽ ἄλλο τούτου μάθημα ἀνωτέρω ὀρθῶς ἂν ἐπιτίθεσθαι, ἀλλ᾽ ἔχειν ἤδη τέλος τὰ τῶν μαθημάτων; ἔμοιγ᾽ ἔφη, δοκεῖ, Vtrum tandem igitur tibi placet dialecticam ſic ſuper omnes diſciplinas collocandam nobis eſſe, vt lorica ſtructuris ſummis mœnium parietúmque ſuperſtruitur, ita vt aliam iure nullam artem faſtigii loco ſuperiorémque ponere debeamus? mihi, inquit, ita placet. Idem in Phædro, diuidendi peritum dialecticum appellat, hoc eſt τὸν τὰ εἴδη δυνάμενον διατέμνειν κατ᾽ ἄρθρα ᾗ πέφυκε, καὶ μὴ ἐπιχειροῦντα καταγνύναι μέρος μηδέν, κακοῦ μαγείρου τρόπῳ χρώμενον. Et paulo poſt ſubdit, Εάν τέ τινα ἡγήσωμαι δυνατὸν εἰς ἓν καὶ ἐπὶ πολλὰ πεφυκότα ὁρᾶν, τοῦτον διώκω κατόπισθε μετ᾽ ἴχνιον ὥστε θεοῖο. Hanc Ariſtot. in 3. τῶν μετὰ τὰ φυσ. veluti ſummatim ita diffiniuit, Εστι δὲ ἡ διαλεκτικὴ, πειραστική, περὶ ὧν ἡ φιλοσοφία γνωστική. Tres ſunt enim profeſſiones quæ circa

Sophiſtica. Dialectica. Philoſophia. idẽ genus verſantur: ſophiſtica, dialectica, philoſophia. Dialecticus & ſophiſtes facultate inferiores ſunt philoſopho, quia philoſophus ſciẽtiam habet & cognitionẽ. Dialecticus conatũ & nixũ ad indagãdam cognitionem atq; inueſtigandã. At ſophiſticus ſpeciem præbet tantũ inanẽ indagãdi, cũ reuera nihil præſtet. Cæterũ compoſitiones librorũ ſcriptionéſq; dialogicæ magnã habere gratiã exiſtimatæ ſunt olim, quales ſunt dialogi Platonis in quibus res nõ modo narrãtur, ſed veluti in opere dramatico

agũtur. Xenophontis etiã ἀπομνημονεύματα quodãmodo accedunt ad dialogos: nec abſimilis eſt omnino dialogis eiuſdẽ παιδεία. Hoc genus ſcribendi Cicero in libris philoſophicis imitatus eſt ſumma felicitate, atque etiam in tribus libris de Oratore. Quãta autem anxietate, quàm accurata intentione eo genere Cicero ipſe vſus ſit, licet ex grandi illa epiſtola intelligere, quam ad Atticum ſcribit, lib. XIII. collocata: nec immerito, paucis enim contigit (vt Platoni & Ciceroni) in dialogica dictione leporem & venuſtatem cum vrbanitate aſſequi & grauitate, ſimul cum decori perſonarum obſeruatione, quæ rei quæ agitur accommodari debẽt. Id quod intelligentes Ariſtoteles & Theophraſtus ſibi natura negatum eſſe, cautionem eam adhibuerunt in dialogis quam ego Baſilii verbis referam ad Diodorum ſcribentis περὶ τοῦ πῶς χρὴ συντάσσειν τὰς βίβλους, Ἐκεῖνο γὰρ (inquit) πάντως συνοῖδέ σου ἡ ἀγχίνοια, ὅτι καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων οἱ τοὺς διαλόγους συγγράψαντες Ἀριστοτέλης καὶ Θεόφραστος, εὐθὺς αὐτῶν ἥψαντο τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδειαν. (Περὶ τῶν διαλογικῶν συγγραμμάτων.) Πλάτων δὲ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ λόγου, ὁμοῦ μὲν τοῖς δόγμασι μάχεται, ὁμοῦ δὲ καὶ παρακωμῳδεῖ τὰ πρόσωπα, Θρασυμάχου μὲν τὸ θρασὺ καὶ ἰταμὸν διαβάλλων, Ἱππίου δὲ τὸ κοῦφον τῆς διανοίας καὶ χαῦνον, καὶ Πρωταγόρου τὸ ἀλαζονικὸν καὶ ὑπέρογκον. De dialogis Ariſtotelis Cicero ad Atticum ita ſcribit, Quæ autem his tẽporibus ſcripſi, Ariſtotelicum morem habent. in quo ſermo ita inducitur cæterorum, vt penes ipſum ſit principatus. hunc morem tenuit Cicero in Tuſculanis, & Finibus.

(Οἱ προξενηταί.) Οἱ προξενοῦντες ſunt interpretes & conciliatores verſurarum aliorúmque contractuũ, de quibus tractatus eſt breuis in Pandectis ſub titulo de proxenetis. Demoſth. πρὸς Κάλλιππον, Ὁ Λύκων ἔφη Ἡρακλεώτης τετελεύτηκεν. ἐγὼ δὲ προξενῶν τυγχάνω τῶν Ἡρακλεωτῶν. ἀξιῶ δέ σε δεῖξαί μοι τὰ γράμματα, ἵν' εἰδῶ εἴ τι καταλέλοιπεν ἀργύριον. ἐξ ἀνάγκης γάρ μοι ἐστὶν ἁπάντων Ἡρακλεωτῶν ἐπιμελεῖσθαι, cum autem ſim proxeneta omnium negotiatorum Heracleẽſium in vniuerſum, quæſo exhibe mihi rationes menſæ tuæ, vt ſciam ecquid ille pecuniarum apud menſam depoſitarum habuerit. (Proxenetæ.) Proxenetæ ſunt conciliatores & interuentores quaſique conglutinatores hominũ inter ſe ſtipulantium & ſpondentium, aut quenuis contractum conuentúmque ineuntium. Apud Senecam non ſemel legimus pro iis qui nominibus faciendis interuenire ſolent. Idem Demoſth. Τίθημι οὖν τὴν συνοικίαν ἑκκαίδεκα μνῶν ἀρχεστράτῳ Παμβωτάδῃ, ὧν αὐτὸς ἐκεῖνος προὐξένησεν, ἐπὶ ὀκτὼ ὀβολοῖς τὴν μνᾶν δανεισάμενος τοῦ μηνὸς ἑκάστου. Oppono igitur pignori cœnacularias ædes, ſedecim minarum nomine quas Pambotades mihi ſuppeditauit, iſto interprete verſuræ faciendæ: ita vt pecunia illa pareret mẽſibus ſingulis octonos obolos fœnoris, hoc eſt drachmam & trientẽ drachmæ in minam. (Προξενῶ.) Προξενῶ etiam συνίστημι ſignificat & μνηστεύω, & datiuo iungitur, vt προξενῶ σοι τοῦτο, hoc eſt ſtipulor tibi, vel concilio, & comparare cõtendo. Plut. οἱ ταύτην Καίσαρι τὴν ἡμέραν προξενοῦντες. Gregor. Τί τὸ ταύτας σοι προξενοῦν τὰς μονάς, manſiones cæleſtes tibi concilians & comparãs. Dionyſius de cæleſti hierarch. Τῆς σῆς δ' ἂν εἴη νοερᾶς καὶ διακριτικῆς ἐπιστήμης, ἢ παρ' ἑαυτοῦ τι τοῦ ὄντως ἀληθοῦς, συγγενέστερον ἐξευρεῖν, ἢ παρ' ἑτέρου μαθεῖν, θεοῦ δηλαδὴ διδόντος τὸ



τος τὸ ῥῆμα, καὶ προξενοῦντος ἀγγέλων. Demoſth. pro cõcilio & ἀντὶ τοῦ συνίστημι vſus eſt, hoc eſt notum facio, Ἐμέμφετο αὐτῷ, λέγων ὅτι δὴ αὐθαίρετον προὐξένησέ μοι. (Πρόξενος.) Πρόξενοι etiam ſunt hoſpites publici. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Εἰ ταῦτ' ἀκούσαιεν καὶ συνεῖεν οἱ βάρβαροι, οὐκ ἂν οἴεσθε δημοσίᾳ πάντας ὑμᾶς προξένους αὐτῶν ποιήσασθαι; Idem περὶ στεφάνου, Καὶ τοῦ Φιλιστίδου τότε πρέσβεις παρὰ σοὶ κατέλυον Αἰσχίνη, καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν. ἀντὶ τοῦ ἐξενοδόχεις αὐτοὺς δημοσίᾳ, ξένος ὢν αὐτῶν. (Προξενῶ.) Et iungitur genitiuo. Xenoph. in VI. Ἑλληνικῶν, Ταῦτα δέ, ἔφη, προθυμοῦμαι, σῶσαι ὑμᾶς βουλόμενος, διά τε τὴν τοῦ πατρὸς φιλίαν πρὸς ὑμᾶς, καὶ διὰ τὸ προξενεῖν ὑμῶν, id eſt, quòd mihi hoſpitii neceſſitudo vobiſcũ intercedit, ad Lacedæmonios loquẽs. Sic etiam dicebantur quibus publicè hoc munus delegatum erat, vt legatos ciuitatum honoris cauſa hoſpitio ſuſciperẽt, vt inquit interpres Demoſthenis. Et Πρόξενοι ſunt πόλεις, αἳ ἀλλήλας ὑποδεχόμεναι ἐν ταῖς ἑαυτῶν πόλεσι. (Προξενία.) Et Προξενία dicitur huiuſcemodi hoſpitii neceſſitudo, & priuata & publica, Demoſth. πρὸς Λεπτίνην, Ὧν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μετὰ ταῦτ' ἐκπεσόντων, ἐψηφίσασθε ἅπερ οἶμαι φεύγουσιν εὐεργέταις δι' ὑμᾶς, προσῆκε, προξενίαν, εὐεργεσίαν, ἀτέλειαν ἁπάντων. Gregorius metaphoricè vſus eſt, Μυστήριον ὑψηλόν τε καὶ θεῖον, καὶ τῆς ἄνω λαμπρότητος πρόξενον, id eſt conciliatiuum. Apud Liuium lib. 2. bel. Pu. & lib. VIII. & lib. V. de bello Maced. legitur, Lautia legatis decreta. (Lautia.) vt & Eumeni abſenti, præſenti Attalo gratiæ actæ: & ædes liberæ, loca, lautia decretà. Plut. in Probl. Ἐκαλεῖτο δὲ λαύτεια τὰ πεμπόμενα τοῖς πρεσβεύουσι ξένια.

(Χρήματα.) Χρήματα: Huius vocabuli ſignificatio tam latè patet quàm pecuniæ apud iuriſcõſultos. vt etiam corpora ſignificet, atque eo amplius. Χρήματα enim ſunt οὐσία, κτήματα, βοσκήματα, cenſus denique & facultates & fortunæ, id eſt τὰ ὑπάρχοντα, τὰ ὄντα, hac dictione ſignificantur: παρὰ τὸ χρήσιμα εἶναι, vt docet Xenophon in principio OEconomici. Demoſth. πρὸς τὴν Λακρίτου παραγρ. pro mercib' poſuit, Γέγραπται δὲ ἐν τῇ συγγραφῇ, ἐπειδὰν ἀποδῶνται ἐν τῷ Πόντῳ ἃ ἦγον, ἀνταγοράζειν πάλιν χρήματα, καὶ ἀντιφορτίζεσθαι καὶ ἀπάγειν Ἀθήναζε τὰ ἀντιφορτισθέντα. Alibi etiam ſæpe ἀντὶ τῶν χωρίων vſus eſt, id eſt pro prædiis & fundis. Cic. in Verrem act. III. Erat in ſermone res, magnã Heraclio pecuniam veniſſe: non ſolum Heraclium diuitem, ſed etiam ornatum argento, veſte, ſupellectili, mãcipiis futurum. Pecuniam pro hæreditate poſuit, aut pro omnibus reb' quæ erãt in hæreditate, mobilibus ſcilicet atque ſe mouentibus. (Χρηματίζεσθαι.) Vnde verbum Χρηματίζεσθαι pro quæſtum conſectari. & Κεχρηματισμένος ἀνὴρ dicitur, qui locupletatus eſt, & quæſtus vberes fecit. (Χρηματιστής. Χρηματιστικός.) Et Χρηματιστὴς ἀνὴρ & Χρηματιστικός, ὁ εἰς πόρον τῶν χρημάτων δεξιὸς καὶ ἔμπειρος. Xenoph. in OEcon. δεινὸν χρηματιστὴν dicit, pro homine ad rem augendam impigro. Et Χρηματιστικὴ ars œconomica dicitur. Plato pro negociatore vtitur, his verbis, Μήτε χρηματιστήν, μήτε ἱππέα, μήτε δημιουργόν. Ariſtot in I. Politic. χρηματιστικὴν duplicem eſſe ait his verbis, (Χρηματιστικὴ διττή.) Διὸ δὴ ζητοῦσιν ἕτερόν τι, τὸν πλοῦτον καὶ χρηματιστικήν, ὀρθῶς ζητοῦντες. ἔστι γὰρ ἡ χρηματιστική, καὶ ὁ πλοῦτος ὁ κατὰ φύσιν. καὶ αὕτη μὲν, οἰκονομική. ἡ δὲ, καπηλική, ποιητικὴ χρημάτων, οὐ πάντως, ἀλλ' ἢ διὰ χρημάτων μεταβολῆς. καὶ δοκεῖ περὶ τὸ νόμισμα αὕτη εἶναι. Ex quibus verbis colligitur OEconomicam negociationem è natura eſſe, cui tantùm quærere propoſitum eſt quantum familiæ neceſſarium. Aliã

autem eſſe χρηματιστικὴν οὐκ οἰκονομικὴν, ſed cauponatricem & commuta-
tricem, vel etiam quæſtuariã, cuius finis ἄπειρος πλοῦτός ἐστιν. Ipſe alibi, Ὅτι
μὲν ἔστι τις κτητικὴ κατὰ φύσιν τοῖς οἰκονόμοις καὶ τοῖς πολιτικοῖς, καὶ δι᾽ ἣν αἰτίαν, δῆλον. ἔστι
δὲ γένος ἄλλο κτητικῆς, ἣν μάλιστα καλοῦσι, καὶ δίκαιον καλεῖν χρηματιστικήν, δι᾽ ἣν οὐδὲν
Χρηματικός. δοκεῖ πέρας εἶναι πλούτου καὶ κτήσεως. Χρηματικὸς ἀνὴρ à Plutarcho dicitur in So-
lone diues & copioſus, pecunioſus, Καίτοι Φανίας ὁ Λέσβιος αὐτὸν ἱστορεῖ τὸν Σό-
λωνα ὑποσχέσθαι κρύφα τοῖς μὲν ἀπόροις, τὴν νέμησιν· τοῖς δὲ χρηματικοῖς, βεβαίωσιν τῶν
Κτηματικός. συμβολαίων. Alibi κτηματικοὺς dixit, Ὡς τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ, καὶ τοῖς κτηματικοῖς
Τὰ εἰς κὸς λήγοντα ὀξύτονα. ἀρέσκει, καὶ τοῖς ἀκτήμοσιν. Huiuſmodi enim nomina ὀξύτονα εἰς κὸς λήγοντα, varie
Περιττωματικός. formantur. Sic Περιττωματικὸς non modo excrementitium ſignificat,
ſed etiã hominẽ excrementis abundantẽ. Theophr. in VI. de Cauſis, Καὶ
ὅλως ἡ τροφὴ τῶν μὲν, ἁπλῆ καὶ ἀπερίττωτος· τῶν δὲ, ποικίλη καὶ περιττωματική. Ariſtot. in
VII. de Hiſt. animal. Ὡς ἐπὶ πολὺ δὲ συμβαίνει τοῦτο ὅσαι ἂν παῖδες οὖσαι, περιττω-
Πνευματικός. ματικαὶ ὦσι. Sic Πνευματικὸς qui flatibus plenus eſt. Idem in eodem, Καὶ γὰρ
τούτων ἡ συλλήψεως ἀρχὴ λανθάνει τὰς γυναῖκας. πολλάκις γὰρ πνευματικῶν γενομένων
ἔμπροσθεν τῶν ὑστερῶν, μετὰ ταῦτα πλησιασάσαι, καὶ συλλαβοῦσαι, ἐκείνην οἴονται τὴν ἀρ-
Μαθηματικός. χὴν εἶναι τῆς συλλήψεως. Varie etiam accipiuntur, vt Μαθηματικὸς ſignificat idẽ
quod μαθητικὸς & εὐμαθής. Idem in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Ἐκ δὲ τῆς αἰσθήσεως
τοῖς μὲν τῶν ζώων οὐκ ἐγγίνεται μνήμη, τοῖς δ᾽ ἐγγίνεται. καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα μὲν, φρόνιμα· τὰ
δὲ, μαθηματικώτερα τῶν μὴ δυναμένων μνημονεύειν ἐστί, id eſt dociliora, εὐμαθέ-
στερα. Plato pro diſcẽdi cupido accepit, Τούτους οὖν πάντας, καὶ τοιούτων τινῶν μα-
Ἐγκληματικός. θηματικούς, καὶ τοὺς τῶν τεχνυδρίων, φιλοσόφους φήσομεν; Ἐγκληματικὸς querulus &
Ἐπιχειρηματικός. expoſtulator, litigator. Sic Ἐπιχειρηματικὸς homo ingenii verſatilis ad
excogitandũ quod opus eſt, εὐκίνητος, πολύτροπος, πολύνοος, πολύμητις, vt inquit
Euſtathius. qui etiã ἐπινοηματικὸς & ἐπινοητικὸς dici poteſt. Significat enim
actionũ vehementiã aut amplitudinẽ, vt Φευκτικὸς fugax. Ὠνητικὸς emax.
Τὰ εἰς κὸς ὀξύτονα. Βρωτικὸς edax. Ποτικὸς bibax. Ariſtot. περὶ βραχυβιότητος, Διὸ καὶ τὰ ὀχευτικὰ καὶ πο-
λύσπερμα γηράσκει ταχύ. Xenoph. Καὶ γὰρ παρασκευαστικὸν τῶν εἰς τὸν πόλεμον στρατηγὸν
εἶναι χρή, καὶ ποριστικὸν τῶν ἐπιτηδείων τοῖς στρατιώταις, καὶ μηχανικὸν καὶ ἐργαστικὸν, καὶ ἐπιμελῆ
Μηχανικός. καὶ καρτερικὸν, καὶ φυλακτικὸν δὲ καὶ κλέπτην καὶ προετικόν. Μηχανικὸν ἀπὸ τῆς μηχανῆς pro
Καρτερικός. μηχανητικὸν dixit, & καρτερικὸν pro καρτερητικόν. Sic Διδασκαλικὸς qui valet arte
Διδασκαλικός. docendi, & peritus docẽdi. Plato in Gorg. Οὐκ ἄρα διδασκαλικὸς ὁ ῥήτωρ ἐστίν,
ἀλλὰ πειστικός. Ariſtot in I. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Ἔτι δὲ ὑπολαμβάνομεν τὸν ἀκριβέστερον,
Δεσποτικός. καὶ τὸν διδασκαλικώτερον τῶν αἰτιῶν, σοφώτερον εἶναι περὶ πᾶσαν ἐπιστήμην. Sic Δεσποτικὸς.
Βασιλικός. ſic Βασιλικὸς pro βασιλευτικός. Xenoph. in OEcon. Ὅστις γάρ τοι ἀρχικοὺς ἂν θερα-
Ἀρχικός. πόντων δύναται ποιεῖν, δῆλον ὅτι καὶ δεσποτικοὺς δύναται ποιεῖν καὶ βασιλικούς. Hic Ἀρχικὸς dici-
tur ἀρχικός, id eſt qui dominari nouit. Ariſtot. in IIII. πολιτικ. Τὸ γὰρ ἐπι-
τάττειν, ἀρχικώτερον, magiſtratui cõueniẽtius. Idẽ in V. Ὅτι ἀφαιρεῖται τὴν ὑπερο-
Ἱππαρχικός. χὴν καὶ τὸ δεσποτικὸν τῆς τυραννίδος, id eſt imperioſitatẽ. Ἱππαρχικὸς, qui hippar-
chi munere bene fungitur. Xenoph. Ἱππαρχικὸν δὲ καὶ τὸ τὰ χωρία γινώσκειν. Sic
Διακονικός. Διακονικὸς ὁ ἐπιτήδειος εἰς τὰς ὑπηρεσίας, qui & Ὑπηρετικὸς dicitur, & Ὑπηρετητικός. Idẽ,
Ὑπηρετικός. Ταύτην ἀνεπιστήμονα τῆς διακονίας παραλαβοῦσα, καὶ πιστὴν καὶ διακονικὴν ποιησαμένη. Φυ-
Ὑπηρετητικός. Φυλακτικός. λακτικὸς ad cuſtodiã aptus & cõſeruator, & circũſpectus ad dolũ & inſidias
Φυλακικός. cauẽdas à Xenophõte dicitur: cui ipſe τὰ ἀφυλακτοῦντα opponit. Plato Φυλα-



κικὸν dicere ſolet. Εὐεργετικὸς pro Εὐεργετητικός. & Φιλικὸς pro Φιλητικός. & No-
μοθετητικὸς in IIII. Ethicorum, περὶ μεγαλοψύχου loquens, Ἔστι δὲ ἀντευεργετι-
κὸς πλειόνων. οὕτω γὰρ προσοφλήσει ὁ ὑπάρξας, Hic autem paria cum additamen-
to faciet in beneficentia. ſic enim fiet vt non modo gratiam retulerit,
ſed etiam gratiam contulerit. Et in VIII. Οὐ φαίνονται δ᾽ οἱ πρεσβῦται, οὐδ᾽
οἱ στρυφνοὶ, φιλικοὶ εἶναι· βραχὺ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ τῆς ἡδονῆς. Ipſe in ſeptimo Φιλητικὸν pro
eodẽ dixit. Νομοθετικὸς legum ferendarum peritus. Idem in X. Μάλιστα δ᾽ Νομοθετικός.
ἂν τοῦτο δύνασθαι δόξειεν ἂν, ἐκ τῶν εἰρημένων νομοθετικὸς γενόμενος. Συγγνωμονικὸς, Συγγνωμονικός
eſt clemens & facilis in condonandis maleficiis. cui opponitur Τιμωρητι- Τιμωρητικός.
κός. Idem in IIII. Οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. Signi-
ficat etiam venia dignum, hoc eſt συγγνωστόν. Idem in V. Ὅσα γὰρ μὴ μόνον ἀ-
γνοοῦντες, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά. Idem, Ὅσα δὲ διὰ πάθος μή-
τε φυσικὸν, μήτ᾽ ἀνθρώπινον, οὐ συγγνωμονικά. Νοσηματικὸς valetudini obno- Νοσηματικός.
xius. Plutarch. de virtutibus mulierum, Ταύτην δέ φασι τῷ σώματι νοσηματι-
κὴν εἰς θεοὺς πέμψαι περὶ ὑγείας. Iſocrat. in Εὐαγόρᾳ, στρατηγικὸν καὶ τυραννικὸν di- Στρατηγικός.
xit, pro ducendi exercitum dominandíque perito, Δημοτικὸς μὲν οὖν τῇ τοῦ Τυραννικός.
πλήθους θεραπείᾳ. πολιτικὸς δὲ τῇ τῆς πόλεως διοικήσει. στρατηγικὸς δὲ τῇ πρὸς κινδύνους
εὐβουλίᾳ. τυραννικὸς δὲ τῷ πᾶσι τούτοις διαφέρειν, id eſt, στρατηγητικὸς καὶ τυραννευτι-
κός. Ὑπνωτικὸς dicitur actiuè ſoporificus. Ariſtotel. περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγ. Πάν- Ὑπνωτικός.
τα γὰρ τὰ ὑπνωτικὰ καρηβαρεῖν ποιεῖ, καὶ τὰ ποτὰ καὶ τὰ βρωτὰ, μήκων, μανδραγόρας, οἶνος.
Alibi in eodem, Οἱ δὲ φλεβώδεις οὐχ ὑπνωτικοὶ, δι᾽ εὔροιαν τῶν πόρων, de homini-
bus ſomniculoſis dixit & multum dormientibus. Cæterum Χρῆμα nu-
mero ſingulari quid ſignificet alibi diximus. Χρηματίζειν eſt ius reddere, Χρηματίζειν.
& rebus explicandis conſtituendíſque vacare, vt magiſtratus ſolent. Dio-
dor. in hiſtor. Alexand. Ἐν τῷ παραδείσῳ ἔκειτο αὐτῷ θρόνος, καὶ κλῖναι ἀργυ-
ρόποδες, ἐφ᾽ ὧν καθεζόμενος ἐχρημάτιζε μετὰ τῶν ἑταίρων. Eſt enim Χρηματίζειν (vt o-
pinor) ἀπὸ τῶν χρημάτων παρηγμένον, pro eo quod eſt, actui rerum operam
dare, & commentari de ſumma reipub. vel de rebus ad eam pertinenti-
bus. Lucian. Ἐπεὶ ὁ Ζεὺς ἱκανῶς ταῖς εὐχαῖς ἐχρημάτισε, id eſt, Cũ Iuppiter ho-
minum votis audiendis vacauit, & de iis ſtatuit. Apud Demoſthenẽ περὶ
στεφάνου, pſephiſma his verbis recitatur, Ἐπὶ Νικοκλέους ἄρχοντος βοηδρομιῶνος
ἕνῃ καὶ νέᾳ, βουλῆς γνώμῃ πρυτάνεις καὶ στρατηγοὶ ἐχρημάτισαν, τὰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀνε-
νεγκόντες, De conſilii ſententia conſilium agitatum eſt ſuper iis de quibus
πρυτάνεις retulerant ad curiam, quæ in concione populi prius agitata fue-
rant. Idem alibi, Ἅμα τῇ ἡμέρᾳ οἱ μὲν πρυτάνεις τὴν βουλὴν ἐκάλουν εἰς τὸ βουλευ-
τήριον, ὑμεῖς δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπορεύεσθε. καὶ πρὶν ἐκείνην χρηματίσαι καὶ προβου-
λεῦσαι, πᾶς ὁ δῆμος ἄνω καθῆτο, id eſt, antequam Senatus conſuleretur & ro-
garetur ſententias, & decretum fieret. Et κατὰ Μειδίου, Ἐν δὲ ταύτῃ ἐκκλησίᾳ ὁ
νόμος κελεύει, ἐπειδὰν χρηματίσωσιν οἱ πρόεδροι περὶ ὧν διῴκηκεν ὁ ἄρχων, χρηματίζειν
καὶ περὶ ὧν ἄν τις ἠδικηκὼς ᾖ περὶ τὴν ἑορτήν. Hic pro referre ad populum poſi-
tũ eſt. Et Χρηματισμὸς huiuſmodi actio dicitur. Athenæus de Dionyſio Χρηματισμός.
tyranno Heracleo, Τοὺς δὲ χρηματισμοὺς ἐποιεῖτο τοῖς βουλομένοις, περιτιθέμενος κι-
βωτὸν τοῦ σώματος, Poſtulationibus adeuntium reſpondebat, cum adeunti-
bus & ſupplicantibus agebat, arca intermedia. Significat etiam quod La-

tinè dicitur agere cũ populo. vt cum Cicero in libris de legibus, loquẽs de auguribus dixit, Quid religioſius quàm cum populo, cum plebe agendi ius dare, aut non dare? τί δὲ σεμνότερον ἢ ὁσιώτερον, ἢ τὸ ἐξουσίαν διδόναι τοῦ ἐν τῷ δήμῳ χρηματίσαι, ἢ μὴ διδόναι; Idem alibi, ex duodecim, Cum populo patribúſque agendi ius eſto conſuli, prætori, magiſtro populi equitúmque, προεστέναι τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ, καὶ ἐν τῷ δημοσίῳ χρηματίσαι ἐξέστω.

*Agere cum populo & cum patribus.*

Χρηματίζειν.

Χρηματίζειν etiam eſt reſponſa dare legationibus, & κοινολογεῖσθαι. Diodor. Ταῖς δὲ πρεσβείαις χρηματίσας φιλανθρώπως, παρεκάλεσε τοὺς Ἕλληνας τηρεῖν πρὸς αὐτὸν παραδόσιμον εὔνοιαν. Gregor. Οὕτω γὰρ αὐτὸν ὀνομάζει ὁ θεὸς Μωϋσεῖ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους. Plutarchus in Cæſare, Προσιόντων δὲ ὑπάτων καὶ στρατηγῶν, ἅμα δὲ καὶ τῆς βουλῆς ἑπομένης, οὐχ ὑπεξαναστάς, ἀλλ' ὥσπερ ἰδιώταις χρηματίζων ἀπεκρίνατο. Inde

Χρηματισμός.

Χρηματισμὸς oraculum & reſponſum diuinum vel mandatum. vt Paulus ad Romanos XI. de Eſaia loquens, Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; Sicque χρηματίζειν de Deo dicitur, vt διαλέγεσθαι de hominibus. Aretha in Apocalyp. cap. I. Τὴν ἔκβασιν δὲ τῶν χρηματιζομένων ἐν τάχει ὑπισχνεῖται προβῆναι, de Deo loquens, id eſt eorum quæ diuinitus reuelata ſunt. Idem, Δι' ἀγγέλου δὲ ὁ χρηματισμὸς τῷ δούλῳ αὐτοῦ, id eſt, ſermocinatio diuina interprete angelo facta eſt cum ſeruo Dei.

Χρηματίζεσθαι.

Χρηματίζεσθαι verò is dicitur quem Deus ſuo ſermone & colloquio dignatur. Idem in caput vltimum, enarrans illa verba, Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, ναὶ ἔρχομαι ταχύ, Τοῦτο (inquit) τάχα εἰς παραμυθίαν τοῦ χρηματισθέντος ταῦτα γηραιοῦ ὄντος, εἴρηται, ναὶ ἔρχομαι. ἢ φωνὴ ἀπὸ τοῦ χρηματίζοντος, ἢ ἀπὸ τοῦ χρηματισθέντος ἀκουστέον. Hæc verba, inquit, aut Chriſti eſſe poſſunt αὐτοπροσώπως εἰσαγομένου καὶ λέγοντος, aut ipſius Ioannis verba ſunt de ſe dicentis, ὁ μαρτυρῶν ταῦτα. Sic Paulus ad Hebræos XI. Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε, ἀντὶ τοῦ ὑπὸ θεοῦ ἀκούσας, inquit OEcumen. Matth. 2. de magis, Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, & reſponſo vel oraculo in ſomnis accepto.

Χρᾶσθαι.

Quin & Χρᾶσθαι χρῆσθαίque dicitur qui oraculum petit, vt illud Odyſſeæ κ, Ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο, ἀντὶ χρηστηριασομένους. Χρῆσαι dicitur Deus, id eſt μαντεύεσθαι & χρησμῳδεῖν, ἀναιρεῖν. Χρήσασθαι dicitur qui oraculum petit. μαντεύεσθαι autem & χρᾶν & χρᾶσθαι dicitur.

Χρᾶν, μαντεύεσθαι.

AEſchines κατὰ Κτησιφῶντος. Ἔπειτα καὶ οἱ ἄλλοι ἀμφικτύονες μαντείαν ἐμαντεύσαντο παρὰ τοῦ θεοῦ, τὴν χρησμῳδίαν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις μετελθεῖν. Pauſan. in Lacon. Καταπαλαισθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἁμαρτὼν τῆς νίκης, συνίησι τοῦ χρησμοῦ, διδόναι οἱ τὸν θεὸν μαντευομένῳ πέντε ἀγῶνας πολέμου κρατῆσαι. Χρηματίζειν etiam eſt appellare aliquem. hoc eſt compellare & alloqui, agere cum aliquo de negocio, & verba facere. Dinarch. Καὶ συμπάντων τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον διειλεγμένος Νικάνορι, καὶ κεχρηματικὼς περὶ ὧν ἐβούλου σύ, ψευδόμενον σεαυτὸν παρασκευάζεις, προδότης ὢν καὶ δωροδόκος. Χρηματίζειν etiam interdum pro nũcupari ponitur & appellari. Plutarch. in Antonio, Κλεοπάτρα μὲν γὰρ εἰς πλῆθος ἐξιοῦσα, στολὴν ἑτέραν ἱερὰν Ἴσιδος ἐλάμβανε, καὶ νέα Ἶσις ἐχρημάτιζε. Idem ἐν τῷ περὶ γυναικῶν ἀρετῆς, Διὸ καὶ νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις, μὴ πατρόθεν, ἀλλ' ἀπὸ μητέρος χρηματίζειν, hoc eſt ὀνομάζεσθαι. Polyb. in V. Καὶ βασιλεὺς τότε πρῶτον ἐτόλμησε χρηματίζειν καὶ γράφειν πρὸς τὰς πόλεις, id eſt titulum aſſumere regis. Sic Actuum Apoſtolorũ XI. cap. Ἐγένετο δὲ χρηματίσαι πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς. Χρηματίζειν etiam ἀπὸ



τοῦ) poſitum inuenitur. Damaſc. περὶ τῆς ἐνεργείας τῶν ἐν τῷ Χριστῷ, Οὐ γὰρ ὥσπερ διὰ τῆς σαρκὸς ἡ θεότης τοῦ λόγου ἐνήργει, οὕτω καὶ διὰ τῆς θεότητος ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἔπασχεν. ὄργανον γὰρ ἡ σὰρξ τῆς θεότητος ἐχρημάτισε. Idem περὶ τῆς θεανδρικῆς ἐνεργείας, de mẽte & intellectu Chriſti loquens, τὸ πᾶν νοοῦν καὶ γινώσκων, οὐχ ὡς ψιλὸς ἀνθρώπου νοῦς, ἀλλ' ὡς θεῷ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένος, καὶ θεοῦ νοῦς χρηματίσας.

Χρῆσαι.

Χρῆσαι non tantùm ἀνελεῖν ſignificat, quod iam diximus, ſed etiam commodare, cuius thema eſt Κίχρημι, vt in loco Demoſthenis πρὸς Νικόστρατον, Τῶν δὲ χρημάτων σοι τῶν ἐμῶν κίχρημι ὅ, τι βούλει, τέντα τοῦ ἐπιλοίπου ἀργυρίου ὅσον ἐνδεῖ σοι.

Κίχρημι.

Et apud Plutarchum in Pomp. Τοῦτο οὐ μόνον ἐπαχθῆ καὶ βαρύν, ἀλλὰ καὶ καταγέλαστον ἐποίει τὸν Πομπήιον, ἀνθρώποις ἀνοσίοις καὶ ἀθέοις κιχράντα, καὶ περιάπτοντα τὴν αὐτοῦ δόξαν, ὥσπερ ἀλεξιφάρμακον, nomen ſuum commodantem. Gregor. de baptiſ. Ἰδοὺ κίχρημι τὰς χεῖρας τῷ πνεύματι, ταχύνωμεν τὴν σωτηρίαν.

Κίχραμαι.

Vt autem ὁ Κιχρὰς eſt qui vtendum dedit: ita ὁ Κιχράμενος, qui vtendum rogauit, eo modo quo δανείζων & δανειζόμενος dicitur, & alia. Plutarch. περὶ δυσωπίας, Ἀλλὰ καὶ μετὰ γέλωτος ἔνιοι καὶ μετὰ σκώμματος ἐκκλίνουσι τοὺς τοιούτους. ὡς Θεόκριτος, δυεῖν αὐτῷ ἐν βαλανείῳ στλεγγίδα κιχραμένων, τοῦ μὲν, ξένου, τοῦ δὲ, γνωρίμου κλέπτου, μετὰ παιδιᾶς ἀμφοτέρους διεκρούσατο, εἰπών, σὲ μὲν οὐκ οἶδα, σὲ δὲ οἶδα. Idem in Antonio, Ἐνεκάλει δὲ ὅτι χρησάμενος ναῦς παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν πόλεμον, ἀπεστέρησε, quòd naues non reddiderat, quas vtendas acceperat. Gregor. Χρῆσαι παρὰ Αἰγυπτίων σκεύη χρυσᾶ.

Κεχρημένος.

Et κεχρημένος eſt non modo qui vtendum rogauit, ſed etiam qui indiget alicuius rei, vt Odyſſ. ρ. Καὶ πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ τοίῳ ὁποῖος ἔοι, καὶ ὅτευ κεχρημένος ἔλθοι. Alibi in eodem κεχρημένον pro egenti & mendico poſuit, Αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. vnde Heſiodus illud videtur trãſtuliſſe, Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει. Dicitur etiam Κατακεχρημένος, qui vtendum rogauit. Laërt. ex teſtamento Lyconis, Τὰ μὲν ἐν οἴκῳ πάντα δίδωμι τοῖς ἀδελφοῖς Ἀστυάνακτι καὶ Λύκωνι, καὶ οἶμαι δεῖν ἀπὸ τούτων ἀποδοῦναι ὅσα κατακέχρημαι Ἀθήνησι παρά τινος, ἔχων ἢ ἐκπεπρακώς, id eſt, quæ Athenis à quodam vtenda accepi, ſiue ea adhuc habeam, ſiue vendiderim.

Κατακεχρημένος.

Χρᾶν.

Χρᾶν etiam thema eſt τοῦ χρῆσαι, vt κιχράναι apud Theophraſtum, quod etiam ſignificat reſponſum dare. Pauſan. Ἡ δὲ Πυθία χρᾷ σφίσιν. Hermog. περὶ στάσεων, Κριθείς τις φόνου, ἀπέφυγεν. ὕστερον χρωμένῳ αὐτῷ ὁ θεὸς ἀνεῖλεν, ἀνδροφόνοις οὐ χρῶ, poſtea ipſi oraculum petenti Deus reſpondit, homicidis oracula non do. eſt enim χρῆσθαι, τὸ χρηστηριάζεσθαι, vt Odyſſeæ κ, Ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο. Neque χρῆσαι tantùm commodare ſignificat, ſed etiam mutuare & δανείζειν. Demoſth. Προσδεηθεὶς ἀργυρίου, προσελθὼν τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ ἐκέλευσε χρῆσαι χιλίας τριακοσίας πεντήκοντα μίαν, δύο ὀβολώ. Lyſias ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφ. χρημ. Τῇ δὲ προτεραίᾳ ἢ ἀνήγετο, εἰσελθὼν εἰς τὸν πατέρα τὸν ἐμόν, ἐκέλευσε χρῆσαι ὅ, τι εἴη ἀργύριον. προσδεῖν γὰρ ἔφη πρὸς τὸν μισθὸν τοῖς πελτασταῖς. ἡσὰν δ' ἡμῖν ἔνδον ἑπτὰ μναῖ. ὁ δὲ καὶ ταύτας λαβὼν κατεχρήσατο. Ab hoc fit Χρήστης, qui τὸν δεδανεικότα καὶ τὸν δεδανεισμένον ſignificat.

Χρήστης.

Demoſthenes πρὸς Ἀπατούρ. Καὶ οἱ χρῆσται κατήπειγον αὐτὸν ἀδικοῦντες, καὶ ἐνεβάτευον εἰς τὴν ναῦν, creditores. Idem ὑπὲρ Φορμίωνος, Ὁ δὲ εἵλετο μᾶλλον τὸν Πασίωνα χρήστην ἔχειν τούτων τῶν χρημάτων, ἢ τοὺς ἄλλους χρήστας οἷς προϊέμενος ἦν, id eſt debitores. Vnde τὰ χρησθέντα tã res commodatas, quàm pecunias mutuas ſignificant. Priſci autem χρήσασθαι ἐλε-

Χρήσασθαι.

ξαν ἐπὶ τῶν ἱματίων καὶ σκευῶν καὶ τῶν κατασκευῶν. Ἵστασθαι δὲ ἐπὶ νομισμάτων.
Ἵστασθαι. Vnde Iliad. ν. Δείδω μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ χρέος. ἀντὶ τοῦ, δέδια μὴ τὸ
ὀφειλόμενον αὐτοῖς ἥττωμα ἐν τῷ μάχεσθαι, χρεωλυτῶσι καὶ ἀντιστήσωνται ὥσπερ ὀφει-
λόμενον δάνειον. alii tamen legunt ἀποτίσωνται. Μετρεῖσθαι autem ἐπὶ πυρῶν, καὶ
Μετρεῖσθαι. τῶν ὁμοίων ἔλεγον, hoc eſt appendendum & admetiendum petere. Eſt enim
Μετρεῖσθαι τὸ μέτρῳ λαμβάνειν. Demoſthenes πρὸς Φορμίωνα, Ἐπειδὴ ἐν τῷ τοιούτῳ
καιρῷ ταῦτ᾽ ἔπραξεν, ἐν ᾧ ὑμῶν οἱ μὲν ἐν τῷ ἄστει οἰκοῦντες, διεμετροῦντο ἄλφιτα ἐν
τῷ Ὠδείῳ· οἱ δ᾽ ἐν τῷ Πειραιεῖ, ἐν τῷ νεωρίῳ ἐλάμβανον κατ᾽ ὀβολὸν ἄρτους. καὶ ἐπὶ
τῆς μακρᾶς στοᾶς τὰ ἄλφιτα κατὰ ἡμίεκτον μετρούμενοι, Et hæc quidem eo tempore
fecit, cum partim veſtrum in vrbe habitantes, farinas admenſas in Odeo
acciperent: partim qui in Pyræeo domicilia habebant, panes ſingulos ſin
gulis obolis emptos auferrent: & in magna porticu farinas emptitarent,
Ἑκτεύς. ad quaternarum chœnicum modum dimenſas. Eſt enim Ἑκτεὺς octo-
narum chœnicum, ab eo dictus, quòd ſit ſextarius medimni, hoc eſt mo
dius, vt in libris de Aſſe docuimus. Heſiod. in Ergis, Εὖ μὲν μετρεῖσθαι πα-
ρὰ γείτονος, εὖ δ᾽ ἀποδοῦναι. Plutarch. in Cæſare, Τοὺς γὰρ στρατιώτας τὸν κάκιστον
μετρουμένους καὶ παλαιότατον σῖτον, ἐκέλευσεν ἀνέχεσθαι, καὶ τὰ ἀλλότρια ἐσθίοντας στέρ-
γειν. de militibus menſtruum frumentum accipientibus. Et itidem in
Craſſo. Inde illud Gregorii, Οὐ γὰρ μετρεῖται παρὰ θεοῦ θεός, Neque enim
filius ad certũ modum à patre accipit, cui ſcilicet ipſe æqualis & par eſt.
Σιτομετρεῖσθαι. Polyb. de militia Romanorum loquens, Σιτομετρεῖσθαι de militibus dixit:
quod Plutarchus μετρεῖσθαι, Σιτομετροῦνται δ᾽ οἱ μὲν πεζοί, πυρῶν ἀττικοῦ μεδίμνου
δύο μέρη μάλιστά πως. οἱ δ᾽ ἱππεῖς, κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ
Μετρεῖν. δύο. Μετρεῖν verò is dicitur qui mutuum dat, vt Heſiodus in 2. τῶν ἔργων, Ὡς
Σιτομετρεῖν. καὶ νῦν ἐπ᾽ ἐμ᾽ ἦλθες, ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω, οὐδ᾽ ἐπιμετρήσω. & Σιτομετρεῖν, qui fru-
mentum dat militibus. Polyb. in v. καὶ τῶν Μακεδόνων ἤδη ταῖς εἰρεσίαις κατηρ-
τισμένων, σιτομετρήσας καὶ μισθοδοτήσας ὁ βασιλεὺς τὴν δύναμιν, ἀνήχθη. iungitur
enim cum accuſatiuo, vt σιτοδοτῶ & μισθοδοτῶ. vt alibi, προσαναλαβὼν δὲ
τοὺς ἐφελκομένους, καὶ σιτομετρήσας τὴν δύναμιν, ἐκίνει καὶ προῆγε, exercitui fru-
mentum admenſus. Sic apud Demoſthenem in pſephiſmate, σιτοδοτή-
Σιτομέτρειον. σας τοὺς ὁπλίτας. Inde Σιτομέτρειον demenſum, quod ſeruis dabatur. Σιτο-
Σιτοδοτεῖσθαι. δοτεῖσθαι etiam dicebant οἱ δωρεὰν σιτομετρούμενοι, ii quibus frumentum pu-
blicè dabatur. Vt verbi gratia, ἐν δὲ τῇ θόλῳ ἐσιτοδοτοῦντο οἱ τοῦ δημοσίου γραμ-
Μέτρημα. ματεῖς. Μέτρημα etiam σιτομέτρειον dicitur. Polyb. Τοῖς δὲ λοιποῖς στρατιώταις τὸ
μέτρημα κριθὰς δοὺς ἀντὶ πυρῶν, ἔξω κελεύει τοῦ χάρακος ποιεῖσθαι τὴν παρεμβολήν.
Μετρεῖν etiam dicebantur οἱ σιτοδοτοῦντες, hoc eſt, admetientes annonarium
Μετρεῖν τὴν ἴσην. frumentum. Inde Μετρεῖν τὴν ἴσην dicebant pro vices rependere in vtran-
que partem: & paria vel beneficio vel maleficio facere. Pauſan. in Co-
rinth. Ἀτρέα δὲ οὐκ ἐπέσχεν ὁ λογισμὸς μετρῆσαι τὴν ἴσην, ἀλλὰ τῶν Θυέστου παίδων
σφαγάς, καὶ τὰ ἀοίδιμα δεῖπνα ἐξειργάσατο. Quod ideo factum eſt, quia μετρεῖν
ἀντὶ τοῦ δανείζειν dicebant. & vulgo hodie dicunt, mutuum tibi reddam, pro
eodem modo vlciſcar, quo iniuriam accepi. Μετρεῖν etiam ſic dicunt Græ-
ci, vt nos metiri, hoc eſt æſtimare, expendere. Demoſth. περὶ στεφάνου, Τὴν
ἐλευθερίαν προπεπωκότες πρότερον μὲν Φιλίππῳ, νῦν δὲ Ἀλεξάνδρῳ, τῇ γαστρὶ μετροῦν-



τες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν. Συγχρήσασθαι etiam eſt vtendum rogare, Συγχρήσασθαι.
& cõmodato accipere. Polyb. in I. Ἀλλὰ παρὰ Ταραντίνων καὶ Λοκρῶν συγχρησά-
μενοι πεντηκοντόρους καὶ τριήρεις, ἐπὶ τούτων παραβόλως διεκόμισαν τοὺς ἄνδρας. Χρῆ- Χρῆσθαι.
σθαι τύχῃ dicunt pro ferre & habere fortunã. Demoſth. Τῇ τύχῃ δὲ ἣν ὁ δαί-
μων ἀπένειμεν ἑκάστοις, ταύτῃ κέχρηνται, Hanc habuerunt fortunã, quam deus
vnicuique dedit. Et ὑπὲρ στεφάνου, Εἰ δ᾽ οἷος ἦν ἐγὼ περὶ ὑμῶν κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ τά-
ξιν, εἷς ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων ἀνὴρ ἐγένετο, οὐδεὶς οὔτε τῶν ἔξω Πυλῶν Ἑλλήνων, οὔτε τῶν
εἴσω, τοῖς παροῦσι κακοῖς ἐκέχρητ᾽ ἄν. In bonam & in malam partem accipitur,
vt χρῆσθαι συμφοραῖς, & χρῆσθαι παρούσῃ εὐτυχίᾳ. Thucydid. Χρῆσθαί τινι, eſt
aliquo vti, hoc eſt συνημερεύειν, συζῆν. vt Cicero pro Cluen. Vti tali matre
noluit. Iſæus, Νυνὶ δὲ χρώμενος ἡμῖν ὡς περὶ πλείστου ποιούμενος ἁπάντων. Χρῆσθαι
τῷ ἀνθρώπῳ, ſtatuere de homine, hoc eſt vel beneficio vel pœna afficere. &
additur accuſatiu᾽ ὅ,τι. vt ἐν τῷ περὶ παραπρ. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐμοὶ μὲν χρήσασθε
ὅ,τι βούλεσθε. ἐπίστευσα, ἐξηπατήθην, ἥμαρτον, ὁμολογῶ. & κατὰ Νεαίρ. Καὶ ἐν μὲν τῷ παρ-
όντι οὐκ εἶχον αὐτοῖς ὅ,τι χρήσονται οἱ Λακεδαιμόνιοι. ὕστερον δὲ ὁ Ἀρχίδαμος ἐνεχείρησεν
αὐτῶν μεταλαβεῖν τὴν πόλιν. Lyſ. Παραδέδωκεν αὐτὸν ὑμῖν χρῆσθαι ὅ,τι ἂν βούλησθε. Plu-
tarch. Γάιος δέ φησι καὶ ἀπανθρώπως Κοΐντῳ Οὐηρρείῳ χρήσασθαι τὸν Πομπήιον.
Plato aliter in Sympoſ. Ὥστε οὐκ ἔχω ὅ,τι χρήσομαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ. verba
ſunt Alcibiadis de Socrate, id eſt neſcio quomodo vti eius doctrina de-
beam, quomodo ex eius doctrina commoda mea comparem. Demoſth.
Καὶ τῶν μὲν ἄλλων πολιτῶν πολλῶν ἀγαθῶν ὄντων, μηδενὶ μηδ᾽ ἐξ ἴσου χρῆται. τοῖς δὲ
τοιούτοις ἐθελοντὴς ὑποπίπτει, id eſt, cum nullo ciuili animo agit: nulli ſe ci-
uilem exhibet. Dici autem poteſt, Χρῶμαι ὅ,τι βούλομαι, καὶ ὅ,τι ἂν βούλωμαι. &
de præterito, ὅ,τι βουλοίμην ἐχρώμην. Additur etiam & alius quiuis accuſ.
quàm ὅ,τι vel τί, vt Demoſthenes contra Philipp. ἃ μὲν οὖν χρήσεται καὶ πότε
τῇ δυνάμει παρὰ τὸν καιρόν, ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ᾽ ὑμῶν, βουλεύσεται. ἃ δ᾽ ὑπάρ-
ξαι δεῖ παρ᾽ ὑμῶν, ταῦτ᾽ ἐστίν. Plutarch. Διὰ τοῦτο καὶ Κάτωνι μηδὲν χρήσασθαι ἄξιον
σπουδῆς Πομπήιον, Quæ cauſa fuit vt nullam curationem Pompeius Cato-
ni mandarit, quæ quidem acrem intentionem poſceret: vel, quæ magno-
pere cordi illi eſſe deberet. Plato hoc modo vſus eſt in Phæd. Σιμμίου γὰρ
λέγοντος ὅτε ἠπόρει, πάνυ ἐθαύμαζον εἴ τι ἕξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, Cum enim
Simmia eam rem diſputaret, neminem vtique futurum exiſtimabã qui
ei reſpondere poſſet. Et in Gorg. Ἐὰν μὲν οὖν καὶ ἐγὼ σοῦ ἀποκρινομένου μὴ ἔχω
ὅ,τι χρήσωμαι, ἀπότεινε καὶ σὺ λόγον. ἐὰν δὲ ἔχω, ἔα χρῆσθαι. δίκαιον γὰρ καὶ νῦν ταύτῃ τῇ ἀπο-
κρίσει εἴ τι ἔχεις χρῆσθαι, χρῶ, ſi habes quod reſpondeas, reſponde. At in Phile-
bo cum accuſat. & datiuo, Ταύτῃ δὲ τῇ σκέψει τούτων τῶν παθημάτων πότε χρησόμε-
θα, id eſt, ad hunc modum vtemur, vel ad hoc vtemur. Χρῆσθαι ἑαυτῷ κα- Χρῆσθαι ἑαυτῷ.
λῶς, ſignificat honeſtè ſe habere: modeſtè viuere & compoſitè. Ariſtot. in
v. Politicon, Ὁμονοοῦσα δὲ ὀλιγαρχία οὐκ εὐδιάφθορος ἐξ αὐτῆς. σημεῖον δὲ ἡ ἐν Φαρ-
σάλῳ πολιτεία. ἐκεῖνοι γὰρ ὀλίγοι ὄντες, πολλῶν κύριοί εἰσι, διὰ τὸ χρῆσθαι σφίσιν αὐτοῖς κα-
λῶς. Cum autẽ dicunt οὐκ ἔχω ὅ,τι χρήσωμαι ἐμαυτῷ, hoc ſignificãt, incertus
ſum quid agã. Plato in Gorg. Εἴ τις σοῦ λαβόμενος, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαγάγοι, φά-
σκων ἀδικεῖν μηδὲν ἀδικοῦντα, ὦ Σώκρατες, οἶσθ᾽ ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ,τι χρήσαιο σαυτῷ,
ἀλλ᾽ ἰλιγγιῴης καὶ χασμῷο, Non haberes quod ageres: incertus eſſes conſilii, &

ſtuperes, hærereſque vt vertigine correptus & oſcitans. Hoc enim ſigni-
Ἰλιγγιᾶν. ficat Ἰλιγγιᾶν, & id quod Cicero æſtuare dicit, niſi quod propriè eſt vertigi-
ne affici, hoc eſt τῇ ὄψει συστρέφεσθαι, καὶ σκοτοῦσθαι, vt idē in Protag. Ἐγὼ δὲ τὸ πρῶ-
Ἴλιγξ. τον ὥσπερ ὑπὸ ἀγαθοῦ πύκτου πληγεὶς, ἐσκοτώθην καὶ ἰλιγγίασα. Eſt enim Ἴλιγξ
vortex & vertigo. Diod. Μεγάλων δὲ ῥείθρων εἰς ἕνα τόπον συῤῥαπτόντων, ἴλιγγες πολ-
λαὶ καὶ φοβεραὶ συνίσταντο. Lucian. Πολὺς μὲν ὁ ἱδρὼς, ἀθρόος δὲ ὁ ἴλιγξ. Sic autem
appellatur dubitatio & hæſitatio hominis deprehenſi, ſententiis alternā-
AEſtus. tibus, aut mente prorſus hærente, vt Latinè æſtus. Plinius Trāquillo, Ex-
plica æſtum meum. Audio me male legere, duntaxat verſus: orationes
enim commodius. Idem, Iterum dicam: explica æſtum meum. Cicero in
AEſtuare. Verr. AEſtuabat dubitatione. AEſtuare illi qui dederant pecuniam: puta-
re nihil agi poſſe abſente Epicrate.

Ἀποπομπή. Ἀποπομπὴ & Ἀπόπεμψις Demoſtheni eſt repudium. Et Ἀποπέμπεσθαι τὴν
Ἀπόπεμψις. γυναῖκα repudiare, vel nuncium vxori remittere, vt Cicero loquitur. Inde
Ἀποπέμπομαι. Ἀποπέμπομαι τὴν ἀμαρτίαν, ἀντὶ τοῦ ἀπαγορεύω, reiicio, repudio, à me ſum-
moueo. Ariſtot. in 2. Ethic. Οὕτω γὰρ τὴν ἡδονὴν ἀποπεμπόμενοι, ἧττον ἁμαρτη-
σόμεθα. Greg. κατὰ Ἰουλιανοῦ, Ὥσπερ τὴν Κάϊν θυσίαν ὁ τῶν μαρτύρων θεὸς ἀπεπέμπετο, καὶ
ὁ μὲν, ἐπόνει. ἡ γῆ δὲ, τὸ πονηθὲν ἀπεσείετο, id eſt, terræ motu excutiebatur eius la-
bor. Baſil. νῦν δὲ νηστείαν ἀποπεμπόμενοι, τὴν τρυφὴν δὲ μεταδιώκοντες, τὸν πολὺν ἐκεῖ-
νον τῶν κακῶν ἑσμὸν ἐπεισήγαγον. Euripid. in Hecuba, Ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν,
ἣν περὶ παιδὸς ἐμοῦ εἶδον, id eſt ἀποτροπιάζομαι, nō agnoſco, abnuo, abominor.

Ἀποπέμπω. Ἀποπέμπω eſt amādo, ablego. AEſch. Οὐκ ἀποπέμψετε τοῦτον; Nō in exiliū
Ἀποπομπή. mittetis, & ablegabitis quoquo gentium? Ἀποπομπὴ non modo repudiū,
ſed etiam procurationem & depulſionem ſceleris aut prodigii ſignificat.
Ἀποπομπαῖος. ἀποπέμπεσθαι τὸ τέρας, ἀποδιοπομπεῖσθαι dicitur & ἀποτρέπεσθαι. & Ἀποπομ-
Ἀποτρόπαιος. παῖοι θεοὶ, qui alio vocabulo Ἀποτρόπαιοι dicuntur, & Ἀλεξίκακοι, quaſi depul
ſores malorū & auerſores, defenſoreſque peſtium & calamitatū. Pauſan.
in Corinth. Καὶ τοῦ τάφου πλησίον εἰσὶν ἀποτρόπαιοι θεοὶ, παρὰ τούτοις δρῶσιν ὅσα Ἕλλη-
νες ἐς ἀποτροπὴν κακῶν νομίζουσιν. Ariſtoph. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, μὰ Δί' ἐγὼ μὲν οὔ.
Abſit (inquit) & dii meliora. verba ſunt rem deteſtantis. Quibus diis affi-
Σωτήρ. nes erant σωτῆρες. Xenoph. Ἐκ δὲ τούτου θύοντες καὶ τοῖς ἀποτροπαίοις καὶ τοῖς σωτῆρσι,
Ἀλεξίκακος. καὶ μόλις καλλιερήσαντες, ἐπαύσαντο. Lucian. Ὦ ἀλεξίκακε Ἡρακλῆς, καὶ Ζεῦ ἀποτρό-
παιε, καὶ διόσκουροι σωτῆρες, O malorū depulſor Hercules, & triſtium amolitor
Ἀποτρόπος. Iuppiter. Ἀποτρόπος etiā dicitur deus auertens mala. Plato lib. I x. de leg.
Ἀποτροπή. Καὶ τὸν δαίμονα σέβεσθαι, ὃς τὸν ζῶσάν τε καὶ τὸν τρωθέντα ξενίσας ἀποτρόπος αὐτοῖς ἐγένε-
το, μή ποτε μὲν ἀνίατον ἕλκος γενέσθαι, τῷ δὲ ἐπάρατον τύχην καὶ ξυμφοράν. Ἀποτροπὴ eſt
ſanctio minax ad auertendum ſceleratos & deterrendum. Idem lib. eodē,
de iis loquēs qui à parentibus manus violentas non abſtinēt, τούτῳ δεῖ τινὸς
ἀποτροπῆς ἐσχάτης. θάνατος μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἔσχατον. Idē de pœnis quæ manēt apud
inferos huiuſmodi homines, καὶ ἀληθέστατα λέγοντες, οὐδὲν αὐτοῖσι τῶν τοιαύταις ψυ-
χαῖς ἀποτροπῆς. οὐ γὰρ ἂν ἐγίγνοντό ποτε μητραλοῖαί τε, καὶ τῶν ἄλλων γεννητόρων ἀνόσιοι πλη-
γῶν τόλμαι. Interdū Ἀποτρόπαιος pro auerſando ponitur & abominādo. Idē,
Οἰκέτην μὲν γὰρ ἢ ἄγγελον μὴ δεξιῶς ὑποκρίνασθαι, μικρὸν πταῖσμα. τὸν Δία δὲ ἢ τὸν Ἡρα-
κλέα μὴ κατ' ἀξίαν ἐπιδείξασθαι τοῖς θεαταῖς, ἀποτρόπαιον, ὡς καὶ αἰσχρόν. Idem, Ἀπο-



τρόπαιά μοι καὶ τὴν ἀκοῦσαι ταῦτα. Sic Syneſius ſæpe vtitur. Ἀποδιοπομπεῖσθαι Ἀποδιοπομπεῖσθαι.
ablegare, eiicere. Syneſ. Ὅμηρος ἀποδιοπομπεῖται τὰ ἐκ τῆς φιλονεικίας κακὰ εἰς
ὄρος, ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης. Plut. in Catone, Ὁ δὲ Κάτων ἔγνω ἀποδιο-
πομπήσασθαι τοὺς φιλοσόφους ἀπὸ τῆς πόλεως, id eſt exigere, procul amouere. Si-
gnificat etiam expurgare, expiare, luſtrare. Plato, Αὔριον δ' ἂν καὶ ὑμῖν συν-
δοκῇ, ἀποδιοπομπησόμεθά τε αὐτὴν καὶ καθαρούμεθα, ἐξευρόντες ὅστις τὰ τοιαῦτα δεινὸς
καθαίρειν, εἴτε τῶν ἱερέων εἴτε τῶν σοφιστῶν, id eſt abluemus expiabimúſq;, eáque nos
abdicabimus, ſi modo hominem nacti erimus expiationum peritum. &
Ἀποδιοπόμπησις ſacrum expiabile. Idem lib. I x. de legib. Ὅταν σοι προσπίπτῃ Ἀποδιοπόμπησις.
ris clauſa ſunt. Huiuſmodi etiã Ἄτιμοι erãt, de quibus antè diximus, quos impunè violare licebat citra mortem, & interdum ad mortẽ vſque. Verba legis hæc ſunt, Νηποινεὶ πασχέτω ὑπὸ τοῦ βουλομένου ὅ,τι ἂν πάσχῃ, πλὴν θανάτου. Εἴργειν etiam eſt vetare, prohiberéque tranſitu. Greg. Ὡς καὶ ἡμιόνων ποτὲ λαβέσθαι τοῦ ἀνδρὸς ἰδίαν ὁδὸν ὁδεύοντος, καὶ εἴργειν τοῦ πρόσω. Gal. Εἴρξαμεν δὲ τὸν εἱληθερειοῦντα καθ' ἑκάστην, καὶ τῇ κόνει χρώμενον, Eum qui quotidie apricari inſtituerat, & athletico more puluere aſpergi, vltra id agere vetuimus. ac ſi diceret, τὸν δὲ ἡλιαζόμενόν τε καὶ κονιώμενον καθ' ἑκάστην, ἐπαύσαμεν. Ab hoc fit Ἀνείργω, hoc eſt arceo, propello, & eũ qui aliquid cœpit agere inhibeo. Ἀπείργω deterreo & abigo. Demoſth. Πάντας ἀπείρξατε τοῦ φιλοτιμεῖσθαι. Διείργω diduco, dirimo, interſepio, diſpeſco. Quod etiam Διακλείω dicitur. Polybius lib. v. Τὸ δὲ μέγιστον, ἀπέφαινε τὸν Μόλωνα τῆς εἰς τὴν Μηδίαν ἐπανόδου διακλεισθησόμενον, καὶ τῆς ἐξ ἐκείνων τῶν τόπων ἐπαρκείας. Idem, Φοβούμενος δὲ καὶ τῆς εἰς Μηδίαν ἐπανόδου μὴ διακλεισθῇ, διέγνω ζευγνύειν τὸν Τίγριν. Idem, Ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἀρταβαζάνου χώραν, ἣ ὑπέρκειται μὲν τῇ Μηδείᾳ, διειργούσης αὐτὴν τῆς ἀνὰ μέσον κειμένης ὀρεινῆς. Εἴργω verò & εἴργνυμι δασυνόμενον, ſignificat in carcerem coniicio. vnde Εἰργμένοι & εἰρχθέντες ſunt vincti & ergaſtularii ſerui, qui etiam ergaſtula ſic appellantur, vt cuſtodia οἱ ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ οἱ φυλακῖται, vt in Pandectis legitur. Xenoph. Ἐν ᾧ αἰχμάλωτοι οἱ Συρακούσιοι, εἰργμένοι τοῦ Πειραιῶς ἐν λιθοτομίαις. Plutarch. Καὶ γὰρ εἶρξαι τῷ Δικτάτωρι πρὸ δίκης, καὶ θανατῶσαι ἔξεστι, Dictatori indicta cauſa prehendere ius eſt, in carcerémq; coniectos morte mulctare. AEſch. Ἀποτισάτω ἐν ἕνδεκα ἡμέραις μετὰ τὴν δίκην. ἕως δὲ ἂν ἀποτίσαι εἰρχθήτω, id eſt, inter cuſtodias ſit, & in nexu detineatur. Demoſth. κατὰ Νεαίρας, Γράφεται πρὸς τοὺς θεσμοθέτας Στέφανον τουτονί, κατὰ τὸν νόμον ὃς κελεύει, ἐάν τις ἀδίκως εἵρξῃ μοιχόν, γράφεσθαι πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ἀδίκως εἰρχθῆναι. & Εἰργμὸς eſt adulteri deprehẽſi detẽtio, quæ lege licita erat, niſi vades ipſe daret. A qua lege manauit caput illud capite quinto in tractatu de adulteriis in Pandectis. Demoſth. in oratione ſupradicta, Κἂν μὲν ἕλῃ τὸν εἵρξαντα, καὶ δόξῃ ἀδίκως ἐπιβεβουλεῦσθαι, ἀθῷον εἶναι αὐτόν, καὶ τοὺς ἐγγυητὰς ἀπηλλάχθαι τῆς ἐγγύης. ἐὰν δὲ δόξῃ μοιχὸς εἶναι, παραδοῦναι αὐτὸν κελεύει τοὺς ἐγγυητὰς τῷ ἑλόντι. ἐπὶ δὲ τοῦ δικαστηρίου, ἄνευ ἐγχειριδίου χρῆσθαι ὅ,τι ἂν βουληθῇ, ὡς μοιχῷ ὄντι, in ipſo autem iudicio lex iubet præterea, adulterũ ſic conuictum pro arbitrio mulctare, dũtaxat quod ſine gladio fiat. id quod ſimile eſt iis quæ περὶ ἀτίμων diximus. Quod autem dicit, κἂν ἕλῃ τὸν εἵρξαντα, hoc ſignificat, καὶ ἐὰν ἐξελέγξῃ καὶ καταδικάσηται, hoc eſt iudicio vicerit, & apud iudices condemnauerit, ob inſidioſam comprehenſionem ſui. τῷ ἑλόντι verò ſignificat τῷ ἁλώσαντι deprehenſori. Καθειργνύω eſt concludo, & tanquam in carcere cohibeo. Pauſ. Τοῦτον Ἀλέξανδρός ποτε λέοντι ὁμοῦ καθεῖρξεν ἐς οἴκημα. Κάθειρξις cõcluſio & coercitio. Plut. Ἔνιοι δὲ τηρεῖσθαι μὲν ἐν ὑδρίᾳ ἀσπίδα καθειργμένην φάσκουσι. Κατείργω verò ſubigo & compello ſignificat. Thucyd. lib. 1. Οὐδ' αὖ πρῶτοι τοῦ τοιούτου ὑπάρξαντες, ἀλλ' ἀεὶ καθεστῶτος τὸν ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι, Neque huius inſtituti auctores ſumus. quippe cum ita ſemper moribus conſtitutũ ſit, inferiorẽ à potentiore cogi, & ad parendi neceſſitatem adigi. Significat etiam veto & arceo. Pauſ. Αὐτός τε ἐσβεβληκὼς ἔφθειρε τὴν χώραν, καὶ ναυσὶν ἅμα ἐκ θαλάσσης

Ἀνείργω. Ἀπείργω. Διείργω. Διακλείω. Εἴργω καὶ Εἴργνυμι. Καθειργνύω. Κάθειρξις. Κατείργω.

ἀντὶ τοῦ λεκτέον, quod rarius eſt tamen. vt Thucydides in I. Καὶ ὡς ἤσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς παραιτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι. Idem alibi, Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔφερον αἱ γνῶμαι, ἀδικεῖν τοὺς Ἀθηναίους, καὶ πολεμητέα εἶναι. Alibi tamen βουλευτέον & σκεπτέον dixit, vt ferè auctores primarii. Xenoph. in 2. Ἑλληνικ. ὁ δ᾽ αὖ εἶπεν, ὡς ἐγώ εἰμι οἷος ἀεί ποτε μεταβάλλεσθαι, κατανοήσατε καὶ ταῦτα, id eſt, ὃ δὲ εἶπεν, τοῦτο κατανοήσατε. Idem in I. παιδείας, Σημανθέντων δὲ τῷ Ἀσπάγῃ ὅτι πολέμιοί εἰσιν ἐν τῇ χώρᾳ, ἐκβοηθεῖ καὶ αὐτὸς πρὸς τὰ ὄρη σὺν τοῖς περὶ αὐτόν, Cum autem ſignum datum eſſet, hoc eſt σημανθέντος δέ. Pauſan. Ἀθηναίοις δὲ οὐκ ἀνεκτὰ ἐφαίνετο περὶ Εὐβείας. Idem, Καὶ Ἀθηναίοις οὐκ ἔτι ἀνεκτὰ ἐφαίνετο εἰ τὸν προόντα χρόνον ἔσται ἐπὶ Μακεδόσι τὸ ἑλληνικόν. Alibi, Ἀντὶ δὲ τοῦ μηνύματος ὅτῳ πιστά, δίκην ἐν ᾅδου δίδωσι, Si credere quis poteſt. Et rurſus, Καὶ ὅτι μὲν κατερρύηκεν ὄροφος, δῆλά ἐστιν ἰδόντι, manifeſtum eſt. Plato in Philebo, Τούτοις οὖν ἡμᾶς πότερα πείσεσθαι συμβουλεύεις; ἀντὶ τοῦ πότερον, quod eſt vſitatum apud alios quoque.

Ἐπιρρήματα πληθυντικῶς ἐσχηματισμένα.

Inde aduerbia in vocem pluralis numeri conformata. Xenoph. Ὅπως διὰ τὴν ἐγκράτειαν πολλαπλάσια εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εὐφραίνωνται. Idem, Πολλὰ μὲν ἐπαινέσαντες, πολλὰ δὲ ἀξιωσάμενοι τὸν Κῦρον, ᾤχοντο οἴκαδε. Idem, Παραμυθούμενον τὴν φιλάνθρωπον πολλά, τὴν αὐθάδη ὀλίγα, τὴν μέσην μέτρια. ἀντὶ τοῦ πολύ, καὶ ὀλίγον, καὶ μετρίως. Simile eſt apud eundem, Πλείω τοῦ καιροῦ θεῖν, Supra modum currere. Et rurſus in Tyranno, Πολὺ μείω εὐφραίνονται οἱ τύραννοι τῶν μετρίως διαγόντων ἰδιωτῶν. πολὺ δὲ πλείω καὶ μείζω λυποῦνται. Ariſtot. de vino, Μικρῷ μὲν πλείω ποθεὶς, λαλιστέρους ποιεῖ. ἔτι δὲ πλείω, ῥητορικούς. vbi tamen πλείων legi poſſet. Iſocrat. περὶ εἰρήνης, Καὶ τὸν δῆμον χείρω πράττοντα τῶν ταῖς ὀλιγαρχίαις δουλευόντων, ἀντὶ χεῖρον διακείμενον. Ibidem, Χείρω φρονεῖν eodem modo dictum eſt. Greg. Μικρὰ τῷ κόσμῳ καὶ τῇ σκηνῇ χαρισάμενοι, paululum, pauliſper. Idem, Καὶ μὴ βουληθῶμεν ἰδεῖν ὀργιζόμενον ἀσυγχώρητα, id eſt, ἀσυγχωρήτως, citra veniæ ſpem. Plutarch. Πολλὰ κατευφημοῦντες αὐτόν. Plaut. in Amphitr. Credo appotũ probè, mira ſunt niſi inuitauit ſe in cœna pluſculum. pro mirũ eſt. Alibi in eadẽ, mira ſunt niſi latuit intus illic in illa hirnea. Gregor. εἰς Ἀθανάσιον, Καλὸν οὐ κακῇ βασιλείᾳ τὸ κεφάλαιον ἐπιθεὶς, τὰ ἀνόνητα μεταγνοὺς, ὥς φασιν, ἐπὶ ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς, regno haud malè acto clauſula mala addita, cuius tamen ſero fruſtráque hominem pœnituit, vt fama eſt, animã exhalantem. ἀνόνητα dixit ἀντὶ ἀνονήτως. Idem alibi, Πρόσκαιρα γοῦν ἡγνισμένος, id eſt ad tẽpus, προσκαίρως. Plato in Symp. Τότε καὶ θαυμαστὰ ἐκπλήττονται, ἀντὶ τοῦ θαυμαστῶς. Plutarch. Πόνηρα πράττων, afflictus, καὶ ταλαιπωρούμενος, ἀντὶ πονήρως, vt Syneſ. Πονήρως πέπραγα. Simile eſt εἷς τῶν μάλιστα πλούσιος Demoſtheni pro ſummè diues. Superlatiua eodẽ modo formãtur, vt ἀλυπότατα, ἀοκνότατα, ἀκλεέστατα, κεχαρισμενώτατα Xenoph. dixit. Sic ἐνθεώτατα φιλοσοφεῖν Grego.

Περὶ ἐπιρρημάτων συγκριτικῶν καὶ ὑπερθετικῶν.

Comparatiua verò per ſingulare enunciãtur, vt ἀληθέστερον, δικαιότερον. Formantur & in ω, vt μακροτέρω. Ariſtot. in Probl. ſegmento XI. Διὰ τί ἡ φωνὴ ὀξυτέρα φαίνεται τοῖς μακροτέρω ἀφεστηκόσι, τοῦ ὀξέος ὄντος ἐν τῷ ταχέως φέρεσθαι. τὸ δὲ μακροτέρω φαινόμενον, βραδύτερον κινεῖται. Idem, Τὰ ἐγγυτέρω τῆς ἀρχῆς, πρότερα. Idem, Ὥστε διὰ τοῦτο πορρωτέρω μὲν διιόντων ἀμιγέστερα γίνεται ἡ ὀσμή. Idem in Probl. ſect. XV. Τοὺς ἐξωτάτω, pro extremis dixit. Xenoph. ἐνδοτέρω dixit. Et in ſuperlatiuo ἐνδοτάτω, ἐγγυτάτω & προσωτάτω Ariſtoteles. Formantur & in ως vt poſitiua,



vt ἀληθεστέρως verius Plato dixit. & ῥαθυμοτέρως διάγειν Ariſtoteles in VII. Politicon. εὐμενεστέρως Iſocrates. Xenoph. Καὶ ὀρθὸς ὤν, ἐρρωμενεστέρως ἂν δύναιτο ἀκοντίσαι. Sic ἐπιδηλοτέρως καὶ ἐκτοπωτέρως καὶ χαριεστέρως Ariſtoteles. Dicunt etiam non tantùm πρότερον aduerbialiter καὶ δεύτερον, ſed etiam προτέρως καὶ δευτέρως. Ariſtotel. in VIII. Ethicorum, Ἔστι γὰρ ἐν μὲν τοῖς δικαίοις τὸ κατ᾽ ἀξίαν, προτέρως. τὸ δὲ κατὰ ποσόν, δευτέρως, hoc eſt, primo & ſecundo loco conſiderandum. vel, primarium locum & ſecundarium obtinens.

Πρώτως καὶ δευτέρως.

Formantur etiam à participiis aduerbia in ως, vt ἀνειμένως, ἐπισταμένως, ſcitè, πεφυλαγμένως cautè, ἐξαρκούντως ſufficiẽter, ἀρεσκόντως gratè. Xenoph. Μὴ τὴν ὥραν ἀρεσκόντως γέ μοι ταῦτα ποιεῖς, Non ita vt hora mihi placeat. Formãtur autẽ à genitiuis pluralis numeri, quare etiã eorũ ſeruant accentũ, vt αὐτάρκως παροξυτόνως, quia τῶν αὐτάρκων dicitur, & συνήθως καὶ τῶν συνήθων. Sic κακοήθως, εὐήθως.

Ὁσία ἡ.

Ὁσία etiã numero ſingulari iuſta funebria ſignificat. Chryſoſt. ad Epheſios cap. IIII. ὅσιον, inquit, λέγεται τὸ καθαρόν, τὸ ὀφειλόμενον. διὰ τοῦτο καὶ τὴν ὁσίαν τῶν ἀπελθόντων φαμέν. vbi deeſſe puto hæc verba, τῷ θεῷ, vt ſit τὸ ὀφειλόμενον τῷ θεῷ. ὁσία igitur τῶν ἀπελθόντων dicitur, quia mortuis iuſta exequiarum & parẽtalia debẽtur. quæ ob id fortaſſe iuſta dicta ſunt. Cicero, Plato iuſta funerum reiicit. Liuius, Vt iuſta funebria placandóſque manes doceret. Eſt autẽ ὁσία ἡ τῶν τεθνηκότων κηδεία καὶ τιμή. Gregor. ἐν τῷ εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφ. ἐπιταφ. Φέρε δὴ προσβάλωμεν ἤδη τοῖς ἐγκωμίοις, τὴν ὀφειλομένην ὁσίαν, ὡς ἄλλο τι χρέος τῶν ἀναγκαιοτάτων, ἀποπληροῦντες, καὶ ἅμα τοὺς πολλοὺς εἰς ζῆλον τῆς αὐτῆς ἀρετῆς ἐκπαιδεύοντες. ſic appellans parentalem orationem, mortuǽque laudationem.

Ἀφοσιοῦσθαι.

Verum enimuero ἀπὸ τῆς ὁσίας deriuatũ eſt Ἀφοσιοῦσθαι verbum, quod ὁσίας ἕνεκα ποιεῖν τι ſignificat, hoc eſt ἕνεκα τοῦ ἀμέμπτου καὶ ἀνεπιλήπτου, hoc eſt hactenus vt reprehenſione careat qui fecerit. quod qui faciunt, perfunctorie agere & defunctorie dicuntur, vt olim in Annotationibus diximus. Eſt enim Ἀφοσιοῦσθαι, non acri intentione, non ex animi promptitudine, & cum intentione agere, ſed quouis modo, & quaſi præuaricari, καὶ τυχόντως ποιεῖν, ea tantùm gratia ne incuſemur ob rẽ neglectam. Greg. εἰς Βασίλειον, de laudatione eius loquens, Ἐμοί τε γὰρ ἔσται τοῦτο χρέος ἱκανῶς ἀφωσιωμένον. χρέος δ᾽ εἴπερ ἄλλο τι, τοῖς ἀγαθοῖς τά τε ἄλλα, καὶ περὶ τὸν λόγον, ὁ λόγος, Mihi enim hoc debitum hactenus erit perſolutũ, vt quidem eo defunctus eſſe videar. Debetur enim ſi quid aliud, certe oratio, viris cum cætera bonis, tum etiã dicendi facultate præditis. ac ſi diceret, debetur imprimis oratori viro bono oratoria laudatio. Idem in eadem, εἰς γὰρ τὸ ἱερὸν εἰσελθὼν μετὰ πάσης τῆς περὶ αὐτὸν δορυφορίας (ἦν δὲ ἡμέρα τῶν ἐπιφανίων καὶ ἀθροισμός) καὶ τοῦ λαοῦ μέρος γενόμενος, οὕτως ἀφοσιοῦται τὴν ἕνωσιν, quodam modo vt vnum ſe fecit ex populo, licet apertè & planè, & bona fide Chriſtianũ non egerit. Idem εἰς Ἀθανάσιον, Ὀλίγα ἐκ πολλῶν τῶν ἐκείνου διεξελθόντες, ἵνα τε τὸν ἡμέτερον ἀφοσιώμεθα πόθον, καὶ τῇ πανηγύρει τὸ εἰκὸς ἐκπληρώσωμεν, vt & deſiderio noſtro aliquantulũ ſatiſfaciamus, & multitudinis frequenter circunfuſæ expectationi reſpondeamus. Iſæus περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου, Καὶ τριηραρχῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλεσεν, οὐκ ἐκ συμμορίας τὴν ναῦν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν αὐτοῦ δαπανῶν. οὐδὲ δύο ἔτη καταλιπών, ἀλλὰ συνεχῶς. οὐδ᾽ ἀφοσιούμενος, ἀλλ᾽ ὡς οἷόν τε ἄριστα παρασκευαζόμενος, nec præuaricabũdè, nec per-

functoriè,aut quolibet modo,ſed quàm fieri poteſt optimè omni appara-
tu inſtructus.Chryſ.in loco ſupradicto,qui mutilatus eſt,vt opinor,in exē
plaribus editis, ἔθος ἡμῖν,inquit, λέγειν ἀφωσιωσάμην,cũ ſignificare volumus
οὐδὲν ὀφείλω,hoc eſt officio functus ſum, οὐκ εἰμὶ ὑπεύθυνος,iã nihil debeo.vt
qui iuſta funeris fecit mortuis,iã dicere poſſet,οὐκ ἔτι ὑπεύθυνος λοιπόν εἰμι
αὐτοῖς. Plut.in Cimone de Pericle loquens, πλὴν ἔν γε τῇ δίκῃ πρᾳότατον γενέ-
σθαι τῷ κίμωνι, καὶ πρὸς τὴν κατηγορίαν ἅπαξ ἀναστῆναι μόνον,ὥσπερ ἀφοσιούμενον,
quaſi præuaricantem. Ἀφοσιοῦσθαι proprie eſt aliquid facere ſoluendi a-
nimum religione cauſa. Animos enim obſtrictos religione habere ſe di-
cebant,cum aut legitima ſtatáque ſacra ſuo die non peracta fuerant,aut
non rite peracta, aut cum piaculũ quouis modo admiſſum augures aru-
ſpicéſve nunciabant.Plato lib.9. legum,Δικαστὴν μὲν αὑτῷ καθεζέτω τῶν γεγό-
νων τὸν ἐγγύτατον,ὁ προσήκων γένει, ἀφοσιούμενος ὑπέρ αὑτοῦ τε καὶ ὑπὲρ τῆς συγγενείας
ὅλης,vt ſe huius accuſationis cædis religione,τοῦ τιμωρεῖν τῷ φονευθέντι, & to-
*Oblata religio* tam cognationem liberet. Cicero oblatam religionem appellat,ad Plã-
cium ſcribens,Recitatis literis oblata religio prætori pullariorum admo-
nitu,non ſatis diligẽter operam auſpiciis dediſſe, προσβόπαιον ἐγένετο. Di-
*In religionem trahere.* citur & in religionem quod factũ eſt aut omiſſum trahere, ἐνθύμιον ποιεῖ-
*Religioni eſſe, uel habere.* σθαι.& religioni fuit vel habitum eſt. Liuius lib.v.ab vrbe. Iouis Soliſque
equis æquiparatum dictatorem in religionem etiam trahebant, ἐξεθεία-
*Ἐκθειάζειν.* ζον.Herodia.de templo Pacis exuſto fulmine,Ὅθεν καὶ τὸ πᾶν ἔργον ἐξεθειάσθη,
Vnde res tota in religionem tracta eſt. Thucyd. de lunæ deliquio, Καὶ οἱ
*Ἐνθύμιον ποιεῖσθαι.* Ἀθηναῖοι οἱ πλείους ἐπισχεῖν ἐκέλευον,ἐνθύμιον ποιούμενοι, Athenienſiúmque ple-
rique rem in religionem trahentes,ſuperſedendum cenſebant. Antiph.
in accuſat.cædis,Ἀδίκως δὲ ἀπολυομένου τοῦδε ὑφ᾽ ὑμῶν,ἡμῖν προστρόπαιος ὁ ἀπο-
θανὼν οὐκ ἔσται,ὑμῖν δὲ ἐνθύμιος γενήσεται,Quòd ſi hunc ſontem iniuſtè abſo-
lutum dimiſeritis,is qui interfectus eſt,nõ noſtrum animum, ſed veſtrũ
religione obſtringet.id eſt, religioni vobis iudicibus erit mors eius inulta,
non nobis accuſatoribus,qui officium noſtrum impleuimus.Idem alibi
de eo loquens quem inſontem videri volebat, ob id quòd cædem incul-
pata ſui tutela perpetrarat, Ὅ,τε γὰρ ἀποκτείνας,τοῦ θανόντος οὐδὲν ἧσσον τοῖς αἰτίοις
*Προστρόπαιος.* προστρόπαιός ἐστιν.οὗτός τε δημοσίως διαφθαρεὶς,διπλάσιον καθίστησι τὸ μίασμα τῶν ἀλι-
τηρίων,τοῖς ἀποκτείνασιν αὐτὸν,Nam & qui cædem ille quidem , ſed innocen-
ter admiſit : ſi ob eam cædem damnetur, non minus ſua morte obſtrin-
gere religione auctores damnationis poteſt, quàm is cuius cædes perpe-
trata eſt. Et hic reus ſceleratè extinctus,geminato piaculo eos cõſcelera-
bit nefarios homines qui ſe interfecerint, hoc eſt ſuos accuſatores. Δει-
*Religio.* σιδαιμονίᾳ περιέχεσθαι Athenæus dixit pro religione teneri. Religio eſt
Latinè loquentibus,id quod vulgo debitum officii,hoc eſt iuſtam mune-
ris functionem appellant.Cic.in Verr.act.vlti.Ego quos adhuc mihi ma-
giſtratus Po.Romanus mandauit,ſic accepi, vt me omnium officiorum
obſtringi religione arbitrarer, οὕτως ἀπεδεξάμην, ὥστε ἐμαυτὸν ᾠήθην ἁπάν-
των τῶν καθηκόντων δεισιδαιμονίᾳ ἔνοχον ἔσεσθαι.Plutarch.in Public.Δεισιδαιμονία
ἥψατο τῆς πόλεως , religio ciuitatem inuaſit . Religio alioquin eſt ἡ περὶ τὸ



θεῖον εὐλάβεια.Quare prò pia anxietate & ſuperſtitione ponitur.Cic.in Ver.
Tanta religione obſtricta tota prouincia eſt, tãta ſuperſtitio ex iſtius fa-
cto mentes omnium Siculorum occupauit.Idem in Philip.Inexpiabiles
religiones in Rempub.inducerẽtur, id eſt anxietates & ſolicitudines ob
iram diuinam quæ impendere videretur. Religione noua ſe obligare eſt
quod ii faciunt,qui ſeſe dedunt in conſecrata periſtylia,ſalutem mundo
dicentes,& ſemel è publico ſecedentes.vnde tamen hodie referre pedem
tam ſolenne eſt, quàm cauſariam miſſionem à caſtris impetrare. Dici-
tur & nouam religionem ſuſcipere, vtroque Cicero vtitur in oratione *Religionem*
pro domo ſua, δεισιδαιμονίαν ἀναιρεῖσθαι. Dici poteſt etiã τὴν ὕστερον δίαιταν ἑαυ- *ſuſcipere.*
τοῦ ἐκθειάζειν. eſt enim Ἐκθειάζειν cõſecrare & Deo dedicare. Significat etiã *Ἐκθειάζειν.*
ἀποθεοῦν,& dei appellatione dignari & inſignire. Herodi. Ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις
ἐκθειάζειν τοὺς βασιλέας, inter diuos referre. Idem de Commodi cæſarie ad
Solem reſplendente,Ὡς τοὺς μὲν,οἴεσθαι ῥίνημα χρυσοῦ προϊόντι ἐπιπάσσεσθαι.τοὺς
δὲ,ἐκθειάζειν,λέγοντας αἴγλην τινὰ οὐράνιον περὶ τὴν κεφαλὴν συγγεγενῆσθαι. Ἐκθειάζειν
dixit pro ad diuinitatis indicium trahere, diuinum eſſe exiſtimare. Et de
Ganymede lib.1.Ἐκθειάσθηναι δὲ τὸ πάθος τοῦ μειρακίου εἰς Διὸς ἁρπαγὴν καὶ μῦ-
θον,ad Iouis raptum & fabulam relatum eſſe.Appia.in 2.τῶν ἐμφυλίων,de pu-
blicanis loquens quibus Cæſar in conſulatu tertiam partem conductio-
num remiſit,Ὁ δὲ καῖσαρ ἐς οὐδὲν τότε τῆς βουλῆς δεόμενος,ἀλλὰ μόνῳ τῷ δήμῳ χρώ-
μενος,τὰ τρίτα τῶν μισθώσεων αὐτοῖς παρῆκεν. οἱ δὲ ὑπὲρ τὴν σφετέραν ἀξίωσιν ἀδοκή-
του τῆς χάριτος αὐτοῖς γενομένης,ἐξεθείαζον αὐτὸν,id eſt,vt deum colebãt & obſer-
uabant.Plutarch.in Sertor.de cerua Sertorii,Χρόνῳ δὲ ποιησάμενος τιθασὴν,
κατὰ μικρὸν ἐξεθείαζε, φάσκων Ἀρτέμιδος δῶρον εἶναι.Et in quinto Sympoſ.Οἱ γὰρ
ἄνθρωποι τὰ κοινὰ ταῖς χρείαις ἐπιπολὺ φανέντα ἐκθειάζουσιν, ὡς τὸ ὕδωρ,ὡς τὸ φῶς, τὰς
ὥρας.τὴν δὲ γῆν οὐ μόνον θεῖον, ἀλλὰ καὶ θεὸν ὑπολαμβάνουσι, hoc eſt, diuina eſſe
exiſtimant.Idem in Alexan.Πρὸς μὲν τοὺς βαρβάρους σοβαρὸς ἦν,καὶ σφόδρα πε-
πεισμένῳ περὶ τῆς ἐκ θεοῦ γενέσεως καὶ τεκνώσεως ὅμοιος.τοῖς δὲ ἕλλησι μετρίως καὶ ὑπο-
φειδόμενος ἑαυτὸν ἐξεθείαζεν,naturam ſibi diuinã tribuebat & aſſerebat ſub-
uerecundè. Ἐκθειοῦν Philo dixit in libro de mundo pro conſecrare,& vt *Ἐκθειοῦν.*
eum colere,hoc eſt ἐκθειάζειν,ἀποθειοῦν.Vt autem dicũt animos religione
obligare , ita religione animos ſoluere dicitur,cum ſuperſtitio animis
eximitur,aut etiam religio ob piaculum admiſſum.Liuius libro ſupradi-
cto,Tandem eò,quod leuiſſimum videbatur, decurſum eſt, vt qui ſe do-
múmque religione exoluere vellet, cum ſibimet ipſi prædam æſtimaſſet
ſuam,decimæ precium partis in publicum deferret. Vnde Ἀφοσίωσις ap- *Ἀφοσίωσις.*
pellatur expiatio quæ fit animum exoluendi religione gratia,& generali
vocabulo omnis expiatio ſic dicitur. & verbũ Ἀφοσιοῦν. Plutarch. Χρῶν- *Ἀφοσιοῦν.*
ται δὲ μάλιστα αὐτῷ ἐπὶ τὰς ἀφοσιώσεις καὶ τοὺς καθαρμούς.Plato,Εἰ μὴ ἀφοσιώσεις σεαυ-
τόν τε καὶ ἐκεῖνον. Ἀφοσιοῦσθαι etiam expiare & procurare triſtem aliquam
expectationem ob numen violatum, aut aliâs infenſum & minabundũ.
Idem in Cæſ.Κάτωνα δὲ γνώμην ἀποφήνασθαί φασιν, ὡς ἀποδοτέον ἐστὶ τὸν Καί-
σαρα τοῖς βαρβάροις,ἀφοσιουμένους τὸ παράσπονδημα, vt expiarent fœdus viola-
tum.Idem,Ἀφοσιώσεως χάριν τὰ τῶν βασιλέων παραλαβόντες ὀνόματα,vt ſoluant

animũ religione, ne infeſtentur conſcientia admiſſi piaculi. AEſch. voce actiua, vt Plato, dixit, Καὶ τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀφοσιῶ, id eſt, expio & religione ſoluo. Plato rurſus in Phædro, Καί τινα φωνὴν ἔδοξα αὐτόθεν ἀκοῦσαι, ἥ με οὐκ ἐᾷ ἀπιέναι πρὶν ἂν ἀφοσιώσωμαι, ὥς τι ἡμαρτηκότα εἰς τὸν θεόν, antequã expiarer. Greg. ἐν τῷ εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν ἐπιταφίῳ, Ἐῤῥέτωσαν μοι οἱ ἀγῶνες ἑλληνικοί, καὶ ὅσα διὰ χοῶν τε καὶ ἀπαργμάτων, ἢ στεμμάτων καὶ ἀνθέων νεοδρέπτων ἀφοσιοῦνται τοὺς ἀπελθόντας ἀνθρώπους, Expiant mortuos apud Græcos, hæc (inquit)

Ἀπελθόντες. valeant, & in malam rem abeant. Ἀπελθόντες autem οἱ τεθνηκότες dicuntur, vt Latinè è vita excedentes & decedentes, identidem apud ipſum, & Chryſoſtomũ. Laert. in Plat. Εἴκοσιν ἔτη διήκουσε σωκράτους. ἐκείνου δ᾽ ἀπελθόντος, προσεῖχε κρατύλῳ τε καὶ ἑρμογένει. Herodot. in Melpõ. de Etearcho Cretenſi loquens, qui Themiſonẽ hoſpitem ſuum ad iuſiurandũ adegerat, facturum quod Etearchus ab eo poſtulaſſet: & poſt iuriſiurandi obligationem, filiam Phronimen ſummergendam dederat ipſi, Ὁ δὲ Θεμίσων περιημεκτήσας τῇ ἀπάτῃ τοῦ ὅρκου, διαλυσάμενος τὴν ξενίην, ἐποίησε τοιάδε. παραλαβὼν τὴν παῖδα, ἀπέπλεε. ὡς δὲ ἐγένετο ἐν τῷ πελάγει, ἀποσιεύμενος τὴν ἐξόρκωσιν τοῦ Ἐτεάρχου, σχοινίοισι αὐτὴν διαδήσας, κατῆκε εἰς τὸ πέλαγος. ἀνασπάσας δὲ ἀπίκετο εἰς τὴν θήρην, ἀποσιεύμενος τὴν ἐξόρκωσιν, id eſt defungi iuriſiurandi religione volens, demiſſam in mare puellam funiculis alligatam, ſtatim extraxit, vt promiſſo ſatiſfaceret. Hoc verbum Liuius libro primo ita expreſſit, de Romulo & fratre loquens, Ita velut defuncti regis imperio, in proxima alluuie, ubi nunc ficus ruminalis eſt, pueros exponunt. Quod dici ſic poteſt, οὗτοι τοίνυν ὥσπερεὶ ἀφοσιωσάμενοι τὸ τοῦ βασιλέως παράγγελμα, ἐν τῇ ἐξωτάτῳ προσκλύσει τὰ νήπια ἐκτιθέασι. Quicquid igitur non enixè: non bona fide & ſtrenuè: ſed perfunctoria fit opera: Ἀφωσιωμένον dicitur. Baſil. τοῖς ὑφ᾽ ἑαυτὸν ἀσκηταῖς, Οὗτος ἑσπέρας ἤδη βαθείας καθεύδοντί μοι λέγεται πλησιάσαι τῷ οἰκήματι ἡμῶν. ἀκούσας δὲ ὅτι καθεύδω, ἀπελθὼν, οὐκ ἔτι τῇ ὑστεραίᾳ ἡμῖν προσήγγισεν. ἀλλ᾽ οὕτως ἀφοσιωσάμενος τὸ καθ᾽ ἡμᾶς ἀπῆλθε, id eſt ſeſe exiſtimans defunctum officio mei conueniendi, quòd ſemel tantum domum meam venerat. Et Ἀφοσιώσασθαι eſt defunctoriè agere, & ſtrictim quippiam tractare, non planè nec exactè. Plato lib. VI. de legib. Φημὶ γὰρ, ὦ κλεινία, κνωσίοις χρῆναι τῶν ἄλλων διαφερόντως κρητῶν, μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι περὶ τῆς χώρας ἣν νῦν κατοικίζετε, συντόνως δ᾽ ἐπιμεληθῆναι τὰς πρώτας ἀρχὰς εἰς δύναμιν, ὅπως ἂν στῶσιν ὡς ἀσφαλέστατα. Ἀφοσιοῦν etiam dicare eſt & conſecrare. Athen. lib. XII. Οὐ μόνον δὲ Λυδῶν γυναῖκες ἄφετοι οὖσαι τοῖς ἐντυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ Λοκρῶν καὶ τῶν περὶ Κύπρον, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἑταιρισμῷ τὰς ἑαυτῶν κόρας ἀφοσιούντων, παλαιᾶς τινὸς ὕβρεως ἔοικεν εἶναι πρὸς ἀλήθειαν ὑπόμνημα, Nec verò Lydorũ tantum fœminæ ſine cuſtodia agentes, veneríque omniũ obuiæ, ſed etiam Locrenſium ac Cyprũ incolentiũ: denique omniũ (vt ſemel dicam) fœminæ, quibus mos eſt puellas ſuas Veneri meretrici proſtitutáque conſecrare, monumentum eſſe videntur vetuſtæ cuiuſdam iniuriæ reuera perpetratæ, ob quam nunc pœnas pendunt. De iis Herodotus in primo ita inquit, Τοῦ γὰρ δὴ Λυδῶν δήμου αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι, καὶ συλλέγουσί σφισι φερνάς, ἐς ὃ ἂν συνοικήσωσι τοῦτο ποιέουσαι. ἐκδιδόασι δὲ αὐταὶ ἑωυτάς, quoad nubant eum quæſtum factitantes.



quare & ſemetipſas ſuo ære nuptui collocant. Strabo in VIII. Ἀνατιθέναι dixit quod Athenæus ἀφοσιοῦν, Τό, τε τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν οὕτω πλούσιον ὑπῆρξεν, ὥστε πλείους ἢ χιλίας ἱεροδούλους ἐκέκτητο ἑταίρας, ἃς ἀνετίθεσαν τῇ θεῷ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες. Iuſtinus, Mos erat Cypriis, virgines ante nuptias, ſtatutis diebus pecuniam dotalem quæſituras, in quæſtum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas. Ἱερόδουλοι ſunt ſerui Ἱερόδουλοι. & ancillæ conſecratæ: quales ſunt quos religioſos & religioſas vulgus appellat, quaſi Deo religioníque addictos. Quo nexu cum nullus ſit validior apud pias mentes religioníſque rectæ reuerentes & orthodoxæ: qui inde ſeſe eximunt, & per orbem vagãtur vt liberi, furtum vtique ſui domino primũ, eidémque Deo, deinde cœnobiarchis antiſtitibúſque faciũt atque ſodalitiis, plurimorum quidem hominũ opinione. Africanus Iuriſconſ. Ancilla fugitiua quemadmodum ſui furtum facere intelligitur, ita partum quoque cõtrectando furtum facit. Extat etiam ſanctio Diocletiani & Max. his verbis, Seruum fugitiuum ſui furtum facere: & ideo non habere locum nec vſucapionem, nec longi temporis præſcriptionẽ manifeſtum eſt. Hoc ius religionis hac ætate imperitos tantum tenere exiſtimatur, qui omneis chartas (vt aiunt) ſacri ſtudii non euoluerunt. peritiorum partim cuiuſmodi nouarum rerum aſſertores videri volunt, non hoc ius ſed iniuriam eſſe contendunt, liberarúmque mentium plagium legitimum improbabili quodam more inductum, iuréque recentiore recepto, potius quàm diuino, aut priſcæ ſapientiæ: partim qui cautius negotiari nouerunt, eo amplius aduerſus huiuſcemodi nexa, manúſque iniectiones cœnobiarcharum, cereas ac plumbeas auctoritates circunferunt, quaſi poteſtate tribunitia tuti & ſacroſancti. quarum fiducia, auctoritatum quoque ipſarum conditores & largitores cauillis exagitantur. de rebus enim diuinis interdum animi cauſa ſermocinari gaudemus, non minore licentia, quàm Momum apud ſuperos ludificari deorum numina priſci fabulati ſunt. In quoſdam tamen improbiores niſi quamprimùm ſeueritas legum ſacrarum exerceatur, quid cauſæ eſt tandem, vt theologi vociferantur, quin ad fugitiuos rerum humanarum ſumma, id eſt religionis conſtituendæ arbitrium, peruentura ſit? In libro Eſdræ vbique ἱερόδουλοι vocantur, qui Nathinnæi in Latina editione appellantur, vt capite 2. & VII. & VIII. Ἀφοσιοῦσθαι præter ſupradicta, abominari auerſaríque ſignificat, & velut atrum infauſtúmque deteſtari. Plutarchus in Cæſare, Εἰ δὲ δοκεῖ, πάντως ἔφη ἀφοσιώσασθαι τὴν ἡμέραν, id eſt hoc die tanquam infauſto nefaſtóque nihil agere, & ἀποφράδα τὴν ἡμέραν ἡγεῖσθαι. Idem, Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀφοσιοῦνται τὴν ἡμέραν καὶ δεδοίκασιν. & de Mithridatis defuncto ad Pompeium allato, Οὐ γὰρ αὐτὸς Πομπήιος ἰδεῖν ὑπέμεινεν, ἀλλ᾽ ἀφοσιωσάμενος τὸ νεμεσητὸν, εἰς Σινώπην ἀπέπεμψε, id eſt, inuidiam facinoris deteſtatus & ἀποδιοπομπησάμενος. Inde fit vt pro recuſare & repudiare ponatur munus oblatum. Vt in Antonio, Ἀφοσιουμένου δὲ αὐτοῦ καὶ δεδοικότος λαβεῖν, τί ὦ πόνηρε φάναι τὸν ἄνθρωπον, ὀκνεῖς; οὐκ οἶδας ὅτι ὁ διδοὺς Ἀντωνίου παῖς ἐστὶν, ᾧ τοσαῦτα πάρεστι χρυσᾶ χαρίσασθαι; Syneſius hoc verbum

cum datiuo iunxit, τοῖς πρεσβυτέροις ſcribens, Ὁ γὰρ ἐννεάσας τῇ κατὰ φιλοσοφίαν σχολῇ, καὶ θεωρίᾳ τῶν ὄντων ἀπράγμονι, καὶ τοσοῦτον ὁμιλήσας φροντίσιν ὅσον ἀφοσιώσασθαι ταῖς μετὰ σώματος βίῳ, καὶ τῷ πολίτης γεγονέναι πόλεως, πῶς ἀρκέσω μερίμναις ἐχούσαις συνέχειαν; Etenim qui iuuentutem in otio philoſophico, atque in contemplatione naturarũ traduxi procul ab omni negotio, hactenus etiam in curis verſatus ſum, vt curare vtcunque corpus quirem ad vitam tolerandam: & tantum vt ciuis hominis locum tuerer: quo tandem modo par eſſe curis potero perpetuitate conſertis? Herodian' aliter vſus eſt ἐν διηγήσει τοῦ μακρίνου, Νῦν δὴ καιρὸς τιμήσαντας ὡς χρὴ τὴν μνήμην τοῦ τετελευτηκότος, ἀφοσιωσαμένους τε τὰ πρὸς ἐκεῖνον, ἔχεσθαι τῶν ἐπειγόντων, id eſt, cum iuſta funeri perſoluerimus, incumbere ad ea tempus eſt quæ vrgere videntur, prouidentiámque poſcere. de Caracalla loquens. Non quòd ἀφοσιοῦσθαι priuatim ſignificet iuſta facere, licet quidam τὰ ὅσια καὶ τὴν ὁσίαν pro iuſtis funerum intelligant: ſed quòd ἀφοσιοῦσθαι in vniuerſum ſignificet τὰ δίκαια καὶ ὅσια ποιεῖσθαι πρός τινα, hoc eſt, officia non negare, cultum debitum ita exhibere ne reprehendi poſſit negligentia. Idem lib. 2. Κατὰ γὰρ καιρὸν ὃν ἀπήγγελλεν Περτίναξ παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, μετὰ τὸ προελθεῖν καὶ θῦσαι ὁ Σεβῆρος, τόν τε ὑπὲρ τῆς βασιλείας ὅρκον ἀφοσιώσασθαι, ἐπανελθὼν εἰς οἰκίαν, εἰς ὕπνον κατηνέχθη μέγαν, id eſt, cum in publicum Seuerus progreſſus, pro ſalute principis hoſtias immolaſſet, in verbáque ipſe Auguſti adactus, milites etiam iureiurando adegiſſet. hoc eſt, cum recte atque ordine in ea parte Reipub. officio functus eſſet. Plato in Phædone, ἀφοσιοῦσθαι poſuit pro leuiter aliquid agere, & defungendi gratia: quod conuenit his quæ ſuprà dicta ſunt, Ἀσφαλέστερον γὰρ εἶναι μὴ ἀπιέναι πρὶν ἀφοσιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα, πειθόμενον τῷ ἐνυπνίῳ, hoc eſt vtcunque finxiſſe poemata & carmina, quando ita inſomnio admonitus fueram.

Εἰσφέρειν. Εἰσφέρειν τὸν νόμον eſt legem ferre & rogare. Athen. Ἀριστοφῶν ὁ ῥήτωρ, ὁ τὸν νόμον εἰσενέγκων ἐπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται, νόθον εἶναι. Demoſth. Καὶ πρῶτον μὲν ἐφ' ὑμῖν ἐποίησαν οἱ νόμοι διαχειροτονίαν, πότερον εἰσοιστέος ἐστὶ νόμος καινός, ἢ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ κείμενοι, Et primùm quidem leges arbitrii veſtri eſſe voluerunt, vtrum lex noua ferenda ſit, an quæ iam latæ ſunt ſufficiant. Εἰσφέρειν τὴν γνώμην ἐν τῇ βουλῇ, eſt in medium afferre ſententiam: palàm cenſere aliquid faciendum, & auctorem eſſe eius ſententiæ. Nam γνώμην ἀποφαίνεσθαι, eſt ſententiam dicere quoquo modo.

Ἀντεισφέρειν. Ἀντεισφέρειν eſt legi latæ legem cõtrariam ferre, & vt Feſtus inquit, legem legi obrogare. quod

Παρεισφέρειν. etiam Παρεισφέρειν dicitur, hoc eſt παράλληλον νόμον φέρειν, quaſi legem cum lege, & rogationem cum rogatione componere, vt παρακαλεῖν, παρεκτείνειν, & alia de quibus iam diximus. Demoſth. πρὸς Λεπτίνην. Ἀλλ' οὐκ ἐν ᾧ νῦν ὅδε ἀντεισφέρει νόμῳ, non ſic autem in ea lege quam hic nunc obrogat. Idem, Ἀλλ' ὁ παλαιὸς ὃν οὗτος παρέβη νόμος, οὕτως κελεύει νομοθετεῖν. γράφεσθαι μὲν ἄν τις τινὰ τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται, παρεισφέρειν δ' ἄλλον ὃν ἂν τιθῇ, λύων ἐκεῖνον. Proinde quod Cicero ad Atticũ ſcribens libro tertio ita inquit, Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat: Græcè ſic dici poteſt, ὃ δὴ διὰ τὸν νόμον τὸν Κλώδιον εἰσφέρειν, ἀναιρεῖν,



ἀναιρεῖν, ἀφαιρεῖν, ἀντεισφέρειν ἀδεῶς μὴ ἐξεῖν. νομοθετεῖν etiã τὸν νόμον, & ἐπικυροῦν, & γράφειν, & ἐπιψηφίζειν, & ἐπιχειροτονεῖν dicunt, cum ferre legem & rogare ſignificare volunt. & μεταποιεῖν τὸν νόμον, derogare legi vel obrogare aliquid legi. Abrogare verò legem eſt ἀποχειροτονεῖν, ἀποψηφίζεσθαι, καταλύειν, περιαιρεῖσθαι, ἀναιρεῖν, hoc eſt antiquare.

Οἱ ἕνδεκα, vndecimuiri capitales. Verba legis apud Demoſthenem κατὰ Τιμοκράτ. hæc leguntur, Ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ, τῶν γονέων κακώσεως ἡλωκώς, ἢ ἀστρατείας, ἢ προειρημένων αὐτῷ τῶν νόμων εἴργεσθαι, εἰσιὼν ὅποι μὴ χρή, δησάντων αὐτὸν οἱ ἕνδεκα, καὶ εἰσαγόντων εἰς τὴν ἡλιαίαν. κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεστι, eum vndecimuiri in vincula coniiciunto: atque ad iudicium ſiſtunto. ibi qui volet accuſato, quibus quidem lege liceat. Vndecimuiri ſic erant Athenis, vt Romæ triumuiri, de quibus in Annotationibus vt opinor diximus. Οἱ ἕνδεκα.

Quòd ſi ſuperioribus verbis addantur hæc quæ ſequuntur, ὁ δέ, δεδεμένος ἀπολογείσθω, ſignificabitur, ipſe autem reus è vinculis cauſam dicito. Lyſ. κατὰ Ἀλκιβ. Καὶ ὅτε μὲν παῖς ἦν (οὕτω δῆλος ἦν ὁποῖός τις ἔσται) διὰ τὰ παρὰ τοῦ ἁμαρτήματα ὀλίγου δεῖν τοῖς ἕνδεκα παρεδόθη. Quædam lex dicit, δησάντων ἐν τῷ ξύλῳ οἱ ἕνδεκα, ἢ ἐν τῇ ποδοκάκῃ, id eſt compede, quaſi ποδοκατοχῇ. Ἡλιαία maximum erat iudicium Athenis, vt ſubſellia Romæ. In eo enim iudicia publica exercebantur. Ἡλιάζεσθαι autem apricari, εἱληθερεῖσθαι, & ἐν τῇ ἡλιαίᾳ δικάζειν, de quo alibi diximus. Demoſth. κατὰ Τιμοκράτ. Ἐὰν μὲν αὐτὸς ὀφλὼν ἱκετεύῃ πρὶν ἐκτίσαι, ἔνδειξιν εἶναι κατ' αὐτοῦ, καθάπερ ἐάν τις ὀφείλων τῷ δημοσίῳ, ἡλιάζηται, id eſt, inter iudices magni iudicii ſedeat. Cæterum Ἀπολογεῖσθαι defendere ſignificat & recuſare, hoc eſt crimen depellere & diluere. & accuſatiuo iungitur vt Latinè excuſo. Polyb. Οἱ δὲ πρεσβευταὶ παραγενόμενοι, πρῶτον μὲν ἀπελογήσαντο τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου καὶ τῆς διαβάσεως. & Ἀπολογοῦμαι excipio, id eſt excipiendo dico, παραγράφομαι. Demoſth. πρὸς Ἀπατούριον, Ταῦτα παρέχοντος ἀπολογουμένου, ἔστιν ὅστις ἂν ὑμῶν δίαιταν κυρίαν ἔγνω εἶναι; & alibi ſæpe. Δεδεμένος ἀπολογείσθω. Ἡλιαία. Ἡλιάζεσθαι. Ἀπολογοῦμαι.

Ἐκλογοῦμαι etiam dicitur vt ἀπολογοῦμαι. Appian. in v. τῶν ἐμφυλίων, de Auguſto loquens colonias veteranis aſſignante, Ὁ δὲ καίπερ ταῖς πόλεσιν ἐξελογεῖτο τὴν ἀνάγκην, καὶ ἐδόκει ὡς οὐδ' ὡς ἀρκέσειν, excuſabat neceſſitatem. Idem in Mithridate, de Tigrane loquens, cui Pompeius diadema reſtituit, Ὁ δὲ ἐλθὼν ἐξελογεῖτο περὶ τῶν γεγονότων, καὶ ἐδίδου Πομπηίῳ μὲν αὐτῷ τάλαντα ἑξακισχίλια. εἰς τὴν στρατιὰν δὲ δραχμὰς πεντήκοντα ἑκάστῳ. & rurſus in eodem v. Ὁ δὲ καίπερ σὺν φίλοις καὶ ὀλίγοις ὑπασπισταῖς ἐς μέσους ἦλθεν, ἐντυχεῖν βουλόμενος, καὶ τὴν μέμψιν ἐκλογήσασθαι, hoc eſt diluere crimen, de ſeditione populi loquens ob edictum quoddam publicè ab ipſo Cæſare & Antonio propoſitum. Ὑπεραπολογοῦμαι, patrocinor, defendo alium, cauſam pro alio dico. Greg. ἐν τῷ εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἐπιταφίῳ, Οὐ γὰρ ἔφθανε κεκινημένος πολλάκις, καὶ ὑπεραπελογεῖτο τοῦ κινήσαντος, ἐρυθριῶν ὡς οἰκείοις τοῖς ἐκείνου πλάσμασι, ſæpe contingebat vt ira percitus, tamen eum qui ſe ad iram commouiſſet, patrocinio ſuo nõ fraudaret, in ſeſe culpam reiiciens alieni peccati, ob eámq; cauſam erubeſcẽs. Sic dicitur vt Ὑπερεντυγχάνω. Idem Greg. alibi, Ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. verba ſunt Pauli ad Romanos VIII. & Ὑπερέντευξις deprecatio apud eundẽ Gregoriũ. Sic Ὑπερεύχομαί σου, Ἐκλογοῦμαι. Ὑπεραπολογοῦμαι. Ὑπερεντυγχάνω. Ὑπερέντευξις. Ὑπερεύχομαι.

Ὑπερκινδυνεύω apud eũdem ipſum. & Ὑπερκινδυνεύω ſubeo pro te periculum. Chryſoſt.
Ὑπερμάχομαι. de charitate loquens, Ἤδη γάρ τις καὶ ὑπερεκινδύνευσε τοῦ ἐχθροῦ. & Ὑπερμά-
Ὑπερμαχῶ. Προμαχῶ. χομαι & Ὑπερμαχῶ, & ὑπερασπίζω propugno. quod & προμαχῶ dicitur.
Ὑπεραποθνήσκω. Plut. Ὑπερμαχῶν τῆς κοινῆς ἐλευθερίας. Ὑπεραποθνήσκω ſuccidaneum me tibi
in morte obeunda præbeo. Xenoph. κυνηγετ. Ἀντίοχος δὲ τοῦ παιδὸς ὑπεραπο-
θανὼν, τοσαύτης ἔτυχεν εὐκλείας, ὥστε μόνος φιλοπάτωρ παρὰ τοῖς Ἕλλησι προσαγορευ-
θῆναι. Sic appellantur ab Ariſtotele in nono Ethicorum qui pro patria
Ὑπεραγορεύω. mortem oppetũt. Ὑπεραγορεύειν patrocinari. Idem Ariſtot. in 2. OEcon.
Οὐκ εὐπορῶν δὲ ἀργυρίου, νόμισμα ἔκοψε κασσιτέρου, καὶ συναγαγὼν ἐκκλησίαν, πολ-
Ὑπερεῖπεν. λὰ τοῦ κεκομμένου νομίσματος ὑπερεῖπεν. Dicitur & Ὑπεραποκρίνομαι. Ariſtoph.
Ὑπεραποκρίνομαι. σφηξί, Χαλεπὸν μὲν, ὦ ἄνδρες, ἐστὶ διαβεβλημένου ὑπεραποκρίνεσθαι κυνός. λέξω δ'
Ὑπεραλγῶ. ὅμως. Ὑπεραλγῶ σου, vicem tuam doleo. & ὑπεράχθομαί σου, hoc eſt συνάχθο-
Ὑπεράχθομαι. Συνάχθομαι. μαί σοι. Appian. Οὗτος οὖν, ὡς συγγενὴς ὢν Καίσαρι, ὑπερήλγει μάλιστα αὐτοῦ τεθνηκότος,
vicem eius dolebat. Significat etiam ſupra modum doleo: quo modo
accepiſſe videtur Ariſtoteles in ſecundo Rhetor. Καὶ τὸ ὑπεραλγεῖν ἐπ' ἀλ-
Ὑπερδιατείνομαι. γοῦντι, κόλακος σημεῖον ἐστί, hoc eſt ὑπεράχθεσθαι. Sic Ὑπερδιατείνομαι ſupra mo
dum contendo. Ὑπερεκτείνομαι, ὑπερπαχύνομαι, ὑπερπλουτῶ, ὑπερσαρκῶ,
Ὑπερσταθμίζομαι. ὑπερσεμνύνομαι, ὑπερασθενῶ, ὑπερσταθμίζομαι, pōdere vinco, prægrauo, propē-
deo. Ὑπερτοκῶ, ὑπερκαρπῶ, fœcunditate præſto. & innumera alia.

Κακουργεῖν. Κακουργεῖν dicunt doloſè in ſuo munere verſari. & Κακούργημα huiuſ-
modi dolum malum. Sic enim apud Demoſthenẽ accipitur, licet etiam
Κακουργία. omne ſcelus ſignificet. Ariſtoteles Κακουργίαν pro ſubdolo & meticuloſo
Ὕβρις. maleficio accipit, & Ὕβριν pro aperto & improbo. Sic enim ſcribit in quar
to Politic. Γίγνονται γὰρ οἱ μὲν ὑπέρπλουτοι καὶ ὑπερίσχυροι, ὑβρισταὶ καὶ μεγαλοπό-
νηροι μᾶλλον. οἱ δὲ ὑπέρπτωχοι καὶ ὑπερασθενεῖς, κακοῦργοι, Etenim prædiuites homi-
nes & præualentes, improbi eſſe ſolent & confidentius iniqui. egentiſſi-
mi verò & perinfirmi, fraudulenti, & exiguè iniqui. Ὕβρις petulantiam,
ſuperbiam, inſolentiam, improbitatem, flagitium, ſtuprum & adulteriũ
Ὑβριστὴς καὶ ſignificat apud oratores. Vnde Ὑβριστὴς & Ὑβριστικὸς ἀνὴρ pro homine con-
ὑβριστικός. tumelioſo dicitur, & confidenter improbo. Ὑβρίζω improbiore iniuria
Ὑβρίζειν. afficio. Demoſth. Ὑβρισμένος οἷα οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποτε χορηγὸς ὑβρίσθη. Pla
to lib. VIII. legum, Τίς χρήσεται τῇ τοιαύτῃ πόλει, ἐν ᾗ δὴ νέοι μὲν νέαι τε εὐτραφεῖς
εἰσί, πόνων τε σφοδρῶν, οἳ μάλιστα τὴν ὕβριν σβεννύασιν, ἀργοί, id eſt qui libidinem,
laſciuiam, proteruitatem extingunt. Dicunt etiam Ὑβρίζω εἰς σέ. Idem,
Ἐμοῦ μὲν ὕβρισεν εἰς τὸ σῶμα. Et rurſus, Εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ᾤετο δεῖν ὑβρίζειν.
Ὑβρίζειν etiam eſt ſtupro contaminare. AEſch. κατὰ Τιμάρχ. Τίς οὐκ ἀπαίδευ-
τος εἶναι δόξει, τῇ μὲν γυναικὶ κατὰ φύσιν ἁμαρτανούσῃ χαλεπαίνων, τῷ δὲ παρὰ φύσιν ἑαυ-
Ὑβριστής. τὸν ὑβρίσαντι, συμβούλῳ χρώμενος; id eſt ἐπὶ πορνείᾳ ἑαυτὸν μισθώσαντι. Ὑβριστὴς
corruptor & flagitioſus. AEſch. Θεωρήσατε, ἀθηναῖοι, εἰς τοὺς ὁμολογουμένους ἀ-
γαθοὺς ποιητὰς καὶ χρηστούς. ὅσον κεχωρίσθαι ἐνόμισαν τοὺς σώφρονας καὶ τῶν ὁμοίων ἐρῶν-
τας, τοὺς ἀκρατεῖς ὧν οὐ χρή, καὶ τοὺς ὑβριστάς. Ὑβριστὴς etiam eſt improbus & pe-
tulans, vt diximus. Ariſtot. in I. OEcon. Καὶ ἐπεὶ ἡ τοῦ οἴνου πόσις καὶ τοὺς ἐλευθέ-
ρους ὑβριστὰς ποιεῖ, φανερὸν ὅτι τούτου ἢ μηδὲν ἢ ὀλίγον μεταδοτέον. & Ὕβρις immanior
improbitas atque impotentia appellatur, vt in loco Ariſtotelis ſupra ci-



tato. Interdũ Ὕβρις pro delitiis prænimiis & inſolētibus accipitur. Ari- Ὕβρις.
ſtoph. βατράχοις, Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολλὴ τρυφή; verba ſunt domini
ad ſeruũ, qui geſtare onus grauabatur, cum aſino veheretur, Quid enim
hoc eſt, ſi nō delitiæ ſunt intolerādæ? Vnde Ἐξυβρίζειν eſt eluxuriare & la- Ἐξυβρίζειν.
ſciuire. Theophr. in 2. Ἀμυγδαλῇ δὲ πάτταλον ἐγκόψαντες σιδηροῦν, ὅταν τετραίνωσιν,
ἄλλον ἀντεμβάλλουσι δρύϊνον, ὃ καλοῦσί τινες κολάζειν, ὡς ὑβρίζον τὸ δένδρον. Vnde ὑβριστι-
κὸν γένος τῶν ἀμπέλων apud eundē in tertio de Cauſis, Τὰς δὲ ἐν τοῖς ἐφύδροις, καὶ ὅσα
τῶν γενῶν ὑβριστικά, τοῦ ἦρος δεῖ τμηθῆναι. Ἐφυβρίζω cōtumelia afficio, vt καθυ- Ἐφυβρίζω.
βρίζω. Plutarch. Ἐφυβρίζων τὸν δῆμον. & Ἐφύβριστος pro eo qui iniuria afficit, & Ἐφύβριστος.
qui cōtumelioſus eſt, hoc eſt ὑβριστής. vt Cicero, At quàm cōtumelioſus in
edictis? quàm ſuperbus? quàm rudis? Herodia. de Cōmodi imperio, ὠμὴν
καὶ ἐφύβριστον τυραννίδα dixit. Alibi, Βοηθεῖν τὸν αὐτὸν ἠξίουν ὡς ἐφύβριστα πάσχουσι. Ali-
quando etiam paſſiue accipitur. vt apud eundem, Αἰσχρῶς καὶ ἐφυβρίστως ἑα-
λωκόσι. Καθυβρίζειν dedecore afficere, dedecus & notam inurere. Idem de Καθυβρίζω.
Commodo, Καθυβρίζων τὸ ἀξίωμα αἰσχίστῳ καὶ μεμιασμένῳ σχήματι.

Ἀποφαίνειν verbum eſt ad rationes tutelares pertinēs. Demoſth. κατ' Ἀφό- Ἀποφαίνειν.
βου, Τούτου τοίνυν οὐκ ἐλέφαντός ἐστι πλέον ἢ τάλαντον. ὃν οὔτε αὐτὸν, οὔτε ἔργον μοι ἀποφαί-
νουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἄρδην ἀφανίζουσιν ὅλον, id eſt, τούτου ἐν τοῖς λόγοις τῆς ἐπιτροπῆς οὐ-
δὲν οὐδ' ὅλως ἔργον ἀποφέρουσιν. Idem, Θηριππίδης μὲν οὖν ἑπτὰ ἔτη τῶν ἀνδραπόδων
ἐπιμεληθεὶς, ἕνδεκα μνᾶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀπέφηνε, in rationes retulit, acceptas tute-
læ retulit. Τέσσαρσι μναῖς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἔλαττον ἢ ὅσον προσῆκε λογιζόμενος.
λογίζεσθαι & ἀποφαίνειν pro eodem poſuit. Et rurſus, Ἔργον μὲν οὐδὲν ἀποφαίνουσι
τοῖς χρήμασι, Nullum quæſtum pecuniarũ referunt: nullum exhibent fœ-
nus. Δημοφῶν δὲ καὶ προσοφείλοντας ἡμᾶς ἐνέγραψε, vel vt alibi ἀπέγραψε. Vnde
τῶν ὄντων ἀπόφασις ἐν τῇ ἀντιδόσει, adnotatio eſt bonorũ, & cōmentarius & re- Ἀπόφασις.
cenſio, indéxq; eorũ quæ reperta ſunt. Iuriſconſ. inuentariũ vocant & re-
pertorium, quod Ἀπογραφὴ propriè dicitur. Ἀποφαίνειν τὴν διαθήκην eſt edere Ἀπογραφή.
teſtamentũ & exhibere, hoc eſt φανεροποιεῖν. Vnde Ἀποπεφασμένως aduerbiũ Ἀποπεφασμέ-
quod palàm ſignificat & manifeſté. vt κατὰ Νεαίρ. Ὁπόσαι δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλοῦ- νος.
σί τι ἀποπεφασμένως. Ἀποφαίνειν etiã eſt idē quod ἀπεργάζεσθαι, quod etiã ἀπο-
τελεῖν & ἀποδεικνύειν dicitur, & παρασκευάζειν. Lucia. Τοσούτοις Ἀθηναίων εἰς ὕψος
ἄρας, καὶ πλουσίους ἐκ πενήτων ἀποφήνας. Plato in Gorg. de Pericle, Ἀλλὰ μὴν ἀ-
γριωτέρους αὐτοὺς ἀπέφηνεν ἢ οἵους παρέλαβεν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι κακὸς εἶναι ἐπιμελητὴς ὁστισοῦν
ὁτουοῦν ζώου, ὃς παραλαβὼν ἡμερώτερα, ἀποδείξῃ ἀγριώτερα ἢ παρέλαβεν; ἀποδεί-
ξῃ δὲ ἀποτελῇ dixit. Pauſ. in Arcad. de Medea loquens, Ἐπαγγέλλεται δὲ οὖν Πελίου ταῖς
θυγατράσιν, ὡς τὸν πατέρα αὐταῖς, ἢν ἐθέλωσιν, ἀποφήνοι νέον ἀντὶ γέροντος παλαιοῦ, ſe effe-
cturam. Xenoph. de domādis equis loquēs, Οὕτως ἡδόμενον τῇ ἱππασίᾳ καὶ γορ-
γὸν καὶ περίβλεπτον ἀποφαίνει. Et rurſus, Τὰ δέ γε πάντα ταῦτα ποιητέον, εἴπερ γε βού-
λει ἀποδείξασθαι τὸν ἵππον οἷόν περ εἴρηται. Ἀπόφασις etiam eſt negatio. Ariſtot. in Ἀπόφασις.
III. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Οὐσίας δὲ στέρησις ἀπόφασίς ἐστιν ἀπό τινος ὡρισμένου γένους. Idē,
Πάλιν γὰρ ἔσται τοῦτο ἀποφῆσαι πρὸς τὴν φάσιν καὶ ἀπόφασιν. Themiſt. Διαιρέσει γὰρ ἔοι-
κεν ἡ ἀπόφασις, συνθέσει δὲ ἡ κατάφασις. ἀπόφασις ἀπὸ τοῦ ἀποφάναι dicitur in hoc
ſignificatu, quod negare ſignificat. vt idē in codē, Εἰ οὖν ἀδύνατον ἅμα κατα-

φάναι καὶ ἀποφάναι ἀληθῶς, ἀδύνατον καὶ τἀναντία ὑπάρχειν ἅμα. Idē, Ἔτι πᾶν διανοητὸν ἢ νοητὸν ἡ διάνοια ἢ κατάφησιν ἢ ἀπόφησιν.

Ἀπόφημι.

A quo fit Ἀποφῆσαι & ἀποφάναι pro negare: ἀπὸ τοῦ φημὶ φάναι, vt ἵστημι ἱστάναι. Xenoph. Ἀποφήσαντός μου καὶ τοῦτο, Me etiā hoc inficiāte.

Ἀποφάσκω.

Ἀποφάσκω etiā dicitur ἀντὶ ἀπαρνοῦμαι, hoc est ἔξαρνός εἰμι, nego, vt φάσκω pro dico, & φημί. Philopo. Ὑπόθεσίς ἐστιν ἢ τὶ κατά τινος κατηγοροῦσα ἢ ἀποφάσκουσα. Ἀποφάσκειν etiam eſt effari & eloqui, quaſi ἀποφθέγγεσθαι. Sic enim accipi mihi videtur apud magnum Dionyſium, ἐν τῷ περὶ σοφίας καὶ νοῦ, his verbis, Ὅτι συνηθές ἐστι τοῖς θεολόγοις ἀντιπεπονθότως ἐπὶ θεοῦ τὰ τῆς στερήσεως ἀποφάσκειν. οὕτω καὶ τὸ ἀόρατον φησὶ τὰ λόγια τὸ παμφαὲς φῶς. καὶ τὸν πολυύμνητον καὶ πολυώνυμον, ἄρρητον καὶ ἀνώνυμον. Erant etiam Ἀποφάσεις quæ fiebant in curia Areopagi, hoc eſt rei quæſitæ probationes, παρὰ τὸ ἀποφαίνω. antequā enim rei criminum poſtulati iudicibus damnandi vel abſoluendi traderentur: curia Areopagi quæſtionem criminum habebat, & reos tum demum iudicio tradebat cum prærogatiua quæſtione, & cum præiudicio ſuo. quod ita faciebant, quaſi crimine plano facto per illam rei quæſitæ diligētiam. Id autē quo modo fieret, ex oratione Dinarchi quam contra Demoſthenem habuit, liquet his verbis, Ἀνάγκη τὴν βουλήν, ὦ ἄνδρες, τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου κατὰ δύο τρόπους ποιεῖσθαι τὰς ἀποφάσεις πάσας. τίνας τούτους; ἤτοι αὐτὴν προελομένην καὶ ζητήσασαν, ἢ τοῦ δήμου προστάξαντος αὐτῇ. χωρὶς τούτων οὐκ ἔστιν ὅντινα τρόπον ποιήσει. His verbis intelligimus curiam ipſam ſua ſponte quæſtionem habere de criminibus potuiſſe, ita tamen vt iudicare non poſſet, niſi quædā crimina, quæ in Annotationibus diximus, cum de Areopago loqueremur. Quod autem iudices non ſemper præiudicium quæſtionis in curia habitæ ad iudiciúmque delatæ ſequerentur, ex eadem oratione planum fit, vbi ita inquit Dinarchus, Ἐπειδὴ δὲ ὁ δημαγωγὸς ὑμῶν, ἐν ᾧ τὰς ἐλπίδας ἔχουσί τινες, ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ χρήματα λαμβάνων εἴληπται, νῦν τὰ νόμιμα τἀκεῖθεν, καὶ τὰ δίκαια καὶ τἀληθῆ, ἀσθενέστερα γενήσεται τῶν Δημοσθένους λόγων; καὶ ἰσχύσει μᾶλλον τῆς ἀληθείας ἡ παρὰ τούτου ῥηθησομένη κατὰ τοῦ συνεδρίου διαβολή; ὡς ἄρα πολλοὺς ἡ βουλὴ ἀποπέφαγκεν ἀδικεῖν τὸν δῆμον, οἳ ἀποπεφεύγασιν εἰσελθόντες εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἡ βουλὴ ἐπ᾽ ἐνίων τὸ πέμπτον μέρος οὐ μετείληφε τῶν ψήφων; Simile eſt fermè quod Cicero pro Cluentio dixit, litium æſtimationem non eſſe iuſtum iudicium: licet ſit præiudicium: de quo verbo in Annotationibus ſcripſimus. Ἀποφαίνειν etiam eſt deferre & reuelare & crimen obiicere. Lyſ. κατὰ Φίλωνος, Ἐγὼ δὲ ὀμόσας εἰσῆλθον εἰς τὸ δικαστήριον, τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν τῇ πόλει. ἔνεστι δ᾽ ἐν τῷ ὅρκῳ ἀποφαίνειν εἴ τις τινὰ οἶδε τῶν λαχόντων, ἀνεπιτήδειον ὄντα βουλεύειν. Qua ratione fortaſſe ἀποφαίνειν curia ſupradicta dicitur eos quos iudicibus tradit, quaſi criminum reos, quaſíque ſtatim damnandos iudicibus obiicere. vt in oratione iam dicta Dinarchi, Διὰ τί οὖν ἐν τῷ δήμῳ συνεχώρεις, ὦ Δημόσθενες, ἐὰν ἀποφήνῃ σου ἡ βουλὴ θάνατον ἑαυτῷ τὴν ζημίαν; genitiuo iūxit. alibi ſemper accuſatiuo. Idem, Τὸν δὲ κατάπτυστον τοῦτον καὶ Σκύθην, ἐξάγομαι γάρ, ὃν οὐχ εἷς ἀνήρ, ἀλλὰ πᾶσα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ζητήσασα ἀποπέφανται χρήματα ἔχειν καθ᾽ ὑμῶν, καὶ ὃς ἀποπέφανται μισθαρνεῖν καὶ δωροδοκεῖν κατὰ τῆς πόλεως, καὶ ταῦτα ἐξελήλεγκται, τοῦτον οὐ τιμωρησάμενοι, παράδειγμα ποιήσετε τοῖς ἄλλοις; Prius ἀποπέφανται eſt ἀπὸ τοῦ ἀποφαίνομαι, poſterius ἀπὸ τοῦ ἀποφαίνω τὸ ἀποδεικνύω.

Ἀποφαίνεσθαι.

Eſt autem Ἀποφαίνεσθαι cenſere, & ſententiā ferre. Demoſth. πρὸς Ἀπατοῦρ. Οὐ γραφεισῶν δ᾽ ἑτέρων συνθηκῶν, τῶν δ᾽ ἐξ ἀρχῆς ἀφανισθεισῶν, εἰς τοῦτ᾽ ἦλθεν ἀναιδείας ὁ ἠφανικὼς τὰς συνθήκας, ὥστε εἷς ὢν ἀποφαίνεσθαι ἔφη τὴν δίαιταν. παρακαλέσας δὲ ὁ Παρμένων μάρτυρας, ἀπεῖπε τῷ Ἀριστοκλεῖ, μὴ ἀποφαίνεσθαι παρὰ τὰς συνθήκας καθ᾽ αὑτὸν ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν, teſtato vetuit Ariſtoclem arbitriū ferre ſolum ſine aliis arbitris, ita vt in arbitrio paciſcendo componendóque cautum fuerat. ἀποφαίνεσθαι ſimpliciter & cum accuſatiuo dicunt: vt in hoc loco, & apud Xenophontē, Οὐδὲ ἀποφαίνεσθαι τὴν γνώμην περὶ οὐδενός, Nec de quoquam ſententiam ſuā prodere atque efferre. qui etiam ἀποδείκνυσθαι τὴν γνώμην pro eodem dixit.

Ἀπόφασις.

Vnde Ἀπόφασις dicitur ἡ ψῆφος δικαστική, & ſententia iudicis in Pandectis. Demoſth. in eadem, Ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον τὴν ἀπόφασιν ἐποιήσατο, id eſt ἀπεφήνατο. Baſilius περὶ πλεονεξ. συνεχωρήθη φανερὰν ἑαυτοῦ ποιῆσαι τὴν γνώμην, ἵνα ἀξίαν τῆς προαιρέσεως δέξηται τὴν ἀπόφασιν. Plutarch. in præfatione τῶν ἀποφθεγμάτων pro dicto & ſentētia breui, hoc eſt apophthegmate poſuit, Ἀλλὰ τῶν μὲν πράξεων αἱ πολλαὶ τύχην ἀναμεμιγμένην ἔχουσι. αἱ δὲ γινόμεναι παρὰ τὰ ἔργα καὶ τὰ πάθη καὶ τὰς τύχας ἀποφάσεις καὶ ἀναφωνήσεις, ὥσπερ ἐν κατόπτροις καθαρὰς παρέχουσι τὴν ἑκάστου διάνοιαν ἀποθεωρεῖν. Idem περὶ τῶν παραλλήλων τῶν ἑαυτοῦ loquens, hoc eſt, περὶ τῆς τῶν βίων συντάξεως, Ἐκεῖ μὲν οὖν ἅμα (inquit) αἱ ἀποφάσεις τῶν ἀνδρῶν, τὰς πράξεις παρακειμένας ἔχουσαι, σχολάζουσαν φιληκοΐαν περιμένουσιν, Illic enim acta & res geſtæ cum adiunctas ſententias eorúmque dicta habeant, feriatas aures poſcunt. Ἀποφαίνεσθαι etiam verbum eſt dialecticum, quod enunciare Latinè dicitur. Vnde Ἀπόφανσις & ἀποφαντικὸς λόγος Ariſtoteli ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας, cap. περὶ λόγου.

Φάσις.

Φάσις eſt dictio quæ nec κατάφασις eſt nec ἀπόφασις, id eſt, per quam nec verum nec falſum enunciamus, hoc eſt δι᾽ ἧς οὐδὲν ἀποφαινόμεθα ἢ ἀληθῶς ἢ ψευδῶς, vt ἄνθρωπος.

Ἀπόφανσις.

Ἀπόφανσις eſt enunciatio verum vel falſum significās, nomine & verbo conſtans, οἷον ἄνθρωπος ζῷόν ἐστι. Ariſtot. Ἔστι δὲ ἁπλῆ ἀπόφανσις, φωνὴ σημαντικὴ περὶ τοῦ ὑπάρχειν τι, ἢ μὴ ὑπάρχειν ὡς οἱ χρόνοι διῄρηνται. Diuiditur in affirmationē & negationē. Idē, Ἔστι δὲ εἷς πρῶτος λόγος ἀποφαντικός, κατάφασις. εἶτα ἀπόφασις. Ἀπόφανσις etiam eſt ſententia. Areth. in Apocalyp. cap. v. Φυσικὸς δὲ θάνατός ἐστι, χωρισμὸς τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, κατὰ τὴν ἀπαραίτητον ἀπόφανσιν τοῦ παντοκράτορος θεοῦ, τήν, ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Vtitur & Philopo. in Proclum lib. ix. in principio. Hermog. de Antiphonte altero oratore loquēs, πολιτικὸς δὲ ἥκιστά ἐστι, σεμνὸς δὲ καὶ ὑπέρογκος τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τῷ διὰ ἀποφάνσεων περαίνειν τὸ πᾶν. ὃ δὴ τοῦ ἀξιωματικοῦ λόγου ἐστί, καὶ πρὸς μέγεθος ὁρῶντος, id eſt ſētētioſè cōcludere in vniuerſū, per ſentētias efficere & aſtruere propoſiti ſui ſummā. Φάσις dicitur ἀπὸ τοῦ φαίνειν, ἡ φαίνουσά τι καὶ δηλοῦσα, vt ἄνθρωπος, vt Σωκράτης: Ἀπόφανσις ἡ ἀποφαινομένη, vt inquit Ammoni9. Laërt. in Zenone, Ἀξίωμά ἐστι τὸ ἀποφαντὸν ἢ καταφαντὸν ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ, οἷον ἡμέρα ἐστίν. Idē, Ἀξίωμα γάρ ἐστιν ὃ λέγοντες ἀποφαινόμεθα, ὅπερ ἢ ἀληθές ἐστιν ἢ ψεῦδος. ἐρώτημα δέ, πρᾶγμα αὐτοτελὲς μὲν ὡς ἀξίωμα, αἰτητικὸν δὲ ἀποκρίσεως, Axioma eſt quod negari vel affirmari ſuapte natura poteſt. quod enūciari vel affirmatiuè vel negatiuè poteſt, dūtaxat quod in ipſo eſt. Ariſt. Κατάφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος κατά τινος. Ἀπόφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος ἀπό τινος. ἔστι δὲ καὶ τὸ ὑπάρχον ἀποφαίνεσθαι ὡς μὴ ὑπάρχον, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον. καὶ τὸ ὑπάρχον ὡς ὑπάρ-

χον, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς μὴ ὑπάρχον, hoc eſt, enũciare autẽ licet. Cicero enunciationis vocabulo in libro de Fato vtitur, quod Græcè (inquit) ἀξίωμα dicitur. proloquiũ Gellius dixit, & ipſe Cicero: & rurſus alibi enunciatũ appellat. Licet enim (inquit) Epicuro concedenti omne enunciatum aut verum aut falſum eſſe, non vereri ne omnia fato fieri ſit neceſſe. Idẽ alibi, Sic enim concludit Chryſippus, Si eſt motus ſine cauſa, non omnis enunciatio (quod ἀξίωμα Græci appellant) aut vera aut falſa erit. Idem, Chryſippus metuit ne ſi non obtinuerit, omne quod enuncietur, aut verũ eſſe aut falſum, omnia fato fieri nõ poſſint. Et eiuſcemodi ſermo perfectam ſententiam ita continens, vt aut affirmationem aut negationem

Ἀποφαντικός.

admittat, ἀποφαντικὸς λόγος dicitur. Cicero in Acad. Nempe fundamentũ dialecticæ eſt quo quid enuncietur, id autem appellant axioma: quod eſt quaſi effatum aut verum eſſe, aut falſum. effatum quaſi ἀποφαντικὸν dixit. Aphth. in Progym. περὶ γνώμης loquens, Ἔστι δὲ τῆς γνώμης τὸ ἀποφαντικόν, ὡς τό, δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ χρημάτων, οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων, id eſt enunciatiuũ, vel ſententioſum potius. vt Hermog. de Critia oratore, Ἔστι γὰρ σεμνὸς μὲν παραπλησίως τῷ Ἀντιφῶντι, καὶ διηρμένος πρὸς ὄγκον, καὶ τὰ πολλὰ λέγων ἀποφαντικῶς, ſententioſé. Φάσις igitur & παρὰ τὸ φάναι dicta eſt, & παρὰ τὸ φαίνειν. &

Ἀπόφασις.
Ἔμφασις.

Ἀπόφασις ſimiliter. ſed Ἀπόφανσις παρὰ τὸ ἀποφαίνεσθαι tantùm. Sic Ἔμφασις παρὰ τὸ ἐμφαίνεσθαι, & Ἐμφατικός, quæ formari videntur à prima perſona πέφασμαι & ἀποπέφασμαι, vt Μίασμα, ἀπὸ τοῦ μεμίασμαι. Μολυσμός, ἀπὸ τοῦ μεμόλυσμαι, quod & μεμόλυμμαι vt μεμίαμμαι dicitur. Aliis vero εἰς ις terminatis ν plerunque additur. vt ἄδρυνσις, μάρανσις. Ariſtotel. in Probl. Φθείρεται δὲ τὸ θερμὸν ἢ μαράνσει ἢ σβέσει. & itidem περὶ νεότητος καὶ γήρως. Dicitur & μαρασμὸς vt μολυσμός, de quo librũ Galenus ſcripſit. Θέρμανσις etiã ἀπὸ τοῦ θερμαίνω. Idem in x. τῶν μετὰ τὰ φυσ. Ἔστι δ' οὐχ ἡ θερμότης κίνησις, ἀλλ' ἡ θέρμανσις. Et in quarto de relatiuis loquens, Τὸ δ' ὡς θερμαντικὸν πρὸς τὸ θερμαντόν, καὶ τμητικὸν πρὸς τὸ

Χλίανσις.
Φλέγμανσις.

τμητόν. Sic χλίανσις, ὕγρανσις, ἴσχνανσις dicta ſunt, & μάρανσις, αὔανσις, πέπανσις, μώλυνσις, πάχυνσις, εὔθυνσις, apud Ariſtotelem, & Φλέγμανσις, quæ etiam Φλεγμασία ab eodem dicitur in 2. de Gener. animal. Ἰσχνασία in quarto τῶν μετὰ τὰ φυσ. & in VIII. τοῦ ἰσχναίνειν ἡ ἰσχνασία τὸ τέλος. Θερμασία. Idem in Probl. Ἡ δὲ θερμασία ὑπερβολὴ τῆς θερμότητος οὖσα, ποιεῖ τοὺς πυρετούς. Ξηρασία. Idẽ, Πρὸς δὲ τοὺς κόπους ἀσύμφορόν ἐστιν ἡ ξηρασία. & Ξήρανσις. vnde Ξηραντικὰ φάρμακα Galeno.

Ξηρασία.
Ξήρανσις.
Ὑγρασία.
Ὕγρανσις.
Ὑγίανσις.

Ὑγρασία. Idem, ἐν μὲν οὖν ταῖς κεφαλαῖς ὅταν ὑγρασία γένηται, βάρη ποιεῖ. Ὕγρανσις etiam dicitur. Themiſt. in 2. phyſic. auſcult. Ἔστι δὲ ὑγίανσις, ὁδὸς εἰς ὑγίειαν, ὡς θέρμανσις, ὁδὸς εἰς θερμότητα.

Ἀπιστούμενος.

Ἀπιστούμενος ἐπίτροπος dicitur tutor ſuſpectus. Demoſth. Οὐ γὰρ ἔχει λόγον σώζειν μὲν τὰ χρήματα διὰ τῆς ἐμῆς μητρὸς ζητεῖν, ἕνα δὲ τῶν ἀπιστουμένων, καὶ αὐτῆς καὶ τῶν χρημάτων κύριον ποιεῖν, Neque enim conſentaneum eſt patrem qui matris opera ſeruare res ſuas cupiebat, in eius poteſtate quem ſuſpectum habebat, & matrem ipſam, & ſuas facultates conſtituere voluiſſe. Antiph. in apolog. cædis prima, Ἀπιστουμένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων δούλων ἐν ταῖς μαρτυρίαις· οὐ γὰρ ἐβασανίζομεν αὐτούς· πῶς δίκαιον τούτῳ μαρτυροῦντι πιστεύσαντας, διαφθεῖραί με;

Ἀπιστῶν.

Ἀπιστῶν eſt qui ſuſpectum habet. Ἀπιστούμενος qui ſuſpectus eſt. Plutarch.



in Apophtheg. Ὅτι δεῖ μὴ τοῖς ἀπιστοῦσι τῶν συμμάχων, ἀλλὰ τοῖς ἀπιστουμένοις τῶν στρατιωτῶν ὀργίζεσθαι. Contrà Πιστευόμενος dicitur, qui fide & auctoritate præditus eſt, qui maior eſt ſuſpicione, vel maior quàm vt ſuſpectus haberi poſſit.

Πιστευόμενος.

vt κατ' Ἀριστοκράτ. Οὐδὲ τῶν πολιτευομένων καὶ πιστευομένων παρ' ὑμῖν ὤν. Idem, Εἰσὶ δὲ καὶ δεινοὶ τε οὗτοι, καὶ πιστεύονται μᾶλλον παρ' ὑμῖν, valẽt apud vos auctoritate. Lyſ. Διὰ ταῦτα πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου, κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν. AEſch. Ἀνὴρ ἐν Θήβαις πιστευθεὶς ὡς οὐδεὶς ἕτερος. Lingua vulgi homines auctoritate & gratia & potentia ſubnixos, magnum creditũ habentes appellat. Eſt etiam Πιστεύεσθαι idem quod ἐπιτρέπεσθαι. Athen. ἦν δὲ Δανάη ὑπὸ τῆς Λαοδίκης πιστευομένη τὰ πάντα, omnia ei credita erant à Laodice. Baſil. in Prouerbia, ὅτι ἡ πορνεία καὶ σωφροσύνη παρὰ σοὶ κρίνεται, καὶ ὑψηλὸς προκαθέζεταί σου ὁ νοῦς, πεπιστευμένος τὸ δικαστήριον. ſic conſtruitur vt ἐγχειρίζομαι. Greg. Καὶ μέρος οὐκ ὀλίγον τῆς οἰκουμένης ἐγχειρίζεται. Herodi. Εἰσιέναι γὰρ μέχρι τοῦ δωματίου ἔνθα ἀναπαύονται, δυνάμενος μόνος, ἅτε τὴν νυκτερινὴν φρουρὰν ἐκ περιόδου ἐγκεχειρισμένος. Lucian. Οὐδ' ἡμεῖς, ὦ Ἀφροδίτη δεδίαμεν, οὐδ' ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν.

Ἐγχειρίζεσθαι.

Προσποιεῖν, ſibi quærere. Demoſth. κατ' Ἀφόβου, Ἐξὸν αὐτοῖς εἰ καὶ μισθοῦν τὸν οἶκον ἐβούλοντο, ἀπὸ μὲν τούτων τῶν προσιόντων, ἐῶντας ὥσπερ εἶχε κατὰ χώραν, ἡμᾶς τε τρέφειν, καὶ τὰ πρὸς τὴν πόλιν διοικεῖν, καὶ ὅσα ἐξ αὐτῶν περιεγένετο ταῦτα προσποιεῖν, Cũ interim facile eſſet è reditibus patrimonii noſtri, ita vt nihil è ſorte abſumerent, & nos alere, & munera ciuilia agnoſcere, & quæ inde ſuperfuiſſent, in rem ſuam vertere. Κατὰ χώραν ἐᾶν ὡς εἶχε, ſignificat loco non mouere, non attingere. Κατὰ χώραν μένειν eſt quieſcere, non moueri. Iſocr. de fœderibus loquens, Ταῦτα δὲ κατὰ χώραν μένει, καὶ πάντ' αὐτὰ κύρια ποιοῦμεν, id eſt, rata manere volumus & intacta. Thucyd. Οἱ δὲ πρότεροι στρατιῶται κατὰ χώραν μένοντες, ἐπολιόρκουν τὴν Ποτίδαιαν. hoc metaphoricè ſignificat in ſua claſſe manere, & in ſua ſorte acquieſcere. Syneſ. Εἰ κατὰ χώραν ἐάσει μένειν ἐπ' ἐμαυτοῦ φιλοσοφοῦντα, id eſt, ſi non coegerit me epiſcopũ fieri, ſed ſiuerit mecũmet ipſum viuere philoſophantẽ vt inſtitui. Xenoph. de matrefamilias, Περιελθεῖν δὲ ἐπισκοπουμένην εἰ κατὰ χώραν ἔχει ἃ δεῖ ἕκαστα, id eſt, circunſpectantem an ſuo quidque loco poſitũ ſit. Syneſ. aliter, Ἔξω κατὰ χώραν, εἰ ἐκπέμψεις ἐπιστολὴν σαφῶς ἕκαστα ἔχουσαν, id eſt, reſiſtam hic & morabor. Ἐν χώρᾳ κεῖσθαι, Xenoph. pro loco ſuo poſitum eſſe, hoc eſt digeſtum & compoſitũ eſſe: cui opponitur ὅπου ἔτυχε, id eſt temere. Idem in OEcon. Οὐ τοῖς μὲν, ὅπου ἔτυχεν ἕκαστον καταβέβληται. τοῖς δ', ἐν χώρᾳ ἕκαστα τεταγμένα κεῖται. ναὶ μὰ Δί' ἔφη ὁ Σωκράτης, οὐδ' ἐν χώρᾳ ἐν ᾗ ἔτυχεν, ἀλλ' ἔνθα προσήκει ἕκαστα διατέτακται. Χώραν ὑπολείπειν, pro locum relinquere, & liberũ ſeruare atque integrũ. Syneſ. Εἰς τὸ μετὰ ταῦτα διαγράφειν ἡμᾶς τοῦ χοροῦ τῶν ἱερέων, ἑαυτῷ χώραν οὐχ ὑπολείψει.

Κατὰ χώραν ἐᾶν.
Κατὰ χώραν ἔχειν.
Ἐν χώρᾳ κεῖσθαι.
Χώραν ὑπολείπειν.

Προσποιεῖν etiam ſignificat ὑποστέλλειν. Thucyd. Καὶ τὴν πόλιν Θηβαίοις προσποιῆσαι. Dicitur etiam Προσποιεῖσθαι voce paſſiua. Pauſ. Καὶ ἄνευ τῆς πατρῴας ἀρχῆς προσαπεποιημένος μὲν Ἀρκάδων τοὺς πολλούς, παρειληφὼς δὲ καὶ τὴν ἐν Σπάρτῃ βασιλείαν. Significat etiam vendicare καὶ οἰκειοῦσθαι, ſuum eſſe contendere. Iſæus περὶ τοῦ Νικοστρ. κλήρου, Τίς οὐ μέλαν ἱμάτιον ἐφόρεσεν, ὡς διὰ τὸ πένθος κληρονομήσων τῆς οὐσίας; ἢ πόσοι συγγενεῖς καὶ υἱεῖς κατὰ δόσιν προσεποιήσαντο τῶν Νικοστράτου; id eſt, ex teſtamento ſibi vindicaſſent. genitiuo iunctũ, vt ἀντέχομαι, ἀντιποιοῦ-

Προσποιεῖν.
Προσποιεῖσθαι.

μαι. Idem ibidē, Καὶ οἵδε μὲν οὐδὲ προσποιοῦνται ἐκείνου τοῦ ὀνόματος, οὔτε γινώσκειν, οὔτε προσήκειν αὐτοῖς. In hoc tamē loco & ἀντὶ τοῦ ὑποκρίνονται intelligi poteſt, hoc eſt ſimulant: quia etiam προσποιοῦμαι pro ſimulo ponitur. Plutarch. cū accuſatiuo iunxit pro vendico mihi & aſſumo, de nece Cæſaris loquēs, Ενιοι δὲ καὶ κατεμίγνυσαν ἑαυτούς, ὡς μετεσχηκότες τοῦ ἔργου, καὶ προσεποιοῦντο τὴν δόξαν. ſic dicitur vt περιποιοῦμαι. Cum verò diſſimulare ſignificant, μὴ προσποιεῖσθαι dicunt. Demoſth. περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ, Εἰ μέντοι βουλόμεθα ἡμεῖς μὴ προσποιεῖσθαι πολεμεῖν αὐτὸν ἡμῖν, ἀνοητότατος πάντων ἂν εἴη τῶν ὄντων ἀνθρώπων, εἰ τοῦτ' ἐξελέγξει.

Μὴ προσποιεῖσθαι.

Thucyd. in 3. Δεῖ δὲ καὶ εἰ ἠδίκησαν, μὴ προσποιεῖσθαι, diſſimulare, ὅπως ὃ ἡμῖν ἔτι μόνον σύμμαχόν ἐστι, μὴ πολέμιον γένηται. Sic AEſch. Εὰν δὲ μὴ προσποιῆται ὑμᾶς ἀκούειν, μὴ δὲ ὑμεῖς ἐκείνου ἐθέλετ' ἀκούειν. Dicitur & οὐ προσποιεῖσθαι.

Οὐ προσποιεῖσθαι.

Polyb. in 4. hiſt. Αρίστων δ' ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγός, οὐ προσποιούμενος οὐδὲν τῶν γινομένων, ἦγε τὴν ἡσυχίαν. Dicitur & ἀποπροσποιοῦμαι, vt alibi dictū eſt. Περιποιοῦμαι etiā eſt idē quod adiūgo. Themiſt. in ſecundū phyſic. ὅλως δὲ τὴν ὕλην οὐ προσποιοῦνται οἱ μαθηματικοὶ παντελῶς, ἀλλ' αὐτὸ τρίγωνον αὐτοὶ ἢ κύβον λαβόντες, οὕτω θεωροῦσιν ἄνευ ὕλης καὶ κινήσεως. Idem in quartum, ταῦτα τοίνυν ἐναργῶς φαινόμενα, καὶ δεικνύμενα ὑπὸ τῶν δημιουργῶν ὅσαι ἡμέραι, ὁ περὶ τοῦ κενοῦ λόγος οὐ προσποιεῖται, ἢ ἀγνοεῖ. hìc pro non admittit poſitum eſt, vel pro tranſmittit, οὐ προσποιεῖται, vel pro diſſimulat.

Εμβάλλεσθαι μαρτυρίαν.

Εμβάλλεσθαι μαρτυρίαν eſt proferre teſtimonium. Demoſth. Καὶ μαρτυρίαν μὲν οὐδεμίαν ἐνεβάλετο τοιαύτην. & in præſenti alibi, Εμβάλλεται μαρτυρίαν ψευδῆ, καὶ ἐπιγράφεται μάρτυρας ἀνθρώπους οὓς οὐδ' ὑμᾶς ἀγνοήσειν οἴομαι, Profert falſum teſtimonium, teſteſque laudat quorum teſtimonio vſurus eſt. Hoc enim ſignificat Επιγράφεσθαι, hoc eſt nomina ſcripto edere.

Επιγράφεσθαι.

Significat etiā ſcriptam actionem intendere. Idem πρὸς Αφοβον, Οθεν οἱ τότε ἀκούσαντες, οὐ μόνον αὐτοῦ κατέγνωσαν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιγεγραμμένων ἐπετίμησαν, id eſt, tanti eum damnauerunt quanti litem æſtimaueram, quantúmque in libello intentionis ſcripſeram. Iſæus ὑπὲρ τοῦ Νικοστράτου κλήρου, Αγνων μὲν γὰρ οὑτοσὶ καὶ Αγνόθεος, Θρασυμάχου ἐπεγράψαντο τὸν Νικόστρατον, καὶ ἑαυτοὺς ἐκείνου ἀνεψιοὺς ἀποφαίνουσι, καὶ τούτου μάρτυρας παρέχονται, Et libello intētionis editáque actionis, Nicoſtratum poſuerunt filium eſſe Thraſymachi. & rurſus, Νῦν δὲ πῶς οἷόν τε τὸν αὐτὸν δύο πατέρας ἐπιγράψασθαι; Ita fit vt τὰ ἐπιγεγραμμένα ſit libellus intentionis, vt τὰ ἐγκεκλημένα. Quid ſit teſtes laudare & alia, nos in Annotationibus docuimus. Laudare etiam auctorem ſuum, eſt τὸν πρατῆρα, ἢ τὸν θέτην, ἢ τὸν δεδωκότα, ἢ τὸν ἀνταλλαττόμενον ἐπιγράφεσθαι, laudare eum à quo emptum habemus, aut pignori oppoſitum, τὸν προκεκτημένον παρέχεσθαι, laudare & proferre eius nomen, à quo poſſeſſionis cauſam habemus, & mancipio accepimus. Iſæus πρὸς Ξεναίνετον, Ωσπερ τῶν ἀμφισβητησίμων χωρίων δεῖ τὸν ἔχοντα ἢ θέτην ἢ πρατῆρα παρέχεσθαι, ἢ καταδεδικασμένον φαίνεσθαι. vbi πρακτῆρα corruptè legitur. Παρέχεσθαι νόμον, laudare legis auctoritatē dici poteſt. Quintil. & Iuriſconſulti Allegare appellant, hoc eſt citare: quod verbum apud Ciceronē nō legitur.

Allegare.

Cicero enim proferre legem dicit. Quintil. in quarto, Nam tum dignitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas: nonnunquam contingit relatio meritorum. Idem, Vt allegemus pro hone-



ſtis dignitatem illi ſuam, pro humilibus iuſtitiam, pro infelicibus miſericordiā, pro læſis ſeueritatem, ἵνα παραγώμεθα, ἵνα προτεινώμεθα, προενέγκωμεν, προβαλώμεθα. Plinius Proculo, Adhibes preces, allegas exemplum. Allegata etiam ſunt τὰ δικαιολογηθέντα, τὰ δικαιώματα. Παρέχειν ἑαυτὸν δίκαιον, eſt præſtare ſe virum probum.

Παρέχειν.

Demoſth. Παρασχόντες ἑαυτοὺς χρησίμους ἐπὶ τοιούτων καιρῶν. Idem, Εἰ μὴ τὰς ἀρετὰς ἐκείνας ἐν Μαραθῶνι παρέσχοντο οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι.

Παρέχομαι.

Vtuntur autem ſine diſcrimine & actiua & paſſiua voce actionem ſignificantes. Xenoph. in OEcon. Καὶ οὓς μὲν ἂν αἰσθάνηται τῶν ἀρχόντων συνοικουμένην γε τὴν χώραν παρεχομένους, καὶ ἐνεργὸν οὖσαν τὴν γῆν, τούτοις χώραν τὴν ἄλλην προστίθησι. Ibidem, Καὶ οἱ μὲν αὖ φαίνωνται τῶν φρουράρχων, τὸν ἀριθμὸν τὸν τεταγμένον ἔκπλεων ἔχοντες, καὶ τούτους δοκίμους, ἵπποις τε καὶ ὅπλοις κατεσκευασμένοις παρέχωσι, τούτους μὲν ταῖς τιμαῖς αὔξει. Demoſth. πρὸς Λεπτίνην, Τοσαύτας ὑπερβολὰς τῶν δωρεῶν αἷς ἀντευποιεῖ, ἡ πόλις παρέχηται. Liban. Νόμον παρεχόμενος τὸν κελεύοντα, περὶ ὧν ἂν ἅπαξ ἀφῇ καὶ διαλύσηται, μηκέτι ἐξεῖναι δικάζεσθαι, legem citans. Xenoph. in OEcon. Ταῦτα μὲν αὐτοῖς τοῖς χρωμένοις δείξαντες ὅπου δεῖ τιθέναι, παρεδώκαμεν, καὶ ἐπετάξαμεν σῶα παρέχειν, hoc eſt præbere præſtaréque incolumia. Significat etiam ſpeciem exhibere & præferre. Pauſ. in Bœoticis, οὗτοι μὲν ὅσον οἱ ὄρνιθες τοῦτο παρέχονται τὸ εἶδος. & alibi perſæpe eodē modo vſus eſt. vt in Phocicis, Ρωμαίοις δὲ ἡ ἀγορὰ μεγέθους εἵνεκα καὶ κατασκευῆς τῆς ἄλλης θαῦμα οὖσα, παρέχεται τὴν ὄροφον χαλκοῦν. Alibi ἰδέαν παρέχεσθαι dixit, τοῦτο τὸ πρόσωπον ἰδέαν παρείχετο φέρουσαν μέν τι ἐς τὸ θεῖον, ξένην δέ, καὶ ἐπὶ θεοῖς Ἑλληνικοῖς οὐ καθεστῶσαν. Quandoquidem autem hæc animaduerſionis ſunt, accuratǽque intētionis, non grāmaticæ inſtitutionis atque technologiæ, nobis viſum eſt (qui hos commentarios ob id elaborādos ſuſcepimus, vt iuuenum laborē leuaremus, diſcendǽque linguæ ampliſſimæ tædium adimeremus, longioris etiam operæ, quæ in adnotando vtique, adnotatáque æſtimando conſumitur, hoc compendio minueremus:) nobis, inquam, viſum eſt operæprecium futurū, ſi quæ nobis olim de verbis huiuſcemodi parau eramus, in vſum publicum prodidiſſemus. Delectum igitur ancipitium verborū, vſúſque in vtranque vocem arbitrarii, & vt Græci dicunt κατάλογον, addere hic inſtituimus, quem augere poſthac ſtudioſorum hominū intētio, hac noſtra fortaſſe accuratior, poterit. Quæ autē in iā ſcriptis ex eo ordine explicauimus, quæ nō pauca ſunt ipſa, volumus in numerū huius receſſus cedere quē nūc auſpicabimur. Horū eſt ἄρχω ἄρχομαι, τιμῶ τιμῶμαι, τίθημι τίθεμαι.

Κατάλογος τῶν ῥημάτων τῶν ἀμφιλογουμένων.

aliáq; iam à nobis enarrata. Ex iis autē quæ dicemus apparebit, quæ de mediis tēporibus apud grāmaticos tradita ſunt, ea nō in omni actiuorū verborū themate vocéq; à primariis ſcriptoribus obſeruata eſſe, ſoluta quidē oratione ſcribētibus. Addemus eodē plurima eorū quæ diuerſa voce diuerſa ſignificāt, vt τιμωρῶ τιμωροῦμαι, ἀφοσιῶ ἀφοσιοῦμαι, & ſi quid eodē pertinet. Iā primū Επαίρομαι vt ἐπαίρω dicitur.

Επαίρω, ἐπαίρομαι.

Demoſth. Τὰ περὶ τούτων πολλοὺς καὶ θρασεῖς ἐπαιρόμενοι τῇ πόλει τοὺς λόγους. & κατὰ Μειδίου, de diuitiis loquēs, ἃ νῦν ἐπαίρει αὐτὸν ὑβρίζειν. ἐπὶ τὸ προξενεῖ, incitāt, ἐξάγει, erigūt: vt ſpes erigit hominē Latinè, προάγει perpellūt. & Οὐδεμίαν γὰρ ἄλλην ἔχοις ἂν εἰπεῖν πρόφασιν, δι' ἣν τοιοῦτον ἐπῆρθης εἰσενεγκεῖν. Et περὶ στεφάνου, Οὔτε ἐλπίς, οὔτε φόβος, οὔτε χάρις, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἐπῆρε. &

Διαίρω, διηρμένος.

Επηρμένοι τὸ ῥόπαλον, ἀντὶ ἐπηρκότες. Lucianus Διηρμένον dixit, ἀντὶ διηρκότα, tollentē. vt alibi, Διῆρκε τὸ ῥόπαλον. Alibi, Διηρμένους τοὺς ἄκοντας· quo etiā Plutarchus vſus eſt, ſed vſurpatū videtur, vt καθειμένος τὸν πώγωνα, ἀντὶ τοῦ καθεικώς. Διαίρειν enim tollere eſt. Greg. de Baſilio, τὴν κεφαλὴν διάρας, καὶ κύκλῳ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα περιαγαγών. Baſil. Ἰδεῖν ἐστὶ χεῖρας μὲν διηρμένας κατὰ τῶν ὁμοφύλων, καὶ πᾶσι μέρεσι τοῦ σώματος ἐπιφερομένας. Theophr. τὰ διηρμένα εἰς ὕψος. Διαίρω etiam τὸ ἀνοίγω, ἐπὶ στόματος. Inde apud Demoſthenem, Οὐδὲ διῆρε τὸ στόμα, Ne verbum quidem fecit. Chryſoſt. Ἡμεῖς δὲ οὐδὲ χάναι οὐδὲ διᾶραι τὸ στόμα συνεχωρήσαμεν αὐτοῖς, Ne occaſionem quidem hiſcendi reliquimus ipſis, aut mutiendi. Quale eſt apud Liuiū, Non hiſcere quenquam præ metu potuiſſe. Hermog. περὶ σεμνότητος, Μάλιστα δὲ τὰ στοιχεῖα ταῦτα τὸ ω καὶ τὸ α διαίρει τε καὶ διοίγει τὸν λόγον, id eſt στομφάζειν ποιεῖ, hoc eſt grandius pronunciare, & ore patentiore.

Δίαρμα.

& Δίαρμα, elatio, ὄγκος. Idē alibi, Τοῦτο δὲ καίπερ κωμμωτικὸν, ὅμως λεπτόν ἐστι, καὶ οὐκ ἔχει δίαρμα, οὐδὲ μέγεθος. Ariſtotel. περὶ κόσμου, de philoſophia loquēs, Διαραμένη πρὸς τὴν τῶν ὄντων θέαν, ſublata, erecta. Διαίρω traiicio. Polyb. in I. Οἱ δὲ ἔπλεον αὖθις ἐκ τῆς σικελίας, καὶ διάραντες τὸν πόρον ἀσφαλῶς, καὶ προσμίξαντες τῇ τῶν καμαριναίων χώρᾳ, τηλικούτῳ περιέπεσον χειμῶνι, tranſmittentes. Idem, Κατὰ δὲ ταῦτα τῆς θερείας ἐπιγινομένης οἱ καταστάντες ἄρχοντες ἀνέπλευσαν παντὶ τῷ στόλῳ. καὶ διάραντες εἰς τὴν σικελίαν, ἀφώρμησαν ἐκεῖθεν εἰς τὴν λιβύην. Sic Strabo lib. IIII. apud quem δίαρμα dictum eſt pro traiectu, Τέτταρα δ' ἐστὶ διάρματα, οἷς χρῶνται συνήθως ἐπὶ τὴν νῆσον ἐκ τῆς ἠπείρου.

Εὐτρεπίζομαι.

Εὐτρεπίζομαι ἀπὸ εὐτρεπίζω. Demoſth. περὶ στεφάνου, Ἐκεῖνος ὅσοις ἢ πεῖσαι χρήμασι Θηβαίων, ἢ ἐξαπατῆσαι ἐνῆν, πάντας ηὐτρέπισται. Xenoph. in IIII. ἑλληνικῶν, Τὸν δὲ Κόνωνα ἐκέλευσε εὐτρεπίζεσθαι τὰς καθ' Ἑλλήσποντον πόλεις, ὅπως εἰς τὸ ἔαρ τὸ ναυτικὸν πολὺ ἀθροισθείη. Pauſ. Δηώσας δὲ τὴν γῆν, καὶ λείαν ἐλάσας, μικρὸν ἡσύχαζεν. οἱ δὲ ἐς πολιορκίαν εὐτρεπίζοντο, apparabantur, paſſiue dixit. Vtitur & Herodianus voce actiua in ſecundo, & Baſilius περὶ εὐχαριστείας, qui tamen plærunque paſſiua voce vtitur pro ſtatuere & cōſtituere.

Διοικοῦμαι καὶ διοικῶ.

Διοικοῦμαι ἀπὸ Διοικῶ. Greg. κατὰ Ἰουλ. in I. Τοῖς δὲ τῆς προνοίας λόγοις οὐκ ἐμβάλλοντας, ἐκ τῶν ἐναντίων πολλάκις τὰ βελτίω διοικουμένης, id eſt, ita adminiſtrantis res humanas, vt ex contrariis meliora eliciat & euenire faciat. Demoſth. Ἵν' ἐὰν μὲν δέξωνται ταῦτα, καὶ ἃ βουλόμεθα ὦμεν διῳκημένοι, καὶ μετὰ προσχήματος ἀξίου τῆς πόλεως ταῦτα πράξωμεν. Idem, ὁ δὲ μετὰ ταῦτα διοικεῖται οὑτοσί, πάντων δεινότατόν ἐστι. Alibi διοικεῖν τὰ κοινὰ dixit. Διοικεῖν etiam eſt ſeorſum habitare.

Διοικίζειν.

& Διοικίζω actiuum, diſſocio, & dirimo contuberniū, aut ſodalitatem, aut habitationem. Lyſ. Ἐν γὰρ τῇ διοικήσει ὅτ' ἐκ κολυττοῦ διῳκίζετο εἰς τὴν Φαίδρου οἰκίαν, τοὺς παῖδας ἐπιτυχόντας ἐκβεβλημένῳ βιβλίῳ, ἐνεγκεῖν πρὸς ταύτην. Ariſtot. in v. Politicon, Καὶ τὸ κακοῦν τὸν ὄχλον, καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἄστεος ἀπελαύνειν καὶ διοικίζειν, ἀμφοτέρων κοινὸν, καὶ τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ τῆς τυραννίδος. Plato in Symp. Καὶ πρότερον ὥσπερ λέγω ἓν ἦμεν· νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἀδικίαν, διῳκίσθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων, pro diſpergere incolas poſuit & ciues. vt Iſocrates περὶ εἰρήνης, Τὴν μὲν γῆν τῶν Κορινθίων ἔτεμον, Μαντινέας δὲ διῴκισαν. Huic opponitur συνοικίζω.

Οἰκονομεῖν. Οἰκονομεῖσθαι.

Οἰκονομεῖν etiam & οἰκονομεῖσθαι inueniuntur in ſignificatione actiua. Lucian. in Ioue tragœdo, Τοσαῦτα, ὥς φῄς, πράγματα ἔχοντες θεοὶ, καὶ τὰ ἐν κόσμῳ ἄπειρα τὸ πλῆθος ὄντα οἰκονομούμενοι.



Οἰκονομούμενον alioqui ſignificat rectè conſtitutum & diſpenſatum. & Οἰκονομεῖσθαι verbum eſt medicorum. Galenus, Ἀνάδοσίς ἐστιν ὁλκὴ τῆς πεφθείσης καὶ οἰκονομηθείσης τροφῆς εἰς πάντα τοῦ σώματος μόρια, diſtributi alimenti & digeſti. Significat etiam Οἰκονομία diſtributionem & diſpoſitionem oratoriam. Gregorius ſic vocat prouidentiæ diuinæ diſpenſationem. Eſt etiā Οἰκονομικὴ διττὴ apud Ariſtotelem in primo & in tertio Politicorū. Οἰκονομικὴ eſt ἡ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων ἀρχὴ, καὶ τῆς οἰκίας ἁπάσης. Eſt alioqui Οἰκονομεῖν verbum theologicum, & ſignificat moliri, ſtruere, inſtituere. Damaſc. in IIII. ὀρθοδοξίας, de fletu & ſomno & morte Chriſti loquens, & aliis affectibus humanis, Ἐν τούτοις γὰρ ἅπασι μίξις ἐστὶ τοῦ θείου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, οὐδὲν τούτων τοῦ θείου πάσχοντος, δι' αὐτῶν δὲ τὴν ἡμῶν οἰκονομοῦντος σωτηρίαν. Idem inferius, τῶν δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀνθρωποπρεπῶν τρόποι εἰσὶ διάφοροι. τὰ μὲν γὰρ ἀληθῶς μὲν, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν, πρὸς τὸ πιστώσασθαι ὅτι αὐτὸ τὸ παθὸν σῶμά ἐστι, id eſt, iis enim agebatur vt id quod mortem paſſum erat, corpus eſſe crederetur. Baſil. ἐν τῷ ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ θεὸς, Ἀγωνιστὴς τοίνυν ἡμῖν ἔστηκεν ὁ διάβολος, διὰ τὸ ἐξ ἐπηρείας πάλαι γινόμενον ἡμῖν πτῶμα, τοῦ κυρίου οἰκονομήσαντος ἡμῖν τὴν πρὸς αὐτὸν πάλην, ὥστε δι' ὑπακοῆς ἀναπαλαῖσαι ἡμᾶς, καὶ καταστεφανωθῆναι τοῦ ἀντιδίκου. vnde vita Chriſti & eius theurgia tota, οἰκονομία vocatur. Damaſc. in tertio, contra eos loquens qui corpus ſeruatoris interiiſſe negabant, Εἰ γὰρ ἄφθαρτον, οὐχ ὁμοούσιον ἡμῖν. ἀλλὰ καὶ δοκήσει καὶ οὐκ ἀληθείᾳ γέγονεν ἃ γεγονέναι φησὶν εὐαγγέλιον, τὴν πεῖναν, τὴν δίψαν, τοὺς ἥλους, τὸν θάνατον. εἰ δὲ δοκήσει γέγονε, φενακισμὸς καὶ σκηνὴ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον. Et itidem à Baſilio τοῖς παραλιώταις ἐπισκόποις ſcribente, & τοῖς καισαρεῦσι.

Οἰκονομία. Οἰκονομικῶς.

Eſt enim Οἰκονομία prouincia Chriſto à Deo patre iniuncta & mandata. Et Οἰκονομικῶς non ſine myſterio, & certa ratione, & vt res quæ gerebatur poſcebat, ſignificat. Idem in III. περὶ δειλίας loquens, Παρὰ φύσιν δὲ δειλία ἐστὶ, παράλογος συστολή. ταύτην ὁ κύριος οὐ προσήκατο, εἰ μὴ ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ. εἰ καὶ οἰκονομικῶς ἑαυτὸν συνέστελλε πολλάκις. οὐ γὰρ ἠγνόει τὸν καιρὸν, etiam ſi ſe ſæpe Iudæis male cogitantibus ſubduxit, quando ita myſteriū futuri ſupplicii poſcebat, cuius tempus nondū veniſſe ſciebat. Baſil. Gregorio auunculo, Ἀλλ' εἴτε ἁμαρτίαι τῶν συμβάντων αἰτίαι, τοῦτό μοι πέρας ἔστω τῶν δυσχερῶν. εἴτε τι καὶ οἰκονομούμενον ἦν, ἐξεπληρώθη πάντως τὸ σπουδαζόμενον. οὐ γὰρ ὀλίγος ὁ τῆς ζημίας χρόνος. διὸ μηκέτι στέγων πρῶτος ἔρρηξα φωνήν. ſiue quiddam erat quod eo ſilentio agebatur. Οἰκονομία autem ἀντὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ θεοῦ à Chryſoſtomo accipitur identidem, vt primæ ad Corinth. xv. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius, vel ſuis, & quæ ſequuntur. Ἴδωμεν τοίνυν πότερον καὶ ἐνταῦθα εἰ περὶ γυμνῆς τῆς θεότητος ὁ λόγος αὐτῷ, ἢ μετὰ τῆς οἰκονομίας ἀποφαίνεται περὶ αὐτοῦ ταῦτα ἅπερ φησίν. Idem ad Coloſſ. 2. Τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐδὲ ἀπάτην δεῖ καλεῖν. ἐπεὶ καὶ τὸν πατέρα ἠπάτησεν ὁ Ἰακὼβ, ἀλλ' οὐκ ἀπάτη, ἀλλ' οἰκονομία ἦν, ſed diuino id numine agebatur. Hieronymus ad Pammachium & Oceanum, de Apollinari loquēs, Is dimidiatam Chriſti introduxit οἰκονομίαν, id eſt ἐνανθρώπησιν, ex eo ſcilicet quòd diuinā perſonam Chriſto homini ſuſtulit, & vnam tātum naturam tribuit.

Προοικονομεῖν.

Προοικονομεῖν verò eſt præſtruere, præmoliri. Ariſtot. in OEconom. Οὕτω προῳκονόμηται ὑπὸ τοῦ θείου ἑκατέρου ἡ

φύσις, τοῦ τε ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς πρὸς τὴν κοινωνίαν. Syneſ. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ δαίμων ὡς μὴ βλάπτειν τὰ μετὰ προῳκονομήσατο, μηδέ σε τὴν φίλην μοι παρεῖναι κεφαλήν. Cicero ad Quintum fratrem lib. 2. Eo die προῳκονομησάμην quædam εὐκαίρως, de iis quæ in Sextiũ apparabantur crimina, & eum ornaui veris laudibus, id eſt, quædam præſtruxi in defenſione Beſtiæ, quæ ad Sextii defenſionem ſpectabant.

Προοικονομῶ. Προοικονομικόν.

& Προοικονομικὸν dicitur quod præſtruit & viam facit ad ſequentia. Οἰκονομεῖν etiam eſt diſtribuere & diſpenſare. Greg. Ἐν τῷ πρὸς ἑαυτοῦ πατέρα ἐπιταφίῳ, Φέρε, κατὰ τὸ ἐν σοὶ πνεῦμα τῆς θεραπείας ἀπόδος ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον, καὶ οἰκονόμησον ἐν κρίσει τὸν λόγον, ἵνα σε τὸ μᾶλλον τῆς σοφίας θαυμάσωμεν.

Ακρωτηριάζεσθαι. Ἀκρωτηριάζειν. Ακρωτήρια.

Ἀκρωτηριάζεσθαι. Demoſth. περὶ στεφάνου, Ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάστορες ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας, τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες πρότερον μὲν Φιλίππῳ, νῦν δ' Ἀλεξάνδρῳ, imperii & finium patriæ circunciſores, qui laceram patriam & mutilam flagitioſa proditione reddiderunt. ἀντὶ τοῦ ἠκρωτηριακότες. Eſt autem Ἀκρωτηριάζειν τὰ ἄκρα τέμνειν. Athen. de Scythis, Οὗτοι δὲ εἰς τοῦτο προῆλθον ὕβρεως, ὥστε πάντων ἀνθρώπων εἰς οὓς ἀφίκοντο, ἠκρωτηρίαζον τὰς ῥῖνας. Polyb. in v. Ἀκρωτηριάζων δὲ τὸ φονεύων καὶ στρεβλῶν πολλοὺς διέφθειρε. Chryſoſt. in 1. ad Rom. Δι' οὐδὲν γὰρ ἕτερον τοὺς εὐνούχους ποιοῦντας κολάζουσιν οἱ νομοθέται, ἢ ὅτι τὴν φύσιν ἀκρωτηριάζουσιν, id eſt, imminuunt naturæ vim caſtratione. Ἀκρωτήρια Ariſtoteles appellat extremam partem digitorum ſub vnguibus latentem, & extremas partes oſſium, Περὶ τὰ ὦτα δὲ χόνδροι εἰσὶ καὶ τοὺς μυκτῆρας καὶ τὰ ἀκρωτήρια τῶν ὀστῶν. Significant etiam pinnacula & prominentias ædificiorum. Plut. in Cæſ. Ἦν γὰρ ἐν τῇ Καίσαρος οἰκίᾳ προσκείμενον οἷον ἐπὶ κόσμῳ καὶ σεμνότητι, τῆς βουλῆς ψηφισαμένης, ἀκρωτήριον, ὡς Λίβιος ἱστορεῖ. τοῦτο ὄναρ ἡ Καλπουρνία θεασαμένη καταρρηγνύμενον, ἔδοξε ποτνιᾶσθαι καὶ δακρύειν. Ἀκρωτήρια etiã τὰ ἐπάνω τῶν ναῶν ἀνατιθέμενα ζώδια. Sic intelligi poteſt apud Athenæum in quinto, vbi narrat pompam Philadelphi, Ἑξῆς ἐπεφέρετο κυλίκια ἀργυρᾶ δωδεκαπήχη, δύο ὕψος πηχῶν ἕξ. ταῦτα δ' εἶχεν ἄνω τε ἀκρωτήρια τὸ ἐν ταῖς γάστραις κύκλῳ, καὶ ἐπὶ τῶν ποδῶν ζῷα τρία ἡμιπήχη, hoc eſt animalia è ſummis labris eminentia. Thucyd. in 2. de peſte loquens, Καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων περιγένοιτο, τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμαινε. κατέσκηπτε γὰρ ἐς αἰδοῖα, καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας καὶ πόδας. hæc appellat ἀκρωτήρια. Plut. in Cicerone, Τῶν δ' ἀκρωτηρίων εἰς Ῥώμην κομισθέντων, ἀκούσας καὶ ἰδὼν Ἀντώνιος ἀνεβόησεν, ὡς νῦν αἱ προγραφαὶ τέλος ἔχοιεν, de cæde oratoris loquens. Sunt etiam roſtra nauium & ornatus. Herodot. in Thalia, Καὶ τῶν νεῶν καπρίους ἐχουσέων τὰς πρῴρας ἠκρωτηρίασαν, καὶ ἀνέθεσαν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηναίης ἐν Αἰγίνῃ, id eſt roſtra ademerũt. Xenoph. in vi. Ἑλληνικῶν, Αἱ δὲ ἀπὸ Συρακουσῶν νῆες ἅπασαι ἑάλωσαν αὐτοῖς ἀνδράσιν. ὁ μέντοι Ἰφικράτης τὰς μὲν τριήρεις ἀκρωτηριασάμενος, ἕλκων κατηγάγετο εἰς τὸν Κερκυραίων λιμένα.

Ετοιμάζω, καὶ Ετοιμάζομαι.

Ἑτοιμάζομαι etiam & ἑτοιμάζω eadem ſignificatione legũtur. Appia. in 2. τῶν ἐμφυλ. de Cæſare loquens, Πιστωθεὶς δ' οὕτω φρονεῖν, χρήματά τε πολλὰ ἀφανῶς ἡτοιμάζετο, καὶ νόμους ὑπὲρ τῶν πενήτων ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσέφερε. Polyb. in v. hiſt. Ἀλλὰ σίτου μὲν καὶ χρημάτων πλῆθος, ἔτι δὲ τειχῶν καὶ βελῶν κατασκευάς, μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας καὶ δαπάνης ἑτοιμαζόμεθα. & paulo poſt, Ὁ δὲ ἀποδοὺς τὸ σύνθημα τοῦ καιροῦ τοῖς ὑπεναντίοις, ἡτοίμαζε τοὺς ἠθροισμένους κατὰ τὴν οἰκίαν. Greg. περὶ ἀνθρώπου, Δέον σπέρματα καταβαλεῖν, τὸ δι' ἐπιμελείας ἑαυτῷ τοὺς καρποὺς ἑτοιμάζεσθαι.



Εὑρίσκω, εὑρίσκομαι.

Εὑρημένος ἀντὶ τοῦ εὑρηκώς. Demoſth. περὶ παραπρ. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἥκομεν ἐκ τῆς πρεσβείας ταύτης, οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα οὐδ' ὁτιοῦν εὑρημένοι τῶν ὅτε εἰρήνην ἐποιεῖσθε λεχθέντων καὶ προσδοκηθέντων, προσῆμεν τῇ βουλῇ· cum alioquin hoc verbum ſemper paſſiua voce proferatur, cũ impetrare & mereri ſignificat & adipiſci, vt πρὸς Λεπτίνη. Τῇ μὲν γὰρ χρείᾳ τῇ τῶν εὑρισκομένων τὰς δωρεάς, οἱ τύραννοι μάλιστα δύνανται τιμᾶν. πλούσιον γὰρ ὃν ἂν βούλωνται παραχρῆμα ἐποίησαν. τῇ δὲ τιμῇ καὶ τῇ βεβαιότητι, τὰς παρὰ τῶν δήμων δωρεὰς εὑρήσετε οὔσας βελτίους. εὑρισκομένους τὰς δωρεὰς vocat eos qui promerentur, & qui adipiſcuntur & obtinent. εὑρήσετε autem inuenietis & reperietis dixit. Etenim (inquit) ſi vtilitatem eorum ſpectetis qui liberalitates impetrãt, aut quoquo modo adipiſcũtur, tyranni maximopere honeſtare munificentia poſſunt, vt qui confeſtim locupletare poſſint quem viſum fuerit. Eſt autem Εὑρέσθαι propriè λαβεῖν ἀντὶ ὧν τις ἔδωκεν ἢ εὐηργέτησεν ἢ ἐπόνησε, id eſt mereri. Idem, Εἰσὶ γὰρ δήπου παρ' ὑμῖν αἵ τε τῶν μετοίκων λειτουργίαι καὶ αἱ πολιτικαί. ὧν ἑκατέρων ἐστὶ τοῖς εὑρημένοις ἀτέλεια, ἣν οὗτος ἀφαιρεῖται. Andocid. περὶ τῶν μυστηρίων, Καὶ κομισθείς, ἄδειαν εὑράμενος, ἀπογράφει τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ. Gregor. περὶ θεολογ. Οὐ καλὴν οὐδὲ δικαίαν ταύτην ἀπολογίαν εὑράμενοι τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, hîc ἀντὶ τοῦ εὑρόντες dixit, nacti. Alibi ἀντὶ εὑρημένοι. ἆθλον εὑράμενος τὴν μετάθεσιν. Pauſan. in Phocicis, Μακεδόνες μὲν γὰρ τελεῖν ἐς Ἀμφικτύονας εὕραντο, obtinuerunt vt adnumerarentur inter Amphictyonas. Syneſ. Εὑράμενος κρηπῖδα.

Εὑράμην.

Sic autem εὑράμην formatum eſt vt ὠνάμην, ἐπριάμην, & ſimilia quæ per ſyncopam dicta ſunt, & ἐπλάμην, ἠγάμην. Syneſ. Εὑραίμην τῆς προθυμίας ἀμοιβήν, optantis eſt. ἐφεύρετο Ariſtoteles in viii. Ethicorũ. Gregor. ὃς τὰς ὄνους τοῦ πατρὸς ἐπιζητῶν, βασιλείαν εὕρετο. Accipitur interdũ etiam in malam partẽ, pro incidere & impingere. Pauſan. Ἀργεῖοι μὲν τοῖς οἰκέταις τοῦ Ἄργου διδόντα αὐτὸν δίκην, τέλος τοῦ βίου φασὶν εὑρέσθαι τοιοῦτο. Sic Cicero Græcorum imitatione, Qui propter hæſitantiam linguæ ſtuporémque cordis cognomen ex contumelia inuenit.

Inuenire.

Accipitur enim & in malam partem pro mereri. Pauſan. lib. ſupradicto, οἱ δὲ συμμαχίας εὕραντο οἱ Λακεδαιμόνιοι τῆς Φωκέων ζημίας, pœnas luerunt & pependerũt ob fœdus cum Phocenſibus ictum. Lucas autem dixit, Εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ, ἀντὶ εὗρω, ἢ εὗρου.

Εὕρημα.

Εὕρημα idem ferè quod ἕρμαιον, hoc eſt lucrum aduentitium. Xenoph. in vii. ἀναβασ. Εἰ δὲ μισθὸν προσλήψοιντο, εὕρημα ἐδόκει εἶναι, Quòd ſi inſuper ſtipendium acciperent, lucrum inſperatum id cenſeri. Vtitur & Iſæus.

Ανδραποδίζω, τὸ Ανδραποδίζομαι.

Ἀνδραποδίζω. Thucydides, Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἅπαντας Μιτυληναίους ἀποκτεῖναι ὅσοι ἡβῶσι. παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσαι. Polyb. paſſiua voce dixit, Πολλάκις δὲ τὸ ὅλας πόλεις ἐξανδραποδίζονται χρημάτων ἕνεκα. Plutarch. metaphoricè vſus eſt in Antonio, Καὶ Γαβίνιον δὲ ὄκνος τις εἶχε τοῦ πολέμου, καίπερ ἐξηνδραποδισμένον κομιδῇ τοῖς μυρίοις ταλάντοις, id eſt magnopere captũ pollicitatione Ptolemæi regis, & veluti Ptolemæo mancipatũ.

Ανδραγαθῶ, καὶ Ανδραγαθίζομαι.

Ἀνδραγαθῶ τὸ ἀνδραγαθίζομαι. Thucydid. in 2. εἴ τις καὶ τόδε ἐν τῷ παρόντι δεδιώς, ἀπραγμοσύνῃ ἀνδραγαθίζεται, id eſt, ſeſe præclarè agere exiſtimat, ſi ocio indulſerit. Idem, καὶ ἐκ τοῦ ἀκινδύνου ἀνδραγαθίζεσθαι, probum virũ ſe præſtare vbi id citra periculum facere licet. Plutarch. in apophthegmatis, τὰ μὲν οὖν ἡμαρτημένα λελύσθω τοῖς ἠνδραγαθημένοις. Idem, Καὶ παιωνίζειν ὥσπερ ἀνδραγαθήσαντας. Polyb. in 1. hi-

ſtoriarũ, καὶ παραστήσας ὁρμὴν ὑπερβάλλουσαν διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἐπαγγελίας τοῖς κατ' ἰδίαν ἀνδραγαθήσουσι. Baſilius, οὐδεὶς μετὰ τοὺς ἀγῶνας ἐπελθὼν, στεφανοῦται. οὐδὲ μετὰ

Ποιῶ, Ποιοῦμαι

τοὺς πολέμους ἀνδραγαθίζεται. Ποιῶ & ποιοῦμαι promiſcui vſus ſunt. Demoſthen. οὓς κρατήρων κοινωνοὺς πεποίησθε. Ariſtotel. in VII. Politic. Νῦν μὲν οὖν τοῦτον ἐν παραδρομῇ πεποιήμεθα τὸν λόγον. & ποιοῦμαι μνείαν apud eũdem ſæpe. Similis eſt conſtructio τοῦ δρᾶν καὶ ἐργάζομαι. Varius autem eſt vſus huius

Περὶ πλείονος.

verbi. Demoſth. Τὴν ἑαυτοῦ συκοφαντίαν ἀξιοῖ περὶ πλείονος ποιήσασθαι τῶν νόμων, pluris quàm leges ducere & facere. Lyſias, Περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, magni

Περὶ ἐλάττονος.

facerem. Sic Περὶ ἐλάττονος. Idem, Καὶ τὸν νόμον παραβαίνων, ὃν σὺ περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποίησας, præ voluptatibus contemptui habuiſti. Iſocrat. Καὶ περὶ

Περὶ ὀλίγου.
Περὶ πλείστου.

ἐλάττονος φαίνομαι ποιούμενος τὴν ψυχὴν, τοῦ παρ' ὑμῖν εὐδοκιμεῖν. Sic Περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι, Iſocrat. & Περὶ πλείστου Iſæus, Νῦν δὲ χρώμενος ἡμῖν, καὶ περὶ πλείστου ποιούμενος ἁπάντων, & omnium maximè exiſtimans. quanquam etiam cũ ſubſtantiuo verbo illæ voces iunguntur. Plato in Euthydemo, Ὥσπερ γὰρ ἔλεγον, περὶ πολλοῦ ἡμῖν τυγχάνει ὄν, τόνδε τὸν νεανίσκον σοφόν τε καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι. Antiph. Ἡγοῦμαι μέντοιγε καὶ ὑμῖν τοῖς δικασταῖς περὶ πολλοῦ εἶναι τὰς φονικὰς ὀρθῶς

Περὶ οὐδενός.

διαγινώσκειν. Et cum aliis verbis. Lyſ. Περὶ οὐδενὸς ἡγοῦντο, pro nihilo ducebant. Idem, Καίτοι οὐ δήπου τὰς μὲν μικρὰς ζημίας, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι· τοὺς δὲ περὶ

Ποιεῖσθαι κέρδος.

τοῦ σώματος κινδύνους, περὶ οὐδενὸς ἡγοῦμαι. Ποιεῖσθαι κέρδος, lucrifacere, in rem ſuã vertere. Plutarch. in Cicerone, ὧν οὐδὲν ἐποιήσατο κέρδος, ἀλλ' ὅσον ἐπευωνί-

Ποιεῖσθαι χάριν καὶ ὀργήν.

σαι τὴν ἀγορὰν ἀπεχρήσατο τῇ φιλοτιμίᾳ τῶν ἀνθρώπων. Ποιεῖσθαι χάριν τι, eſt animo beneuolo accipere aliquid, & gratiam habere: cui opponitur Ποιεῖσθαι ὀργὴν τὸ πρᾶγμα. Demoſth. περὶ παραπρ. Ἀλλ' ὅσων οὗτος αἴτιος σκεψάμενοι, ἢ χάριν, ἂν τούτης ἄξιος ᾖ, καὶ τοὐναντίον ὀργὴν, ἂν τοιαῦτα φαίνηται πεποιηκὼς, πεποιῆ-

Ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν, ἢ ἐφ' ἑαυτῷ.
Ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτόν.

σθαι. Ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν τὸ πρᾶγμα, eſt in poteſtatem ſuam redigere, poteſtatis ſuæ facere. Syneſ. Ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος τὸ πρᾶγμα. Demoſth. Ποιεῖσθαι τὴν χώραν ἐφ' ἑαυτῷ dixit. Ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν, eſt periculi ſui facere, in ſeſe recipere. Idem, Πάντα ἀναδεχόμενος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ποιούμενος τὰ τούτων ἁμαρτήματα. Ποιεῖσθαι ἑαυτὸν ἐπ' ἐξουσίαν. Herodian. in I. Ὁ δὲ Περέννιος ποιησάμενος αὑτὸν ἐπ' ἐξουσίαν, ἐπεβούλευε τῇ ἀρχῇ, id eſt, cum ſummotis aliis in maximam Commodi gratiam inſinuaſſet, & magnam potentiam ſibi comparaſſet.

Γνώμην ποιεῖσθαι.
Ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι.

Γνώμην ποιεῖσθαι, eſt ſtatuere & decernere. Thucydid. θέμενοι δὲ ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα, γνώμην ἐποιοῦντο κηρύγμασι χρήσασθαι ἐπιτηδείοις. Ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι opponere, & quaſi προβάλλεσθαι. Xenoph. in IIII. ἑλληνικῶν, Καὶ ἕτεροι μέντοι ἐλθόντες κατεστρατοπεδεύσαντο, ἔμπροσθεν ποιούμενοι τὴν χαράδραν, hoc eſt, poſt eluuiem caſtrametati. Ποιεῖσθαι ducere & exiſtimare. Gregor. de quodam martyre, Καὶ πομπὴν, ἀλλ' οὐ συμφορὰν τὸ πρᾶγμα ποιούμενος. Ποιεῖσθαι adoptare. Demoſth. Καὶ ὃν ἠνάγκασαι τρόπον ὁ πατὴρ ποιήσασθαι αὐτὸν, οὐ λέληθεν, id eſt εἰσ-

Ποιεῖν, ὅθεν ποίησις.

ποιῆσαι. Ποιεῖν pro poeticè ſcribere, voce actiua tantùm dicitur. Ariſtot. in Probl. de Bellerophonte, Οὕτως ἐποίησεν Ὅμηρος, Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν, Ἤτοι ὁ καππεδίον, & reliqua. Polyb. Ἴστε γὰρ δήπου ὅτι Ὅμηρος ὁ σοφώτατος, πεποίηκε σχεδὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων, id eſt in ſuis poematibus ſcripſit. ſic enim de poetis ποιεῖν, vt λέγειν περὶ λογογράφων dicitur. Iſocrat. in Panegyrico. Τίς γὰρ ἢ τῶν ποιεῖν δυναμένων, ἢ τῶν λέγειν ἐπισταμένων, μὴ πονήσει καὶ φι-



λοσοφήσει; ὅθεν Ποίησις καὶ ποίημα, quæ vocabula quid inter ſe differant, verbis Aphthonii referã in progymnaſ. Διήγημα (inquit) ἐστὶν ἔκθεσις πράγματος γεγονότος. διενήνοχε δὲ διηγήσεως, ὡς ποιήσεως ποίημα. ποίησις μὲν γὰρ, πᾶσα ἡ Ἰλιάς. ποίημα δὲ, ἡ τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων κατασκευή.

Ποίησις.
Ποίημα.
Διήγησις.
Διήγημα.

Ἐν θαύματι ποιεῖσθαι, eſt admirari. & Ἐν γέλωτι ποιεῖσθαι, riſui habere. ſic & alia ſimilia dicuntur. Plutarch. Ὁρῶν τοὺς ἀκούσαντας, ἀπὸ τοῦ προσώπου καὶ τοῦ σχήματος ἐν θαύματι ποιουμένους, ἤρετο τί τὸ, & reliqua. Syneſ. Σχετλιαζόντων ἡμῶν, καὶ ἐν δεινῷ ποιουμένων τοσοῦτον ἀπηρτῆσθαι τῆς γῆς, rem eſſe periculoſam dictitãtibus. Significat etiam ægre ferre, hoc eſt δεινὰ ποιεῖσθαι, καὶ δεινὸν ποιεῖσθαι Gregorio. Demoſth. Αἰτιωμένου καὶ δεινὰ ποιοῦντος ἀνθρώπου, conquerente. Sic Thucydides, Οὐκ ἔτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο. Plutarch. per plurale, Οὐκ ἀνασχετὰ ποιούμενος, Rem non tolerandam ratus. ea figura ſcilicet, qua plurali pro ſingulari vtuntur, vt paulo ante diximus. Demoſth. Καὶ δεινὰ ἐποίει ἀδικεῖσθαι σφᾶς οὐ μικρά, vociferabatur, conquerebatur. Aliquando δεινὰ ποιεῖν ſignificat indignè agere aut facere, hoc eſt improbé. Idem περὶ στεφάνου, Εἰ γὰρ παρὼν, πῶς οὐ δεινὰ ποιεῖ, μᾶλλον δ' οὐδ' ὅσια, εἰ τοῦτο ὡς οὐκ ἄριστα νῦν ὑμᾶς ἀξιοῖ ψηφίσασθαι;

Δεινοποιεῖν.
Δείνωσις.

Δεινοποιεῖν eſt augere crimen, amplificaréque dicendo. vnde Δείνωσις dicta pars epilogi, exaggeratio & amplificatio. Quintil. in VI. Hæc illa δείνωσις vocatur, rebus aſperis, indignis, inuidioſis addens vim oratio: qua virtute præter alios plurimũ Demoſthenes valuit.

Δεινολογεῖσθαι.

Dicitur etiam Δεινολογία, & δεινολογεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ ἐπιτραγῳδεῖν. Plutarch. Ἀγανακτούντων δὲ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ δεινολογουμένων, εἰ τῶν Ῥωμαίων ἀνθύπατος τέλη καταβάλοι τοῖς βαρβάροις ὀλέθροις, μικρὰ ἐφρόντιζε, τοῦ δοκοῦντος αἰσχροῦ κυρίαν ὠνεῖσθαι φήσας.

Καλῶς ποιῶν.

Καλῶς ποιῶν, ſermo eſt vſitatus apud auctores hoc modo. Demoſth. ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου τετάρτῳ, Μετὰ δὲ ταῦτα ἡ τύχη καλῶς ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά, καὶ τετρακόσια ἀντὶ τῶν ἑκατὸν ταλάντων προσέρχεται, & merito fortuna auxit annuos reipub. redditus. Greg. εἰς Βασίλειον, Ὅπερ οὖν καλῶς ποιοῦν καὶ συνέδραμεν, Quod vt decuit & debuit, concurrit. ſermo eſt approbantis rei euentum.

Εὖ ποιῶν.

Idem in eadem, Ὅπερ οὖν ἐκείνῳ συμβέβηκεν εὖ ποιοῦν, οἴκοθεν ἔχοντι τῆς ἀρετῆς παράδειγμα. Lucian. de homine dixit, Ἀλλὰ τὰ πολλὰ εἰδὼς ἃ τοῖς ἄρχουσι προσεῖναι ἀνάγκη, ἀφῆκα τὴν ἀρχὴν εὖ ποιῶν. ſic Gregorius, Καὶ διὰ τοῦτο ἐδόκει μοι εὖ ποιῶν περιέπειν τὰ ἡμέτερα, hoc eſt, vt debebat: vt par erat. Plato ὀρθῶς δρᾶν dixit in Philebo, Σὺ πρὸς ταῦτα ἀντεῖπες, ὡς οὐ ταῦτα, ἀλλ' ἕτερά ἐστιν ἃ πολλάκις ἡμᾶς αὐτοὺς ἀναμιμνήσκομεν, ὀρθῶς δρῶντες, ἵνα ἐν μνήμῃ παρακείμενα, ἑκάτερα βασανίζηται. Ποιοῦμαι ſimulo, ἀντὶ τοῦ προσποιοῦμαι. Themiſt. βασανιστῇ, Εἰ μέντοι τις ἀφίκοιτο εἰς τὴν πόλιν ῥητορικὸς ποιούμενος εἶναι, οὐ πολλῶν ἡμῖν ἐνιαυτῶν προσδεήσει ὥστε καταμαθεῖν. Idem, Ὦ ἄνθρωπε, ἐπειδὴ φιλόσοφος εἶναι τὴν ἀκροτάτην φιλοσοφίαν ποιῇ, πάνυ μὲν βουλοίμεθ' ἂν καὶ τοῦτο ἡμῖν τὸ ἀγαθὸν κατεσκευάσθαι, quoniam agis philoſophũ. Ποιῶ, vtilis ſum, confero. Dioſcorid. ποιεῖ δὲ κάρδαμον μεθ' ὕδατος πινόμενον πρὸς ἐπιληπτικοὺς, βήττοντας, ἰσχιαδικούς. & ſic identidẽ. Sic Quintilianus metaphoricôs lib. x. facere ad ſtomachũ. Alibi de Phalereo, nõ facere ad forenſem puluerẽ, non eſſe accõmodatũ certamini forenſi. Seneca, Sic horũ contumacia non facit ad aulã. & Ouidius, Non facit ad lachrymas barbitos vlla meas. &, Ad talem formã non facit iſte locus, in epiſtola Paridis. & Martialis, Præterea ſi quid nõ facit ad ſto-

Ποιῶ. machum. Ποιῶ σε ταῦτα cum duobus accuſatiuis, pro afficio te his rebus. Athen. οἱ δὲ πρῶτον ςάντες εἰς τὸ ἐν τῇ νήσῳ ὄρος, κακὰ πολλὰ ἐποίουν τοὺς σαμίους. Plato in Gorg. ταυτὶ γὰρ ἀκούω Περικλέα πεποιηκέναι Ἀθηναίους. Demoſth. ἆρ' οὖν συγχωρήσαιτ' ἂν τοῦτον κύριον γενέσθαι τοῦ ταῦθ' ἅπερ ἐστὶ ἐμὲ, ὑμῶν ἕκαστον ποιῆσαι; ſemper actiua voce. Similis eſt vſus τοῦ δρῶ καὶ ἐργάζομαι. Thucyd. εἴ τι ἀγαθὸν λακεδαιμονίους πεποιήκαμεν. ſed de iis ſatis ſuprà dictũ eſt. Πράττω & πράττομαι. Πράττω & πράττομαι. Demoſth. πρὸς Λακρ. παραγρ. Οὐδὲν ἀκήκοα πρᾶγμα μιαρώτερον, ἢ ὃ οὗτοι πεπραγμένοι εἰσὶ περὶ ἡμᾶς. Lyſ. Πράττειν τὰ τῆς πόλεως, id eſt πολιτεύεσθαι, eſſe in magiſtratu. Πράττειν τὰ ἑαυτοῦ, eſſe priuatum. Plutarch. in Cicerone, Πράττων αὐτῷ κάθοδον, id eſt conficiens reditũ ab exilio. Lyſ. Ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' ἐμαυτοῦ πώποτε, οὔτ' ἀλλότρια πράγματα πράξας, νῦν ἠνάγκασμαι τούτου κατηγορεῖν, Qui nunquam nec meã litem intendi nec alienam: nũquam nec mea nec aliena actione expertus ſum. hoc enim ſignificat πρᾶγμα πράττειν interdũ. Sic alibi, Μετὰ τοῦτο τίνων προσιόντες τῷ Ἀριστοφάνει οἱ πράττοντες τότε τὰ πράγματα, ἐδέοντο αὐτοῦ κατειπεῖν καὶ σώζεσθαι, καὶ μὴ κινδυνεύειν ἀγωνισάμενον τῆς ξενίας, τὰ ἔσχατα παθεῖν, hoc eſt ii qui negocia faceſſere tum ſolebant innocentibus aut imperitis, id eſt delatores, ſycophantæ. vt paulo poſt, Περὶ δὲ συκοφαντίας ὅσας οὗτος, ἢ δίκας ἰδίας συκοφαντῶν ἐδικάζετο, ἢ γραφὰς ὅσας ἐγράφετο, ἢ ἀπογραφὰς ἀπέγραφεν, οὐδέν με δεῖ καθ' ἕκαστον λέγειν. Πράττειν eſt contẽdere & laborare vt aliquid fiat. Quod etiã agere Latinè dicitur. Demoſth. Περὶ παραπρ. Ἐμοῦ δὲ τῷ τῶν συμμάχων συνηγοροῦντος δόγματι, καὶ τὴν εἰρήνην ὅπως ἴση καὶ δικαία γενήσεται πράττοντος, hoc eſt, hoc agente me & laborante, ἀγωνιζομένου. Inde illud ſuperius, πράττων αὐτῷ κάθοδον. Idem Plutarchus ἐν ἐρωτικῷ, Καὶ τῷ Βάκχωνι φίλης οὔσῃ καὶ συνήθους γυναικὸς ἐμῷ, πράττουσα γάμον κόρης κατὰ γένος προσηκούσης, ἔπαθε πρὸς τὸ μειράκιον αὐτή, id eſt tractans connubiũ, & interpres eius. ὅθεν Ἀντιπράττειν refragari, & in contrariũ laborare & contendere. Ἀντιπράττειν. Πράττειν πράγματα aliquando eſt rebus ad Remp. pertinẽtibus operam dare, actui rerũ vacare. Herodot. in Euterpe, de Amaſe rege loquens, Τὸ μὲν ὄρθριον, μέχρις ὅτου πληθούσης ἀγορῆς, προθύμως ἔπρησσε τὰ προσφερόμενα πρήγματα. Et paulo poſt, Σὲ γὰρ ἐχρῆν ἐν θρόνῳ σεμνὸν σεμνῷ θωκέοντα, δι' ἡμέρης πρήσσειν τὰ πρήγματα, hoc eſt ius dicere & χρηματίζειν. Πράττω etiã & πράττομαι, vt Εἰσπράττω & εἰσπράττομαι, τὸ ἐκλέγω, id eſt exigo & cogo, vtraque voce dicitur cũ duobus accuſatiuis, vt Demoſthenes πρὸς Λεπτίν. Ἐκεῖνος πράττεται τοὺς παρ' αὐτοῦ σῖτον ἐξάγοντας, τριακοστήν, exigit triceſimã ab iis. Πράττω etiã abſolutè poſitũ ſignificat viuo, ago, id eſt ætatẽ ago, ſorte aliqua vtor. vt illud eiuſdem in AEſchinẽ, ἣν γὰρ ὁ τὰ βέλτιστα πράττειν νομίζων, καὶ ἀρίστην ἔχειν οἰόμενος, οὐκ οἶδεν εἰ μενεῖ τοιαύτη μέχρι τῆς ἑσπέρας, πῶς χρὴ ὀνειδίζειν τὴν τύχην ἑτέρῳ; id eſt qui ſe feliciſſimũ exiſtimat. qui ſecum à fortuna actum eſſe præclariſſimè cenſet. Et apud eundem alibi, Πράττων οὐ κατ' ἀξίαν, Fortunæ iniquitate ad inopiã redactus. qui ea fortuna non vſus eſt qua dignus erat. Iſocrat. ad Philippum, Καίτοι τίς ἂν προσεδόκησεν ὑπ' ἀνδρὸς οὕτω ταπεινῶς πράξαντος, ἀναστραφήσεσθαι τὰ τῆς Ἑλλάδος πράγματα; ab homine ſic afflicto, & fortunis opibuſque lapſo. Inde βέλτιον πράττειν, ἄμεινον πράττειν, κακῶς πράττειν dicunt, & καλῶς πέπραγε in præterito. A quo Εὐπραγεῖν compoſitum apud Thucydidem. Εὐπραγεῖν.



dem, ἀντὶ τοῦ εὐημερεῖν, καὶ καλῶς καὶ εὐτυχῶς φέρεσθαι, εὐτυχεῖν. Cui opponitur Κακοπραγεῖν, Gal. ad Glaucon. Κακοπραγεῖν. Ὁ μὲν οὖν ἀμφημερινὸς οὐ χωρὶς τοῦ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς πεπονθέναι, τὰ πολλὰ συνίσταται, καθάπερ ὁ τεταρταῖος ἐπὶ σπληνὶ κακοπραγοῦντι, id eſt κακοπαθοῦντι, malè & infeliciter affecto, κακοτυχοῦντι. Ariſtot. in 2. Rhetoricõ, ἔστι δὲ νεμεσᾶν λυπεῖσθαι ἐπὶ τῷ φαινομένῳ ἀναξίως εὐπραγεῖν. Idem, Ὁ μὲν γὰρ λυπούμενος ἐπὶ τοῖς ἀναξίως κακοπραγοῦσι, ἡσθήσεται, ἢ ἄλυπος ἔσται ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις κακοπραγοῦσι. Πέπραγα enim μέσος παρακείμενος in vſu eſt, vt Xenophon in 1. ἑλληνικ. Πέπραγα. Καὶ οἱ ἄλλοι ἄγγελοι ἔλεγον ὅτι Λακεδαιμόνιοι πάντων ὧν δέοιντο πεπραγότες εἶεν παρὰ βασιλέως. Εὖ πράττειν caput eſt vel frons epiſtolarũ. Εὖ πράττειν. moris tamen fuit olim χαίρειν loco eius dicere, & ita extat in epiſtola Philippi apud Demoſthenem pro Cteſiphonte. Χαίρειν. & in epiſtolis ipſius Demoſthenis ita legitur, Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. In Platonis verò epiſtolis ſalutatio eſt εὖ πράττειν. Ariſtotel. Philippo in fine epiſtolæ ſalutationem poſuit huiuſmodi, Τὰ δ' ἄλλα εὖ πρᾶττε. In alia, πρᾶττε μὲν τὰ συμφέροντα, ἐπιτέλει δὲ τὰ δόξαντα. Alibi, Τὰ δ' ἄλλα ἔρρωσο. In epiſtolis Euripidis nihil ſalutis nec in fronte eſt, nec in calce. In Hippocratis eſt χαίρειν in principio. Tria igitur fuerunt vſitata apud priſcos, χαίρειν, εὖ πράττειν, ὑγιαίνειν. Principia epiſtolarũ apud priſcos. Per quod vltimum bene optabant corpori, quod primum eſt inter res humanas. Per ſecundum optabant vt actiones feliciter cederent & prono curſu. Per tertium, vt cum omnia ex animi ſententia ceſſiſſent, animus lætitia frueretur. Χαίρειν alioquin eſt quod noſtri valere dicunt, hoc eſt improbantis, repudiantis, nuncium remittentis & auerſantis, vt in illa Epicuri ſentẽtia, Εἰ δὲ τὸ καλὸν ἡδονὴν μὴ παρασκευάζει, χαίρειν ἐατέον. Plato in Phædro, Τὰς μὲν ἄλλας ἡδονὰς, τὰς περὶ τὸ σῶμα, εἴασε χαίρειν. Ariſtot. in 1. Poſter. Analyt. irridens Platonis ideas, Τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω, τερετίσματα γάρ ἐστι. Χαιρέτω. καὶ εἰ ἔστιν, οὐδὲν πρὸς λόγον ἐστί. Sic ἐρρώσθω. Demoſth. πολλὰ ἐρρῶσθαι φράσας τῷ σοφῷ Σοφοκλεῖ, ἂν οἰμώζειν. Ἐρρῶσθαι. ἔστι γὰρ τῶν διλόγως ἐχουσῶν λέξεων. Χαιρέτω δὲ τοῦ ἐρρέτω διαφέρει, Ἔρρειν. ὅτι τὸ μὲν ἐρρέτω, ἐπὶ ὁμολογουμένων κακῶν λέγεται, οἷον ἐρρέτω φθόνος. Ἐρρέτω. τὸ δὲ χαιρέτω ἐπὶ τῶν δοκούντων εἶναι ἀγαθῶν κατ' εὐφημισμόν, ὅταν οὐ δέῃ φανερῶς δυσφημεῖν, οἷον χαιρέτω φιλία, χαιρέτω λόγος, ἐπειδὰν ἀηδῶς τις ἔχῃ πρὸς ταῦτα. Ab eo autẽ quod πράγματα πράττειν ſignificare diximus, fit Ἀπράγμων, quæ dictio ſignificat virũ bonum, aut certè placidis moribus, qui negociũ exhibere aliis nõ ſolet, & ſimul qui ſibi negocia nõ libẽter exhibet. Ἀπράγμων. quales ſunt Ἰδιοπράγμονες, quibus ſatis eſt rei ſuæ familiaris cõſtituendæ cauſa mẽtem vexare. Ἰδιοπράγμων. quanquã interdum ἀπράγμονες pro inertibus accipiuntur, qui laborem recuſant. Ἀπραγμόνως ſignificat etiam faciliter quippiam fieri & procedere nulloq; negocio. Ἀπραγμοσύνη etiã & Ἀπραξία variè accipiuntur. vt pro tranquillitate vitæ philoſophicæ Syneſio, Ἀπραξία. Πενίαν ἐξ ἀπραξίας ὡς κέρδος ἑλόμενος. Ἄπρακτος opponitur τῷ δραστηρίῳ. Ἀπρακτεῖν eſt nihil proficere. Ἀπρακτεῖν. πράττειν enim, vt dictum eſt, interdum eſt conficere & ἀποτελεῖν. Xenoph. in 1. παιδείας, Τοὺς δὲ ἀθέμιστα εὐχομένους ὁμοίως ἔφησθα εἰκὸς εἶναι παρὰ θεῶν ἀτυχεῖν, ὥσπερ καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἀπρακτεῖν τοὺς παράνομα δεομένους. Ἄπρατος autẽ eſt integer & innocẽs vel teſtis vel iudex, qui conſcientiã addicere pecunia nõ didicit, ὁ μὴ δωροδοκῶν, ὁ ἀδέκαστος, & ὁ μὴ πιπρασκόμενος, ὁ ἀπρίατος. Ἄπρατος. Et Ἀπρασία, Ἀπρασία.

quæ etiam vilitatem ſignificat. Liban. Κατέλαβεν ἀπρασίαν τῶν φορτίων ὧν ἐκόμιζε.

Ἀπραξία. Ἀπραξία etiam dicitur cum nec quicquam negocii agere nec experiri licet actione,& appellare nomina ſua. Syneſ. Ἀλλά τι μῶντες διαφερόντως τὴν ἡμέραν, ἀπραξίαν ἄγουσι. Quare Plutarchus in Sylla pro iuſtitio poſuit, Ἀπραξίας δὲ διὰ ταῦτα τῶν ὑπάτων ψηφισαμένων, ἐπήγαγον αὐτοῖς ἐκκλησιάζουσι περὶ τὸν νεὼν τῶν διοσκούρων, ὄχλον. Πράττω etiam interdum ἀντὶ τοῦ πάσχω ponitur, vt πάσχω ἀντὶ τοῦ πράττω. Inde illud ambiguè & lepidè dictum apud Euripidem, vbi Hecuba ad Polymeſtorem ita inquit, ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους. & infrà, ὡς πάντα πράξας ὧν σε δεῖ, στείχης πάλιν σὺν παισὶν, ὅπου τὸν ἐμὸν ᾤκισας γόνον. πράξας enim verbum ἀντὶ τοῦ ποιήσας Polymeſtor intellexit, Hecuba verò ἀντὶ τοῦ παθὼν dixit. πράττω γὰρ καὶ τὸ ποιῶ σημαίνει καὶ τὸ πάσχω, vt inquit enarrator.

Φιλοπράγμων. Φιλοπράγμονες ſunt qui & ſibi & aliis libenter exhibent negocia, iidem qui & φιλόνεικοι & φιλόδικοι dicuntur, & φιλαίτιοι. Et φιλοπραγμοσύνη & πολυπραγμοσύνη. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Πολλοὺς δὲ τῶν πεπονθότων οὐδὲ μαρτυρεῖν ἐθέλοντας πάνθ' ὅσα ἠδίκηνται, τὴν πολυπραγμοσύνην ὁρῶντας τὴν τούτου, καὶ τὴν βίαν.

Πολυπραγμονεῖν. Πολυπραγμονεῖν eſt multis ſeſe negociis implicare, aliena curare: hoc eſt, negocium ſibi curioſè exhibere, vt ſycophantæ faciunt. vitio enim id vertitur. vt apud Platonem libro IIII. de Republica, Καὶ μὴν ὅτι γε τὰ αὑτοῦ πράττειν, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, δικαιοσύνη ἐστί. Idem, Ὅτι τὰ αὑτοῦ ἕκαστος εἷς ὢν, ἔπραττε, καὶ μὴ ἐπολυπραγμόνει.

Πολυπραγμονεῖσθαι. Quare Πολυπραγμονεῖσθαι dicitur is cui negociũ exhibetur, qui moleſtia afficitur. Iulian' Auguſtus ὑπὲρ Ἀργείων, de Argiuis loquens, quos Corinthii conferre ad Iſthmia cogebant, Ἀργεῖοι δὲ ἐοίκασιν οὐχ ὑπὲρ ἑνὸς πολυπραγμονούμενοι βοιδίου, ταῦτα τοὺς Κορινθίους αἰτιᾶσθαι, ἀλλ' ὑπὲρ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων, οἷς οὐ δικαίως εἰσὶν ὑπεύθυνοι. Ariſtophan. Pluto, pro συκοφαντεῖν poſuit, Εὐεργετεῖν οὖν ἐστὶ τὸ πολυπραγμονεῖν. & reſpondet ſycophanta, τὸ μὲν οὖν βοηθεῖν τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις, καὶ μὴ ἐπιτρέπειν ποτ' ἤν τις ἐξαμαρτάνῃ.

Οἰκειοπραγεῖν. Cui verbo Οἰκειοπραγεῖν opponitur. Syneſ. Πυλαιμένει, Τῆς εἱμαρμένης δὲ οὔπω ταύτῃ ῥυείσης, νοεῖν ἔχει πολὺν οἰκειοπραγεῖν, ἀλλὰ μὴ παραδιοικεῖν, μηδ' ἀσχημονεῖν, ἀξιοῦντας ὠθίζεσθαι παρὰ τοῦ δεῖνος ἀρχεῖον, οἷς μὴ πᾶσα ἀνάγκη. Sic dicitur vt Δικαιοπραγεῖν apud Ariſtotelẽ pro iuſtè agere. Significat etiam curioſè inquirere & perſcrutari, & introſpicere oculis curioſis: quia curioſitas propria eſt delatorum, quos nihil latet, niſi quo muſca penetrare nequit. quare vulgus noſtrate muſcas eos appellat. Vnde & verbum emuſcare fecerunt, pro latitantem & fugitantem inueſtigare: indéque curioſitas delatoria in prouerbium venit. Pauſan. Ἀγλαύρῳ δὲ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἔδωκαν φασὶν Ἀθηνᾶν Ἐριχθόνιον, καθεῖσαν ἐς κιβωτὸν, ἀπειποῦσαν εἰς τὴν παρακαταθήκην μὴ πολυπραγμονεῖν. Plutarch. in Politic. præceptis, Οὐ γὰρ ὧν λέγουσιν ἐν κοινῷ καὶ πράττουσιν οἱ πολιτευόμενοι, μόνον εὐθύνας διδόασιν, ἀλλὰ καὶ δεῖπνον αὐτῶν πολυπραγμονεῖται, καὶ γάμος καὶ κοίτη καὶ παιδιά, id eſt, homines in omneis eorum vitæ partes inquirunt curioſé. Gellius libro decimo πολυπραγμοσύνην ad verbum interpretatur, multarum rerum aggreſſionem, earúmque omnium actionem. Plutarch. in Apophtheg. de AEmilio loquens, Εὑρὼν δὲ ἐπὶ στρατοπέδου πολλὴν θρασύτητα καὶ λαλιὰν παραστρατηγούντων καὶ πολυπραγμονούντων, ἐκέλευσεν ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ ποιεῖν ὀξείας τὰς μαχαίρας μόνον.



πολυπραγμονοῦντας dixit eos qui munia imperatoria vſurpabant nihil ad ſe pertinentia, hoc eſt curioſè alienis functionibus ſe implicantes.

Διαπράττεσθαι. Διαπράττεσθαι eſt tranſigere & perficere aliquid, & peruincere contendendo. Lyſ. Μετὰ ταῦτα τοίνυν, ὦ βουλὴ, εἰς Κόρινθον ἐξόδου γενομένης, καὶ πάντων προειδότων ὅτι δεήσοι κινδυνεύειν, ἑτέρων ἀναδυομένων, ἐγὼ διεπραξάμην, ὥστε τῆς πρώτης τεταγμένος μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις, id eſt, tandem peruici vt me in prima acie pugnante alii ſubſiſterent. Sic Syneſ. pro contendendo aſſecutus ſum. Demoſth. Πρᾶγμα πολλὴν συγγνώμην ἔχον διαπραττόμενος, id eſt cõficiens. Idem, Οὐ γὰρ ἡγεῖτο λαμπρὸν, οὐδὲ νεανικὸν, οὐδὲ ἄξιον εἶναι θανάτου ὅ, τι ἄν τις πρὸς ἕνα διαπράττηται, εἰ μὴ φυλὴν ὅλην προπηλακίσει. hîc pro patrare poſuit. Idem, Οὐδὲν καινὸν διαπράττονται οἱ Φασιλιῶται, ἀλλ' ἅπερ εἰώθασιν, hoc eſt, Sic enim ſemper fallaces eſſe ſoliti ſunt. Lyſ. de ſtupro violento, ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους, Ἡγούμενος τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ, ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι· τοὺς δὲ πείσαντας, οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὥστ' οἰκειοτέρας αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας, ἢ τοῖς ἀνδράσι.

Διαπράττω. Dicitur & διαπράττειν. Xenoph. in v. ἀναβάσ. Ξενοφῶν δὲ μεταπεμψάμενος Κλέανδρον, ἐκέλευέν οἱ διαπρᾶξαι ὅπως εἰς τὸ τεῖχος εἰσέλθοι, καὶ ἀποπλεύσαι ἐκ Βυζαντίου. Idem in eodem, Ἠντέτω τι ὑπισχνῶνται τοιοῦτοι ἄνδρες, ὁρᾷς οὐδὲν μεῖον διαπράττειν, ἢ ἄλλοι παραχρῆμα διδόντες. & in Laced. Politia, Θεὶς γὰρ τοὺς γέροντας κυρίους τοῦ περὶ τῆς ψυχῆς ἀγῶνος, διέπραξεν ἐντιμότερον εἶναι τὸ γῆρας. Plutarch. pro perficere & abſoluere, in Cæſare, Διεπέπρακτ' ἂν ὁ πόλεμος, Iam confectum eſſet bellum.

Καταπράττειν. Καταπράττειν etiam eſt perficere, tranſigere, id eſt peragere, pertractare. Greg. Οὐδέ τι μέγα ἢ νεανικὸν ἢ ἐννοῆσαι ἢ καταπράξασθαι δυναμένων. Καταπράττειν etiam eſt vendere, vt Καταπιπράσκειν, vnde Καταπραθεὶς venditus.

Συμπράττειν. Συμπράττειν eſt aliquid amico cõficere. Xenoph. Οἱ δὲ τριάκοντα ἔπεισαν Λύσανδρον φρουροὺς σφίσι συμπρᾶξαι ἐλθεῖν. ὁ δὲ πεισθεὶς τούς τε φρουροὺς καὶ Καλλίβιον ἁρμοστὴν συνέπραξεν αὐτοῖς πεμφθῆναι. Ariſtotel. in nono Ethic. Εὖνοι γὰρ αὐτοῖς γίνονται καὶ συνθέλουσι, συμπράξειαν δ' οὐθέν. Idem, Βούλονται δὲ μόνον τἀγαθὰ οἷς εἰσιν εὖνοι. συμπράξειαν δ' οὐθὲν ἄν, οὐδ' ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν. Inde fit vt pro opitulari ponatur & fauere, Thucydid. Συνέπρασσον δ' αὐτοῖς τῶν Λοκρῶν μάλιστα οἱ Ἀμφισσεῖς, præcipuè fauebant.

Ἀντιπράττειν καὶ ἀντιπράττεσθαι. Ἀντιπράττειν verò eſt obſiſtere, & in contrarium niti. Ἀντιπράττεσθαι etiã dicitur voce paſſiua ab Iſocrate pro ἐναντιοῦσθαι, quia πράττω & πράττομαι dicitur. Quid ſit πρᾶξις nos alibi diximus.

Γρᾶγμα. Πρᾶγμα eſt moleſtia, vt negocium Latine, ὅθεν πράγματα παρέχειν dicũt, negocium & moleſtiam exhibere, vt ἵνα καὶ τὸ λοιπὸν ἡμῖν μὴ παρέχῃ πράγματα.

Οὐδὲν πρᾶγμα. Οὐδὲν πρᾶγμα Plato pro nihil eſt incommodi & moleſtiæ, in Symp. Τὸ δὲ ἄρα, ὡς ἔοικεν, οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὁτιοῦν, ἀλλὰ τὸ ὡς μέγιστα ἀναθεῖναι τῷ πράγματι καὶ ὡς κάλλιστα, ἐάν τε ᾖ οὕτως ἔχοντα, ἐάν τε μή· εἰ δὲ ψευδῆ, οὐδὲν ἦν πρᾶγμα, nihil eſt incommodi.

Πράγματα. Πράγματα etiam dicuntur Reipub. adminiſtratio, id eſt πολιτεία. Plutarch. Οὕτω δὲ τοῦ Κίννα τελευτήσαντος, ἐδέξατο τὰ πράγματα, καὶ συνεῖχε ὁ Κάρβων, rebus ſucceſſit, rerum ſummam excepit. Polyb. in v. ὁ δὲ Ἑρμείας ἦν μὲν ἀπὸ Καρίας. ἐπέστη δὲ ἐπὶ τὰ πράγματα, Σελεύκου τἀδελφοῦ ταύτην αὐτῷ τὴν πίστιν ἐγχειρήσαντος. Οὐδέν ἐστί μοι πρᾶγμα πρὸς σε, nihil eſt mihi tecum negocii. Demoſth. ὑπὲρ Στεφάνου, Καταρώμενος καὶ διομνύμενος μηδὲν εἶ-

ναί σοι καὶ Φιλίππῳ πρᾶγμα, id eſt, nihil te Philippi gratia dicere, cũ quo nihil eſſet negocii, à quo nihil ſperares. Idẽ, Ὥστε πρὸς οὓς μηδέν ἐστί σοι πρᾶγμα λυπεῖσθαι. Πραγματικὸς ἀνὴρ dicitur prudens & ſolers, qui conſilio in negociis agendis, rebúſque tractandis non deficitur. Polyb. de Arato Sicyonio, Πραγματικῶς ἕκαστα χειρίζων. Idem, Λεωνίδας μὲν οὖν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, πάνυ πραγματικῶς καὶ φρονίμως προϊδόμενος τὸ μέλλον, ἀπετίθετο τὴν τυραννίδα. Idem de pugna Cannenſi loquens, ἐν ᾧ καιρῷ πραγματικὸν ποιεῖν δοκεῖ καὶ φρόνιμον

Πράκτωρ. ἔργον Ἀσδρούβας. Πράκτορες ſunt qui pecunias mulctatitias exigunt, vt κατὰ Θεοκρίνου, Οὐδ᾽ ἐστὶ δίκαιον τούτοις ὑπολαμβάνειν, ὧν οὐδεὶς παραδέδωκε τοῖς πράκτορσι τὰ ὀνόματα. Πράκτωρ etiã eſt perpetrator. Antiph. in Apologia φόνου ἀκουσίου, Οἵ τε γὰρ ἁμαρτάνοντες ὧν ἐπινοήσωσί τι δρᾶσαι, οὗτοι πράκτορες τῶν ἀκουσίων εἰσί, οἵ τε ἑκούσιόν τι δρῶντες ἢ πάσχοντες, οὗτοι τῶν παθημάτων αἴτιοι γίνονται. Παρὰ δὲ

Πραγματεύομαι. πρᾶγμα fit Πραγματεύομαι, quod præter notam ſignificationem vexari & fatigari negociiſque implicari ſignificat. Greg. Εἰ δέ σοι μηδὲν πονήσαντι μηδὲ πραγματευσαμένῳ τυχεῖν ἐστὶ τοῦ ποθουμένου, πόσης εὐηθείας τοῦτο ἀναβάλλεσθαι; Significat etiam ſatagere circa aliquid & occupari. Idem εἰς Βασίλειον, Ὅστε καὶ ἐξορίαν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κατακριθεὶς, τοσοῦτον ἐπραγματεύσατο μόνον, ὅσον ἑνὶ τῶν ἀκολούθων εἰπεῖν, ἀραμένῳ τὸ πυκτίον ἀκολουθεῖν, hactenus tantum circa res com-

Πραγματεύω. ponẽdas occupatus fuit: de hoc modò anxius fuit. Πραγματεύω in voce actiua ſignificat, negociis implico: vexo: diſtineo, & ἐν τοῖς πράγμασιν ἀπασχολῶ. Greg. Εὐδοξίῳ ῥήτορι, quem ad philoſophiam capeſſendam hortabatur, & à foro auocare nitebatur, Ῥίψωμεν τὰ ὀνείρατα. παραδράμωμεν τὰς σκιάς. ἄλλοις προῶμεν τὰ τερπνὰ τοῦ βίου, καὶ πλέον ὀδυνηρά. ἄλλοις πραγματευέτω καὶ μεταρριπτείτω καὶ παιζέτω φθόνος καὶ χρόνος καὶ τύχη. Ex quo fit vt πραγματεύεσθαι philoſophari & commentari ſignificet, hoc eſt animo occupari circa indagationẽ veritatis & recti. Plato libro quarto de Rep. Ἵνα μηκέτι πραγματευώμεθα περὶ σωφροσύνης, ne inquiramus & cõmentemur. Sic vſus eſt Iſocrat. in principio Buſiridis. Xenoph. de philoſophis phyſicis loquẽs, cum accuſatiuo iunxit, Περὶ μὲν οὖν ταῦτα πραγματευομένων, ταῦτα ἔλεγε. hoc Cicero pertractare appellat. Theophr. in 4. περὶ φυτῶν, Καίτοιγε διεφιλοτιμήθη Ἅρπαλος ἐν τοῖς παραδείσοις τοῖς περὶ Βαβυλῶνα, φυτεύων πολλάκις καὶ πραγματευόμενος, ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐποίει πλέον, conferens ſæpe & omnia tentãs, ſed nihil profecit. Demoſth. Ὁ δὲ τοῦτο ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου μάλιστα ἐπραγματεύετο, Omni ope efficere contendebat, laborabat, agebat vt efficeret. Et in quarta Philip. Ὅτι πάνθ᾽ ὅσα πραγματεύεται καὶ κατασκευάζεται νῦν, ἐπὶ τὴν ὑμετέραν πόλιν παρασκευάζεται, ſtruit, molitur. Laert. in Ariſtotele, Τοσαῦτα μὲν αὐτῷ πεπραγμάτευται βιβλία, id eſt, tot ipſe libros commẽtatus eſt & ſcripſit. Significat etiam negociari in aliqua re ad lucrum, cum accuſatiuo: quod ad metaphorã tranſtulit Gregorius, Φιλοσοφία δὲ ἡ σπουδὴ αὐτῷ, καὶ ῥαγῆναι τοῦ κόσμου, καὶ μετὰ θεοῦ γενέσθαι, τοῖς κάτω τὰ ἄνω πραγματευόμενον, καὶ τοῖς ῥέουσι τὰ μένοντα καὶ ἑστῶτα κατακτώμενον. Πραγματεύεσθαι etiam eſt conſultò & de induſtria quippiam facere. Xenoph. de ludicra decurſione equitũ, Ὁ δὲ διώκει ἐσφαιρωμένα τ᾽ ἔχων ἀκόντια, καὶ δόρυ οὕτω πεπραγματευμένον, Hic autem inſequitur præpilata tenens iacula, haſtámque cõſultò ita fabricatam ne lædere poſſit.



Πραγματεύομαι etiam ſignificat quæro, comparo, lucror, vel lucrum & cõpendium ſector in aliqua negotiatione vel exercitatione. Baſil. in Prouerbia, Πάντες οὖν οἱ τὴν εὐαγγελικὴν ὁδὸν πορευόμενοι, ἔμποροί ἐσμεν, διὰ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, τὴν κτῆσιν ἑαυτοῖς τῶν οὐρανίων πραγματευόμενοι. Chryſoſt. 1. ad Corinth. x v. de quodam mercatore frumentario loquens, qui annonæ penuriam captabat, Ταῦτα δέ μοι οὐ πρὸς τοῦτον εἴρηται μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν τὰ τοιαῦτα νοσούντων, καὶ τὴν τῶν ὠνίων τιμὴν ἐπιτεινόντων, καὶ τῶν πλησίον τὴν πενίαν πραγματευομένων, molientium, affectantium, captantium. Πρα- Πραγματεία.
γματεία eſt opus commentatione compoſitum, vt Iſocrates orationem ſuam vel libellum πρὸς Δημόνικον, πραγματείαν vocat. Plato pro commẽtatione ipſa poſuit & intentione animi & vexatione, in Phæd. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, πολλὴ ἐλπὶς ἀφικομένῳ οἷ ἐγὼ πορεύομαι, ἱκανῶς ἐκεῖ εἴπερ που ἄλλοθι, κτήσασθαι τοῦτο οὗ ἕνεκα ἡ πολλὴ πραγματεία ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι βίῳ. de inuẽtione veritatis loquens. Ariſtot. in x. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Διὰ δὲ περὶ τὰ ἀρχὴν κινήσεως ἐν αὐτοῖς ἔχοντα, τὴν τοῦ φυσικοῦ πᾶσαν εἶναι πραγματείαν. Idem in 1. Σωκράτους περὶ μὲν τὰ ἠθικὰ πραγματευομένου, περὶ δὲ τῆς ὅλης φύσεως οὐδέν. mutauit caſum. Polybius hiſtoriam ſuam πραγματείαν appellauit non ſemel in 2. & 111. & in 1111. Οὐ γὰρ ἡγητέον, ὁ Ἔφορός φησιν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ὅλης πραγματείας, id eſt hiſtoriæ. Καταπραγματεύεσθαι aliud ſignificat. Greg. εἰς Βασί- Καταπραγματεύεσθαι.
(inquit ipſe) εἰσί τινες καὶ σοφίας λόγοι τῆς ἀρχεγόνου, τῆς περὶ τῶν ὅλων ἐν τῇ δημιουργίᾳ συγκαταβληθείσης τῇ κτίσει. quod ad enarrationem dixit illius dicti Prouerbiorum, ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν. & κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, quod de ea ſapientia dictum eſt, quam mundi fabrica præ ſe fert. quare Deus à Baſilio συγκαταβεβληκέναι τὴν σοφίαν τῷ δημιουργουμένῳ κόσμῳ dixit, id eſt vnà molitus eſſe. Chryſoſtomus & ipſe in externa doctrina mea ſentẽtia aliquando perpolitus, cap. I. ad Epheſios, enarrans illa verba, καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου. τί ἐστιν (inquit) ἐν αὐτῷ ἐξελέξατο; διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ὁ χριστὸς τοῦτο κατώρθωσε πρὶν ἢ γενέσθαι ἡμᾶς. μᾶλλον δὲ πρὶν ἢ τὸν κόσμον καταβληθῆναι. καὶ καλῶς (inquit) καταβολὴν εἶπεν, ὡς ἀπό τινος ὕψους καταβεβλημένον μεγάλου αὐτὸν δεικνύς. καὶ γὰρ μέγα καὶ ἄφατον τὸ ὕψος τοῦ θεοῦ, οὐ τῷ τόπῳ, ἀλλὰ τῷ διακεχωρηκότι τῆς φύσεως. καὶ πολὺ τὸ μέσον κτίσματος καὶ κτίστου. καταβολὴν quaſi ex alto deorſum mundi iactum intellexit, & ad imum mundi fabricam deiectam, rerum materialium & ſpiritalium, & mũdi intelligibilis ad ſenſu perceptum intercapedinem, & præcipuè opificii in rerum naturam producti, ad ipſum opificẽ & productorem, hoc verbo ſignificari volens. Themiſt. in exordio Poſteriorum analyticôn, Τὸ δὲ σμικρῶν ἕνεκεν παρεγχειρήσεων ὁλοκλήρους καταβάλλεσθαι πραγματείας, ὅμοιον τῷ τὴν Ἀθηνᾶν βουλομένῳ μετακινεῖν τὴν Φειδίου, ὅτι τὰ δεσμὰ ᾤετο τῆς κρηπῖδος ἀμείνω ποιήσειν. Καταβάλλεσθαι, niſi fallor, pro moliri & ab integro texere dixit, quaſíque ab elemẽtis ordiri. In voce etiã paſſiua paſſiuam ſignificationẽ habet, vt actiuam. Idem in ſexto Phyſicôn, γέγονε τοῦτο οἰκία. οὐκοῦν καὶ ἐγίνετό ποτε οἰκία. καὶ γὰρ ὅτε τὰ θεμέλια κατεβάλλετο, ἐγίνετο οἰκία, cum iaciebantur fundamenta. Potuit autẽ illud Ioannis XVII. & ſic fortaſſe verti, ante molitionẽ mundi. Cicero de Natura deorum, Sin quæreret quiſpiam cuiuſnam cauſa tantarum rerum molitio facta ſit, id eſt παρασκευή, καταβολή. Et de Vniuerſitate, Hanc igitur rationẽ habuit effector mundi molitórque Deus. Plutarch. Ζήνων ὁ τὴν Στωϊκὴν αἵρεσιν καταβαλόμενος, id eſt ὁ προκατάρξας, auctor & conditor, ὁ ἀρχηγός. vt Cicero pro Cluentio, Atque etiam ipſe conditor totius negocii Guttam aſpergit huic Bulbo. Poſtea architectum dixit. Conſtitutio autẽ ciuitatum eſt σύστασις, hoc eſt συναγωγὴ εἰς πολιτείαν. vt Cicero de Oratore locutus eſt in primo dialogo, Quæ vis alia potuit aut diſperſos homines in vnum locum congregare? aut à fera agreſtíque vita ad humanum cultum ciuilémque deducere? aut iam conſtitutis ciuitatibus leges, iudicia, iura deſcribere? Conſtitutio verò corporis eſt κατασκευὴ & κατάστασις. Iſocrat. πρὸς Φίλιππον. Ἀπαλλάξαι τε τοὺς ξενιτευομένους τῶν κακῶν ὧν αὐτοί τ' ἔχουσι, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχουσι, καὶ πόλεις ἐξ αὐτῶν συστῆσαι, καὶ ταύταις ἐχυρῶσαι τὴν Ἑλλάδα. Καταβάλλεσθαι etiam eſt præſtruere, præparare. Greg. εἰς Κυπριανόν, Αἴγυπτος βασανίζεται, θάλασσα τέμνεται, ἄρτος ὕεται, γῆ τῆς ἐπαγγελίας κληροδοτεῖται. οἶδε γὰρ πόρρωθεν καταβάλλεσθαι τῶν μεγάλων πραγμάτων ἡ σοφία τὰς ὑποθέσεις. Καταβολὴ etiam vt ἐπιβολὴ eſt acceſſio & impetus febris. Demoſthenes ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου τρίτῳ, quæ nona eſt vt dicitur Philippica, Ἀλλὰ μείζω γιγνόμενον τὸν ἄνθρωπον περιορῶμεν, τὸν χρόνον κερδᾶναι τοῦτον ὃν ἄλλος ἀπόλλυται ἕκαστος ἐγνωκώς, ὥς γε μοὶ δοκεῖ, οὐχ ὅπως σωθήσεται τὰ τῶν Ἑλλήνων σκοπῶν οὐδὲ πράττων. ἐπεὶ

ὅτι γε

Moliri.

Molitio.



ὅτι γε ὥσπερ περίοδος ἢ καταβολὴ πυρετοῦ ἢ τινος ἄλλου κακοῦ, καὶ τῷ πάνυ δοκοῦντι νῦν ἀφεστάναι, προσέρχεται, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου. Hominem verò (de Philippo loquens) in dies maiorem fieri ipſi neglectim ſinimus: vnuſquiſque ſe id temporis vtique lucrifacere cenſens, quo tempore alius opibus euertitur: nec, vt mea quidem fert opinio, in cõmune conſulens, nec id agens potiſſimum quo Græcorum vires incolumes ſeruentur. Neminem enim noſtrũ fugit, quòd tanquam circuitus quidam aut impetus vel febris vel cuiuſuis alterius noxæ in orbem repetentis, hoc malum aduentat, eíque etiam imminet vnde longiſſimè abſceſſiſſe nunc videtur. Galen. in I. ad Glaucon. Αὖθις δὲ περὶ τὴν ἕω τῆς τρίτης ἡμέρας δευτέρα καταβολὴ γίνεται, τὰ πάντα τῇ πρώτῃ παραπλησία, πλὴν τοῦ χρόνου. Idem, Ἀλλ' οἱ μὲν τριταῖοι εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ καταβολῇ πολλάκις μετὰ σφοδροῦ τοῦ ῥίγους ὑπήρξαντο. Apud Platonem in Hippia minore ſic intelligendum eſt, ἐνίοτε μέντοι καὶ τοὐναντίον δοκεῖ μοι τούτων, καὶ πλανῶμαι περὶ ταῦτα, δηλονότι διὰ τὸ μὴ εἰδέναι. νυνὶ δὲ ἐν τῷ παρόντι μοι ὥσπερ καταβολὴ περιελήλυθε, in præſenti verò res mihi redit ad quendam veluti circuitũ alternãtis opinionis, & rurſus repetit & refricat morbum animi addubitantis & hæſitãtis. Sic Ariſtot. in I. Meteorolog. ἕως ἂν ἔλθῃ πάλιν ἡ καταβολὴ τῆς περιόδου τῆς αὐτῆς. Vocabulum eſt per metaphoram ductum ab eorum ſimilitudine quibus ſtatis diebus in orbẽ redeuntibus certas ſummas pecuniarum dependere ſolenne eſt, vt ſunt αἱ καταβολαὶ τῶν τελωνησάντων. Demoſth. κατὰ Νεαίρας, Δέον αὐτὸν καταβάλλειν τὰς καταβολὰς εἰς τὸ βουλευτήριον, pendere penſiones. Προκαταβεβλημένον etiã ſignificãs antegreſſum, & fundatum, & præexiſtens, προϋπάρξαν. Alexan. περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, in 2. de anima, Διὸ καὶ προαιρούμεθα ἐσθ' ὅτε ταῦτα, ὧν ἡ αἰτία οὐ προκαταβέβληται ἐν ἡμῖν. Idẽ, ἃ οὖν ἀναιτίως, καὶ μὴ προϋπαρχούσης αἰτίας προαιρούμεθα, ταῦτά ἐστι τὰ λεγόμενα ἐφ' ἡμῖν. ὧν καὶ τὰ ἀντικείμενά ἐστι δυνατά, διὰ τὸ μὴ αἰτίαν προκαταβεβλῆσθαι, ἥτις προϋπάρχουσα πάντως ἂν τοῦ γενέσθαι τοῦτο ἀνάγκην παρεῖχε. & idẽtidem in eodem tractatu vſus eſt. & ad Imperatores Seuerũ & Antoninũ, Οὐ γὰρ κενὸν, οὐδ' ἄστοχον τἀληθοῦς ἡ κοινὴ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καθ' ἣν περί τινων ὁμοδοξοῦσιν ἀλλήλοις, ὅσοι γε αὐτῶν μὴ διά τινας προκαταβεβλημένας δόξας ὑφ' αὐτῶν, διὰ τὸ σώζειν τὴν πρὸς αὐτὰς ἀκολουθίαν, ἄλλως ἀναγκάζονται λέγειν, duntaxat qui neceſſitate non adiguntur aliter cenſendi dicendíve, ob tuendas conſequentias earũ opinionum quas anticipatas habent, animóque perſidentes, & penitus fundatas. Alibi προηγούμενα αἴτια ſæpe vocat, cauſas antegreſſas & iam exiſtentes, hoc eſt προκαταβεβλημένα. vtroque enim vocabulo pro eodem vtitur. προκαταβεβλημένον non multum abeſt à ſignificatione τοῦ προηγουμένου καὶ προϋφεστηκότος καὶ προϋποκειμένου. Παραβάλλω τὸ συγκρίνω καὶ ὁμοιῶ. Liban. Τὸ δ' ἐμὸν τοιοῦτον, οἷς κώνωψ ἐλέφαντι παραβαλλόμενος, ἀντὶ τοῦ παραθεωρούμενος. Iſocr. in Euag. Εἰ πρὸς ἕκαστον αὐτῶν τὰς Εὐαγόρου πράξεις παραβάλλοιμι. Παραβάλλω τὸ παρατίθημι admoueo. Plut. de duobus Ciceronibus in proſcriptione triumuirali, Καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐφιστάμενοι, καὶ τὰ φορεῖα παραβάλλοντες, ἀλλήλοις προσωλοφύροντο. Theophr. in III. de Cauſis, Καὶ ὡς παρὰ τὰς μυρρίνους κελεύουσιν ἰσχυροτέραν ἔτι τὴν κόπρον παραβάλλειν, οἷον τὴν βυρσοδεψικὴν, καὶ οὖρον παραχεῖν ὅταν ἐκβλαστήσωσι. Idẽ, Ταῖς δ' οὖν ἀμπέλοις ἢ διὰ τεττάρων ἢ πλειόνων ἐτῶν παραβάλλουσι κόπρον, radici-

Προκαταβεβλημένον.

Παραβάλλω.

bus admouent. Παραβάλλω tranſmitto, traiicio. Thucyd. Καὶ ἐλπίδα οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην εἶχον ναῦς Πελοποννησίων εἰς Ἰωνίαν παραβαλεῖν, traiecturas eſſe, vel appulſum iri potius. Idē, Καὶ παραβάλλειν εἰς Σικελίαν ὡς τὸν τύραννον. Ariſtot. in VIII. hiſtoriæ de coturnicibus loquens, Ὅταν μὲν οὖν ἐκεῖθεν παραβάλλωσιν, οὐκ ἔχουσιν ἡγεμόνας. ὅταν δ᾽ ἐντεῦθεν ἀπαίρωσιν, ἥτε γλωττὶς συναπαίρει καὶ ἡ ὀρτυγομήτρα, [Διαβάλλω.] cum illinc huc appelluntur. Dicitur & Διαβάλλω pro eodem, τουτέστι διαπερᾶν. Appian. in Libyco, οἱ μὲν δὴ θύσαντες εἰς Σικελίαν ἔπλεον, ὡς ἐκεῖθεν εἰς τὴν ἰτύκην διαβαλοῦντες. Arrian. in V, Τοὺς δ᾽ ἐν τοῖς πλοίοις διαβάλλοντας, συναρραχθέντων πλοίων ἐπὶ τὰς πέτρας, αὐτοῦ ἐν τῷ ὕδατι διαφθαρῆναι. Idem Thucyd. Παρὰ γῆν σφῶν κομιζομένων, καὶ ἐκ πατρῶν τῆς Ἀχαΐας πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον διαβαλλόντων. [Παραβάλλω.] Παραβάλλω permitto, indulgeo, & condono aliquid & vtendū offero. cuius exēplum relatum eſt apud Suidam, Ἡ δὲ οὐ προσεῖτο τὴν δόσιν, ἑταιρικὸν φάσκουσα εἶναι τὸ μίσθωμα, τὸ ἑαυτὴν παραβαλεῖν ἀνδρὶ ἀγνῶτι, καὶ ὥσπερ ὤνιον τὸ κάλλος ἀποδόσθαι, At illa munificentiam non admiſit, meretriciúmque eſſe quæſtum dixit, homini ſeſe ignoto indulgere, & tanquam venalem formā precio addicere, vel vtendā permittere. Poteſt & pro admouere intelligi, vt patet ex ſupradictis, & ex Theophraſto in V. de Cauſis, Καὶ ὅσα παραβαλλόμενα περὶ τὰς ῥίζας αὐξάνει, admota, circūpoſita. Παραβάλλω accedo & appropinquo, & vt Cicero loquitur, ad aliquem me applico, τουτέστι προσμιγνύω. Ariſtot. in VII. Ethic. περὶ εὐδαιμονίας loquens, Οὐδ᾽ ἡδονὴν διώκουσι τὴν αὐτὴν πάντες, ἡδονὴν μέντοι πάντες. ἴσως δὲ καὶ διώκουσιν οὐχ ἣν οἴονται, οὐδ᾽ ἣν ἂν φαῖεν, ἀλλὰ τὴν αὐτήν. πάντα γὰρ φύσει ἔχει τι θεῖον, ἀλλ᾽ εἰλήφασι τὴν τοῦ ὀνόματος κληρονομίαν αἱ σωματικαὶ ἡδοναί, διὰ τὸ πλειστάκις τε παραβάλλειν εἰς αὐτάς, καὶ πάντας μετέχειν αὐτῶν, verum huius vocabuli hæreditatem nactæ ſunt voluptates corporis, licet ad alias honeſtiores pertineat: ídque ideo quòd homines ſæpius ſe ad eas applicāt, nec vllus eſt earum non particeps. Idem in VII. Politic. Αὕτη δὲ ἐστὶν ἀγορὰ ἣν δεῖ καθαρὰν εἶναι τῶν ὠνίων πάντων, καὶ μήτε βάναυσον μήτε γεωργόν, μήτ᾽ ἄλλον μηδένα τοιοῦτον παραβάλλειν μὴ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. Baſil. datiuo iunxit, τοῖς ἐν νεοκαισαρείᾳ λογιωτάτοις ſcribens, οὔτε γὰρ ἄν τις ἀκυβερνήτου πλοίου συμφερομένου ἐπιβαίη, οὔτε ἐκκλησίᾳ παραβάλοι, ἧς τὸν κλύδωνα καὶ τὴν ζάλην αὐτοὶ οἱ ἐπὶ τῶν οἰάκων καθεζόμενοι ἐμποιοῦσι. Sic Laërtius vſus eſt in Menedemo, & alibi ſæpiſſime. Plut. in Demetr. Ἔπειτα Κλεωνύμου τοῦ σπαρτιάτου παραβάλλοντος εἰς τὰς Θήβας, ἐπαρθέντες οἱ Βοιωτοὶ ἀπέστησαν, ſpe erecti à Demetrio deſciuerunt appropinquāte eo. & in Dione, θείᾳ τινὶ τύχῃ πλάτωνος εἰς σικελίαν παραβαλόντος, applicante. Παραβάλλω obiicio edendum brutis. Athen. Ἄρτι γὰρ τῇ καμήλῳ παρεβέβλητο τροφή, appoſitum erat pabulum. Plato in Phædro, Ὁ δὲ ἡνίοχος πρὸς τῇ φάτνῃ τοὺς ἵππους στήσας, παρέβαλεν τὴν ἀμβροσίαν. Odyſſ. IIII, Πὰρ δ᾽ ἔβαλον ζειάς, ἀνὰ δὲ κρῖ λευκὸν ἔμιξαν. Hoc de hominibus προσφέρειν dicitur, vt ſuprà dictum eſt. Plutarch. de cauſis naturalibus, Διὰ τί παραβάλ- [Obiicio.] λουσι τοῖς θρέμμασιν ἅλας οἱ νομεῖς. Hoc Latinè obiicere dicitur. Cicero pro Roſcio Amer. de parricidis loquens, Noluerunt maiores corpus feris obiicere, ne beſtiis quoque quæ tantū ſcelus attigiſſent, immanioribus vterentur. Spartian. in Caracal. Si quādo feris obiectos vidit, fleuit. Tacitus, Captus in eo prælio Marricus, ac mox feris obiectus. Lucianus παραβάλλειν [Παραβάλλομαι.] τοῖς λέουσι dixit. Παραβάλλομαι etiam obiicio & oſtēto, quaſi προβάλλομαι.



Plut. in Dione, ἀλλὰ δαίμων τις ὡς ἔοικε, πόρρωθεν ἀρχὴν ἐλευθερίας παραβαλλόμενος συρακουσίοις, καὶ τυραννίδος κατάλυσιν μηχανώμενος, ἐκόμισεν ἐξ ἰταλίας εἰς συρακούσας πλάτωνα. Παραβάλλω flecto, detorqueo, vt παραβάλλω τοὺς ὀφθαλμούς, [Παραβάλλω.] oculos intorqueo. Athen. Μόνος Σωκράτης βρενθυόμενος καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλων εἱστήκει, Solus Socrates conſtiterat præ inſolētia limis oculis toruiſque aſpiciens. id quod ſumptū ex Ariſtophanis choro in Nubibus ad Socratem loquente,

Ὅτι βρενθύει τ᾽ ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλει,
Κἀνυπόδητος κακὰ πόλλ᾽ ἀνέχει, κἀφ᾽ ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.

Sic Plato in Phædo. Καὶ ὁ Σωκράτης παραβαλὼν τὴν κεφαλήν, καὶ ἀκούσας, ἀνδρικῶς, ἔφη, ἀπεμνημόνευκας. His verbis ſignificat habitum aurem alteri admouentis ad auſcultandum. Lucian. Ἐγὼ δὲ ἡσυχῇ μειδιάσας, πρὸς τὸν Ἀθήναιον ἠρέμα τὼ ὀφθαλμὼ παραβαλών, id eſt, leniter oculos ad Athenæum deflectēs, vt ſolent qui in medio duorum ambulantes viciſſim ad vtrūque conuertuntur. Παραβάλλω adambulo. Plut. in Catone, Τῶν δὲ φίλων οἱ συνεκδημοῦντες ἵπποις ἐχρῶντο, καὶ πολλάκις ἑκάστῳ παρέβαλεν ὁ Κάτων, ἐν μέρει προσδιαλεγόμενος, περιπατῶν αὐτοῖς ὀχουμένων. Plato lib. VIII. de Rep. Οὕτω δὴ παρεσκευασμένοι, ὅταν παραβάλλωσιν ἀλλήλοις οἵ τε ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι, ἢ ἐν ὁδῶν πορείαις, ἢ ἐν ἄλλαις τισὶ κοινωνίαις, ἢ κατὰ θεωρίας, ἢ κατὰ στρατείας, μηδαμῇ ταύτῃ καταφρονῶνται οἱ πένητες ὑπὸ τῶν πλουσίων. ἀλλ᾽ οἷς & reliqua. παραβάλλειν hoc in loco ſignificat ex æquo & ſocialiter ingredi vel equitare, non comitum numero locóque. Παραβάλλομαι [Παραβάλλομαι.] voce paſſiua τὸ παραβόλως μάχομαι, καὶ κατατεθαρρηκότως ἐναποκινδυνεύω, audacia præcipiti periculum adeo, ῥιψοκινδυνῶ. Thucyd. Πολῖται ὄντες, καὶ πλείω παραβαλλόμενοι, qui maioris diſpendii aleā ſubibant. Homerus Iliad. XI, Αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν, cum accuſatiuo dixit, pro eo quod eſt diſcrimini intrepidè obiiciens. Sic Thucyd. lib. 2, Οὐ γὰρ οἷόν τε ἴσον τι ἢ δίκαιον βουλεύεσθαι, οἳ ἂν μὴ καὶ παῖδας ἐκ τοῦ ὁμοίου παραβαλλόμενοι, κινδυνεύωσιν. Plut. in libro de virtutibus mulierū, de Clœlia & virginibus Romanis eius comitibus loquens, Μιᾶς δὲ αὐτῶν ὄνομα Κλοιλίας περιζωσαμένης, ἀναδησάμεναι περὶ τὰς κεφαλὰς τοὺς χιτωνίσκους, παρεβάλοντο πρὸς ῥεῦμα πολύ, καὶ δίνας βαθείας διεπέρασαν νέουσαι. Idem Homerus παραθέσθαι τὴν ψυχὴν etiam dicere ſolet, vt Odyſſ. III, Οἷά τε ληϊστῆρες ὑπεὶρ ἅλα τοί τ᾽ ἀλόωνται, Ψυχὰς παρθέμενοι, κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες. Apud Ariſtophanem in Ranis, Χωρῶμεν ἐπὶ τὸ πλοῖον. Χάρ. ὠόπ, παραβαλοῦ, ſignificat accede, vel vt gloſſularius interpretatur, ὅρμισον τὴν ναῦν, hoc eſt appelle nauem, de qua ſignificatione ſuprà exempla citauimus. Idem inferius, ὦ παῦε, παῦε, παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ, ἔκβαιν᾽, ἀπόδος τὸν ναῦλον. Poſtremo Παραβάλλω ſignificat in latus cōuerto. Xenoph. de lepore fugiente & à canibus oppreſſo, Οὐρὰν δ᾽ ἔχει οὐκ ἐπιτηδείαν πρὸς τὸ ἐπευθύνειν τὸ σῶμα, ἀλλὰ τῷ ὠτὶ ἑκατέρῳ τοῦτο ποιεῖ, καὶ ὅταν διώκηται ὑπὸ τῶν κυνῶν. καταβάλλει γὰρ καὶ παραβάλλει τὸ ἕτερον οὖς πλάγιον. Ariſtoph. ἱππεῦσιν, Ἔπι νῦν τὸν ὀφθαλμὸν παράβαλ᾽ εἰς Καρίαν τὸν δεξιόν. τὸν δ᾽ ἕτερον, εἰς Καρχηδόνα. Sed hoc cum eo cōuenit quod ſupra diximus παραβάλλειν τὠφθαλμώ. Παράβολος audax, [Παράβολος.] confidens, temerarius periclitator. Plutarch. de Cæſare, Τῶν τολμημάτων τὰ παράβολα καὶ μεγάλα πράττειν ἔφη δεῖν, ἀλλὰ μὴ βουλεύεσθαι. Καὶ παράβολον ἐρ-

γον dicitur audax facinus, in bonam quoque partem. Polyb. Τῶν γὰρ παραβόλων καὶ καλῶν ἔργων ἐφίενται μὲν πολλοί, τολμῶσι δ' ὀλίγοι ψαύειν. Syneſ. pro hoc τόλμαν ῥιψοκίνδυνον dixit. Vnde Φιλοπαράβολος. Plut. in Philopœm. ἡ δ' ὄψις αὐτὴ τὸ θάρσος αὔξουσα, καὶ παρακαλοῦσα τὴν ὁρμὴν, ἐποίει φιλοπαράβολον καὶ πρόθυμον ἐπὶ τοὺς κινδύνους.

Φιλοπαράβολος.

Proiectus.

Pro hoc Cicero proiectū dicere ſolet, vt pro Cluent. Quorū eminet audacia atque proiecta eſt. Et Liuius, Si quid proiectis ac proditis ad incōſultam atque improuidam pugnā legionibus accideret, παραβεβλημένοις, προειμένοις. Dicitur & τόλμημα παρακεκινδυνευμένον, auſum diſcriminis plenum. Iſocr. in Archid. Καὶ θαυμάζουσιν εἴ τινες οὕτω χαλεπῷ καὶ παραβόλῳ πράγματι πιστεύειν ἀξιοῦσιν, hoc eſt bello. Παράβολον etiam ſignificare volunt οὐ γνήσιον, vt apud Ariſtophanem σφηξὶ, Πονηρὸς εἶ πόρρω τέχνης, καὶ παράβολος. ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπὸ τέχνης τινὸς πονηρὸς εἶ, ἀλλὰ φύσει. παράβολος δὲ ἀντὶ τοῦ οὐ γνήσιος, inquit Interpres. Volunt etiam παραβάλλεσθαι τὸ ἐξαπατᾶν ſignificare, vnde illud Homericum dictū eſſe in IIII. Iliad. Αὐτίκ' ἐπειρᾶτο κρονίδης ἐρεθιζέμεν ἥρην Κερτομίοις ἐπέεσσι, παραβλήδην ἀγορεύων, ἀντὶ παραλογιστικῶς.

Παραβλήδην.
Προσβάλλω.

Προσβάλλω, occurro, appellor & pello, inceſſo. Lucian. Τίς ἡ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῖν πόρρωθεν, id eſt pepulit aures noſtras. Grego. Ἐάν σοι προσβάλλῃ μετὰ τὸ βάπτισμα ὁ τοῦ φωτὸς διώκτης καὶ πειραστὴς (καὶ γὰρ καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ θεῷ μου προσέβαλε διὰ τὸ κάλυμμα) ἔχεις ᾧ νικήσεις, Si in te incurrerit, ſi te inceſſerit, hoc eſt, ſi te intus male afficere tentarit inſectator lucis ſpiritus, innocentium interpellator: qui etiam in verbum Dei incurrere atque impingere auſus eſt ſub carnis velamento conditi.

Προσβολή.

Et Προσβολὴ incurſus, acceſſus violentior. Cicero appulſum vocare ſolet, vt in lib. I. de Natura deorū, Quia pars terrarū appulſu ſolis exarſerit, pars obriguerit niue pruináque ſolis abſceſſu. Alibi appulſum caloris & frigoris dixit in ſecūdo, Vt omnes ict⁹, omnéſque minimos caloris & frigoris appulſus ſentire poſſim⁹. Theophr. in IX, Εἰσβάλλοντι γὰρ εἰς τὸν τόπον εὐθὺς ὀσμὴ προσβάλλει, incidit, incurrit, appellitur. hoc idem auctor in 2. de Natura deorum imitari ad verbū conatus eſt è verbo ductum, hoc modo, Extrà autem imminent aures, & tegēdi cauſa factæ, tutandíque ſenſus: & ne adiectæ voces laberentur atque errarent priuſquā ſenſus ab iis pulſus eſſet. adiectæ ἀντὶ προσβάλλουσαι dixit. Et rurſus in eodem, Itaque & aquilonibus reliquíſque frigoribus adiectis, dureſcit humor, & idē viciſſim mollitur tepefactus & tabeſcit calore. Προσβάλλω τὸ συμβάλλω, καὶ συμπλέκομαι, confligo, irruptionē vel impreſſionem facio, hoc eſt μάχομαι, & oppugno. Xenoph. Οὐ βουλομένων δὲ τῶν Μηθυμναίων προσχωρεῖν, προσβαλὼν κατὰ κράτος εἷλε. Idem in 2. ἑλληνικῶν, Προσβαλὼν δὲ τῇ πόλει τῶν Ἀθηναίων συμμάχῳ, τῇ ὑστεραίᾳ προσβολῇ κατὰ κράτος εἷλε, ſecūda oppugnatione. Προσβάλλω etiā impingo, intorqueo, illido. AEſchines Φιλοκράτει, Ἐκ τούτου δὴ προσβάλλειν αὐτοῖς τὸν θεὸν τὴν νόσον ταύτην ὑπελάμβανον. Προσβάλλεσθαι autē eſt incurſu peti, oppugnari. Et Προσβαλλόμενον dicitur id in quod quippiā incurrit vel incidit, vel incumbit & appellitur, & quod oppugnatur. Plato, Καὶ ὃ δὴ ἕκαστον εἶναί φαμεν χρῶμα, οὔτε τὸ προσβάλλον ἔσται, οὔτε τὸ προσβαλλόμενον. Plutarchus τὸν ἐκ προσβολῆς ἀγῶνα vocat pugnā circa muros vrbiū. Προσβάλλω καὶ τὸ συναράττω καὶ συγκρούω, hoc eſt allido, collido, confligo, impingo. Plut. de Bruto, Καὶ τῷ ξίφει γυμνῷ προσβαλὼν τὸ στέρνον, ἀπέθανεν. Vnde Προσβάλλειν τινὰ ἑτέρῳ, eſt incitare in eum & irritare, ſtimulare & impellere. Demoſth. περὶ στεφάνου, Οὐκ ἐξαιτούμενος, οὐκ ἀμφικτυονικὰς δίκας ἐπαγόντων μοι, οὐκ ἀπειλούντων, οὐκ ἐπαγγελλομένων, οὐχὶ τοὺς καταράτους τούτους ὥσπερ θηρία μοι προσβαλλόντων, οὐδαμῶς προδέδωκα ἐγὼ τὴν εἰς ὑμᾶς εὔνοιαν, ne tum quidem cum iſtos calumniatores ſceleratiſſimos homines, tanquā feras in me beſtias protruderent & adurgerent, charitatem ciuilē patriámque deſtitui aut prodidi.



Προσβολή.

Προσβολὴ appulſus nauis, & impreſſio ruentis aciei, impetúſque militum cuneatim incurrētium. Plut. Φάλαγγι χρώμενος προσβολὴν οὐκ ἐχούσῃ, id eſt quæ perrumpi impreſſione nō poterat. Eſt etiam Προσβολὴ τῶν ἀθλητῶν, cum inter ſe aggrediuntur, vt προσβολὴ τῶν πολεμίων. & petitio gladiatorum ad vulnera infligēda. Προσβολὴ etiam noxam offenſionémque ſignificat. Syneſ. Ἔδει δὲ ἄρα χαλεπωτέραν μοι γενέσθαι τοῖς πάθεσι τὴν προσβολήν. καὶ διὰ τοῦτο ὁ δαίμων ᾧ μέλει βλάπτειν τὰ ἐμὰ, προσῳκονομήσατο μηδὲ σε τὴν φίλην μοι περιεῖναι κεφαλήν. Προσβολὴ tētatio dæmonis, hoc eſt inceſſentis obreptio. Theod. in I. eccleſ. hiſt. κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἄρειος ἰδὼν τὸν ἀλέξανδρον τῆς ἱερωσύνης ἐγχειρισθέντα τοὺς οἴακας, οὐκ ἤνεγκε τοῦ φθόνου τὴν προσβολὴν, inceſſentis animo inuidiæ appulſum. Προσβάλλειν ἀτιμίαν, eſt notare infamia, irrogare ignominiam & infligere, quo Plutarchus ſæpe vſus eſt. & Προσβολὴ τῆς ἀτιμίας, eſt ἀτίμωσις. Προσβολὴ appulſus & incubitus. Plato in Theæteto, Καὶ ἡμῖν οὕτω μέλαν τε καὶ λευκὸν, καὶ ὁτιοῦν ἄλλο χρῶμα, ἐκ τῆς προσβολῆς τῶν ὀμμάτων, πρὸς τὴν προσήκουσαν φορὰν φανεῖται γεγενημένον, καὶ ὃ δὴ ἕκαστον εἶναί φαμεν χρῶμα, & cetera proximè citata. vbi προσβαλλόμενον dicitur, εἰς ὅ, τι ἀπερείδεται, vt viſus in rem ſpectabilem, hoc eſt εἰς τὸ ὁρατόν. Προσβάλλω admoueo, vt παραβάλλω applico. Galen. Σικύαν μεγίστην ὑπὸ τοὺς τιτθοὺς προσβαλών. Cicero accommodo ex Platonis Timæo vertit, Ταύτην οὖν ξύστασιν πᾶσαν κατὰ μῆκος σχίσας, μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν οἷον Χ. προσβαλὼν, κατέκαμψεν εἰς κύκλον. Cicero, Hāc igitur omnē coniunctionem, duplicem in longitudinem diffidit, mediæque accōmodans mediam quaſi decuſſauit. Ibidémque προσβολὴν appellat punctum huiuſmodi diſſectionis applicationíſque, quod Cicero commiſſuram vertit, quaſi iuncturam cohærentem, ξυνάψας αὐταῖς τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς. Προσβάλλω ἀντὶ ἀτενίζω, & oculum obtutúmq; figo. Plut. in Sympoſ. τῶν ἑπτὰ, de monſtroſo quodam infante loquēs, Ὁ μὲν οὖν Νειλόξενος ἀλεξίκακε εἰπὼν, ἀπεστράφη τὴν ὄψιν. ὁ δὲ Θαλῆς προσέβαλε τῷ νεανίσκῳ πολὺν χρόνον, hoc eſt τὴν ὄψιν προσέβαλε. vt μετήλλαξεν ἀντὶ ἀπέθανεν, hoc eſt μετήλλαξε τὸν βίον. id quod alibi cum aliis dicetur.

Προβάλλω.

Προβάλλω profero, promo, vt ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ προβάλλει τὸ ἀγαθὸν, ἀντὶ τοῦ προφέρει καὶ ἐκφέρεται. Προβάλλω deſigno, creo. Liban. Ἐν δὲ τοῖς Διονυσίοις προὐβάλετο χορηγὸς ἀφ' ἑκάστης φυλῆς. Greg. de Athanaſ. Ἐπεὶ δὲ οὕτω προβάλλεται, οὕτω καὶ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται. Exiſtimo autem verbū hoc eſſe μέσον καὶ κοινὸν, & vtrāque ſignificationem ſub paſſiua voce habere, quoniā actiuam vocem legiſſe non memini. Demoſth. Χειροτονῶν γὰρ ὁ δῆμος τὸν ἐροῦντα ὑπὲρ τῶν τετελευτηκότων, οὐ σὲ ἐχειροτόνησε προβληθέντα καίπερ εὔφωνον ὄντα, ἀλλ' ἐμέ. hoc loco ſignificat quod nunc præſentem ſiſtere dicunt & nominare prodeŕeque, cuiuſmodi iuris pontificii ſcriptores vocant ius patronatus habere, hoc eſt no

Προβάλλομαι.
Nominare.

Προβολή.

minandi deſignandum. & Προβολὴ nominatio, proditio. Greg. ἐν τῷ εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἐπιταφίῳ, Ἐστασίαζεν ἡ καισαρέων πόλις περὶ προβολὴν ἀρχιερέως, καὶ παρῆσαν τῶν ἐπισκόπων τινὲς τὸν ἀρχιερέα δώσοντες. ὡς δ᾽ εἰς πλείους τοῦ δήμου διαιρεθέντος, καὶ ἄλλων ἄλλον προβαλλομένων, τέλος συμφρονήσας ὁ δῆμος ἅπας, & quæ ſequũtur. AEſch. περὶ παραπρ. Χειροτονουμένων δὲ τῶν δέκα πρέσβεων, ἐγὼ μὲν προεβλήθην ὑπὸ Ναυσικλέους, Δημοσθένης δὲ ὑπὸ τοῦ Φιλοκράτους, ὁ νυνὶ Φιλοκράτους κατηγορῶν, hoc eſt, Nauſicles cenſuit me inter decem legẽdum, & nominauit inter decem legatos. Brutus ad Ciceronem, Bibulus in Panſæ locum petere conſtituit: eam nominationem à te petimus. neque coniũctiori dare beneficiũ quàm nos tibi ſumus, neque digniorem nominare potes. Eſt enim ὁ προβαλλόμενος productor & commẽdator eius qui eligitur. Idem, Πῶς γὰρ ἂν ἐγὼ Δημοσθένην ὑπὸ Φιλοκράτην παρεκάλουν, ὃν ἤδειν συνειπόντα μὲν Φιλοκράτει ὅτ᾽ ἦν ἡ τῶν παρανόμων γραφή, προβληθέντα δὲ εἰς τὴν πρεσβείαν. Greg. ὃν κοινὸν παιδευτὴν ἀρετῆς ὁ πόντος τηνικαῦτα προὐβάλλετο, deſignabat, creabat, præficiebat. Dinarch. Ἐπειδὴ δὲ προσῆκεν οἴκοι κινδυνεύειν, πρεσβευτὴν αὐτὸς αὑτὸν προβαλλόμενος, ᾤχετο ἐκ τῆς πόλεως ἀποδράς. Greg. de epiſcopo eligendo loquens, ἄλλοι μὲν οὖν δὴ ἄλλους προβάλλονται, κατὰ τοὺς ἑαυτῶν ἕκαστοι τρόπους. ἡμεῖς δὲ οὐδένα προτιμῆσαι δυνάμεθα τοῦ τιμιωτάτου ἡμῶν υἱοῦ Βασιλείου. Idem Gregorius Gregorio, πᾶσι γὰρ δῆλον ὅτι μὴ Ναζιανζοῦ, Σασίμων δὲ προεβλήθημεν. εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον, ὡς ξένοι, τὴν προστασίαν κατεδεξάμεθα.

Προβάλλω.

Προβάλλω quæſtionem in mediũ affero. Plut. in conuiuio τῶν ἑπτὰ, Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησιν ἔθος ἦν τοιαύτας ἀλλήλοις ἀπορίας προβάλλειν, id eſt ænigmata proponere explanãda. Athen. in IX, Συὸς δὲ ἀγρίου ἐπεισενεχθέντος, ὃς κατ᾽ οὐδὲν ἦν ἥττων τοῦ καλοῦ γραφομένου καλυδωνίου, προβάλλω τίς ἔφη ζητεῖν φροντιστὰ καὶ λογιστὰ Οὐλπιανέ, τίς ἱστόρηκε, & cætera. Καὶ τὰ προβαλλόμενα dicuntur problemata & in quæſtionẽ adducta, & in modum προτάσεως poſita, vt ὅτι ἡ ψυχὴ ἀθάνατος. & rurſus, ἡ ἀντικειμένη ταύτης πρότασις, ὅτι οὐκ ἀθάνατος ἡ ψυχή. & ὅτι ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν. deinde ἀντικειμένως, ὅτι ἡ ἡδονὴ οὐκ ἀγαθόν. & προβάλλω πρόβλημα propono, vt προτείνω πρότασιν intẽdo. Ariſtot. in I. τῶν τοπικῶν, Οὐ γὰρ πᾶσαν πρότασιν, οὐδὲ πρόβλημα διαλεκτικὸν θετέον. οὐδεὶς γὰρ ἂν προτείνειε νοῦν ἔχων τὸ μηδενὶ δοκοῦν, οὐδὲ προτείνειε τὸ πᾶσι φανερόν. Plutarch. in lib. ſupradicto, ἡ που τὴν περὶ τὰ αἰνίγματα δεινότητα καὶ σοφίαν τῆς κόρης ἐπαινεῖς. καὶ γὰρ εἰς Αἴγυπτον ἔνια τῶν προβαλλομένων ὑπ᾽ αὐτῆς δίικται, id eſt αἰνιγματωδῶς ζητουμένων. Hæc etiam προτεθέντα dicuntur. Alexan. in primũ Topicorum Ariſtotelis, Διαλεκτικὴ γὰρ ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι. τὸ δὲ διαλέγεσθαι ἐν ἐρωτήσει τε καὶ ἀποκρίσει. ὁ δὲ ἐρωτῶν ἐρωτᾷ περὶ παντὸς τοῦ προβεβλημένου ὑπὸ τοῦ προκειμένου. καθόσον μὲν οὖν περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος πειρᾶται συλλογίζεσθαι, οὐκ ἐξ ἀληθῶν ἔσται συλλογιζόμενος. οὔτε γὰρ πᾶν τὸ προτιθέμενον ἀληθές. προτίθεται γὰρ καὶ τὰ ἀντικείμενα, id eſt προβάλλεται. Ioſepus, Εἶτα δὴ Ἀβδήμονόν τινα τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα αἰνίγματα λῦσαι, καὶ ἄλλα προβαλεῖν.

Προβάλλομαι.

Προβάλλομαι propugnaculũ oppono, velamentũ & integumentũ obtendo & circũdo. Demoſth. περὶ στεφάνου, Ταῦτα προὐβαλόμην ἐγὼ πρὸ τῆς Ἀττικῆς ὅσον ἦν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ δυνατόν, καὶ τούτοις ἐτείχισα τὴν χώραν, His ego propugnaculis circũmuniui Atticũ agrum. Idem, Σκοπεῖτε γὰρ τί χρῆν τὸν εὔνουν πολίτην ποιεῖν. οὐκ ἐκ μὲν τῆς θαλάττης τὴν Εὔβοιαν προβαλέσθαι πρὸ τῆς Ἀττικῆς; ἐκ δὲ τῆς μεσογείας τὴν Βοιωτίαν; Greg. Ἡττήμεθα βασιλεῦ τοῦ τῆσδε προβεβλημένου τῆς ἐκκλησίας, Vincere imperator nõ poſſumus huius ec-



cleſiæ epiſcopũ & defenſorẽ. de Baſilio loquẽs præfectus ad eũ deterrendũ miſſus. Eſt etiã Προβεβλημένος, ὁ ἀντὶ τοῦ προβόλου ἱστάμενος, propugnator, protector. Et Προβεβλημένον obtentum, obductũ. Dionyſ. theologus in quadã epiſtola, Καὶ αὐτὴ δὲ τοῦ φαινομένου παντὸς ἡ κοσμουργία, τῶν ἀοράτων τοῦ θεοῦ προβέβληται, καθάπερ φησὶ Παῦλός τε καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος, id eſt, poſt velamentum vniuerſæ molitionis & compagis mũdi, latent arcana Dei, & oculis humanis inſpectabilia. Et Προβεβλημένος dicitur qui huiuſcemodi velamento & obtentu circundatus eſt. Greg. Ἡμῖν οὖν τοῦτο γνώριμον τοῖς δεσμίοις τῆς γῆς, ὥς φησιν Ἱερεμίας, καὶ παχὺ τοῦτο σαρκίον προβεβλημένοις, hoc eſt craſſa hac obductis caruncula. Cicero in ſecundo de Legibus, de ſepultura loquens, Corpus ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur. Obductus & obducere. Et de Natura deorum, Obducuntúrque libro aut cortice trunci ſtirpiũ, quo ſint à frigoribus & caloribus tutiores, id eſt, καὶ τὰ στελέχη τῶν δένδρων τὸν φλοιὸν προβέβληται τοῦτο ψύχους ἀσφάλισμα καὶ τοῦ πνίγους. Idem Gregorius εἰς Βασίλειον, Τούτῳ βρέμοντι κατὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ λεόντειον μὲν τὸ εἶδος προβεβλημένῳ, λεόντειον δὲ βρυχωμένῳ, μηδὲ προσιτὸν τοῖς πλείοσιν, ὁ γεννάδας ἐκεῖνος προσάγεται. de Baſilio loquens & præſide in eccleſiam ſæuiente. λεόντειον εἶδος προβάλλεσθαι ſignificat leoninam ſpeciẽ præ ſe ferre. Sic Plato in Sympoſio, Ὁρᾶτε γὰρ ὡς Σωκράτης ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν, καὶ ἀεὶ περὶ τούτους ἐστὶ καὶ ἐκπέπληκται. καὶ αὖ ἀγνοεῖ πάντα, καὶ οὐδὲν οἶδεν, ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ τοῦτο οὐ σιληνῶδες σφόδρα γε. τοῦτο γὰρ οὗτος ἔξωθεν προβέβληται, ὥσπερ ὁ γεγλυμμένος σιληνός. ac ſi diceret, τοῦτο γὰρ παρενδείκνυται, hoc enim præfert. Προβάλλομαι, cito, allego. Greg. Καὶ τοὺς νόμους Προβάλλομαι. προὐβάλλετο, id eſt παρείχετο, προὔφερε. Προβάλλομαι deſpuo, abominor, auerſor, execror. Plutar. περὶ φιλοστοργ. Ὥσπερ οὖν ἐχίδνας καὶ κανθαρίδας καὶ φαλάγγια μᾶλλον προβαλλόμεθα καὶ δυσχεραίνομεν ἄρκτων καὶ λεόντων, ὅτι κτείνει καὶ ἀπόλλυσιν ἀνθρώπους, μηδὲν χρώμενα τοῖς ἀπολλυμένοις ὑπ᾽ αὐτῶν. Idẽ in Galba, de Othone loquens, Ὅθεν οὐδὲ ἄφοβος ἦν περὶ τοῦ μέλλοντος, ἀλλὰ καὶ τὸν Πείσωνα δεδιώς, καὶ τὸν Γάλβαν προβαλλόμενος, καὶ τῷ Οὐινίῳ χαλεπαίνων, ἀπῄει πολλῶν παθῶν πλήρης. Phalaris Τεύκρῳ, Φέρει γὰρ ἡμᾶς κακοὺς πανταχόθεν ἡ φήμη περιβοῶσα τοῖς ἀκουσομένοις. καὶ διὰ ταύτην οὐδ᾽ ἰδόντες ἐμὲ τῶν νῦν ὄντων τινές, οὔτε πειραθέντες, ὡς ἐπ᾽ ἀνθρώπων γεγονότα ὀλέθρῳ, προβέβληνται. Προβάλλομαι μάρτυρας, teſtes produco. Iſocr. in Paragr. Προβαλλομένου δέ μου μάρτυρας ὡς οὐκ εἰσαγώγιμος ἦν δίκη διαίτης γεγενημένης, ἐκείνη οὐκ ἐπεξῆλθε, cum paratus eſſem teſtibus planum facere. Vſus eſt & Demoſthenes κατ᾽ Εὐέργου in principio, Ἵν᾽ ἐπισκηψάμενος ταῖς μαρτυρίαις ὁ ἀδικηθείς, καὶ ἐπιδείξας περὶ τοῦ πράγματος τοὺς μάρτυρας τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότας, παρά τε τούτων δίκην λάβῃ, καὶ τὸν προβαλλόμενον ὑπόδικον ἔχῃ τῶν κακοτεχνιῶν.

Προβάλλομαι protendo & prætendo. Grego. Ὕδρα ἐννέα κεφαλὰς ἀντὶ μιᾶς προὐβάλλετο, id eſt προὔφερε. Xenoph. Κἀγὼ ἐκ παιδὸς εὐθὺς προβάλλεσθαι ἠπιστάμην πρὸ τούτου ὅτῳ ᾤμην πληγήσεσθαι. Προβάλλομαι οὖν προφασίζομαι, αἰτιῶμαι. Baſil. πρὸς τοὺς πλουτ. Ἀλλ᾽ ἀναγκαῖος ὁ πλοῦτος διὰ τοὺς παῖδας. εὐπρόσωπος ἀφορμὴ πλεονεξίας αὕτη. τοὺς γὰρ παῖδας προβάλλεσθε, τὴν δὲ καρδίαν πληροφορεῖτε. Idem, Οἱ ἄτεκνοι δὲ τίνα ἡμῖν εὐπρόσωπον αἰτίαν τῆς φειδωλίας προβάλλονται. Προβάλλομαι præ me fero. Idem ad epiſcopos Occidẽtis, Οἱ γὰρ τὴν δορὰν τοῦ προβάτου περιβεβλημένοι, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἥμερον προβαλλόμενοι καὶ πρᾳεῖαν, οὗτοί εἰσιν οἱ

χαλεποὶ καὶ δυσφύλακτοι. Significat etiam infeſtum telum obiicere & porrigere. Polyb. Ὅταν ἡ δι᾽ ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν προβαλλόμενος τὴν σάρισσαν. Inde

Προβόλιον. Προβόλιον venabulum. Xenophon κυνηγετ. de venatione aprorum loquẽs, Τὰ δὲ προβόλια ἔστω πρῶτον μὲν λόγχας ἔχοντα, τὸ μὲν μέγεθος πενταπαλαίστοις, κατὰ τὸ μέσον τὸν καυλὸν κνώδοντας ἀποκεχαλκευμένους, Venabula autem eſto primum quidem ſpiculis præmunita, magnitudine quinum quadrantum. qua vero ſpiculum haſtili induitur & adnectitur, ibi in medio aureis æratas habeto. Idem, Προβόλιον προβάλλεσθαι δεῖ.

Προβάλλεσθαι. Προβάλλεσθαι etiam dicuntur pugiles pugnos plagáſque intendentes, aut pugnos infeſtos prætẽdentes. quo modo accipitur apud Gregoriũ ἐν τῷ κατὰ Ἰουλιανοῦ δευτέρῳ, Ὁ δὲ ὑπὲρ τοῦ κτήσασθαι τι τῶν ἐλπιζομένων, πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι κινδυνεύων, λίαν ἀνόητος. καί μοι προσεοικέναι δοκεῖ πύκτῃ τε κακῷ τὴν τέχνην, καὶ πρὶν τὴν στάσιν εὖ θέσθαι, προβαλλομένῳ, mihíque aſſimilis eſſe videtur pugili artis ignaro, qui priuſquam ſtatum ſtabilito pede compoſuit, pugnos in aduerſarium intendit, quaſi aduerſarii petitiones excepturus. Inde Προβολή, de qua dictione mox dicturi ſumus. Προβάλλεσθαι etiam eſt inſimulare & poſtulare, hoc eſt reum deferre, diem dicere. quod genus propriè & priuatim κατὰ τῶν ἀδικούντων περὶ τὰς ἑορτὰς ſolẽne erat. ſed tamen in cæteris etiam accuſationibus in vſu apud oratores inuenitur. Demoſth. κατὰ Μειδίου in principio, Καὶ προὐβαλόμην ἀδικεῖν τουτονὶ περὶ τὴν ἑορτήν. Idem, Ἐγὼ δὲ εἰ μὴ προὐβαλλόμην αὐτὸν, ἀλλ᾽ ἐδικαζόμην, οὐναντίος ἂν ἧκεν εὐθύς μοι λόγος, ὡς εἴπερ ἦν τι τούτων ἀληθὲς, προβαλέσθαι μ᾽ ἔδει, καὶ παρ᾽ αὐτὰ τὰ δικήματα τιμωρίαν ποιεῖσθαι. ἐγὼ γὰρ ὁ πεπονθὼς ταῦτα χορηγὸς ἦν, Quòd ſi ego illi ſtatim diem non dixiſſem ob temeratam ludorum celebritatem, ſed priuatum iudicium iniuriarum intendiſſem: obiectum vtique illico mihi foret, non eſſe quod quererer veriſimile. quippe ſi id verum eſſet, oportuiſſe hominem in re præſenti poſtulatum, quando ea iniuria ad populum pertineret, cum in munere publico fungẽdo iniuriã paſſus eſſem. Et in fine orationis, Ὥστε ἃ μίσους ἐστὶ σημεῖα, ταῦτ᾽ ἐποιεῖτε. προὐκαλεῖσθε ἐπὶ τιμωρίαν τὸν παθόντα. ἐκροτεῖτε ὅτε προὐβαλλόμην αὐτὸν ἐν τῷ δήμῳ.

Προβολή. Προβολὴ apud Iſocratem legitur pro actione quæ intenditur κατὰ τῶν συκοφαντησάντων. Eſt autem Προβολὴ intentio & obiectio iudicii dictati, quaſi petitio digladiantis. Hermogenes περὶ στάσεων, in ea ſignificatione vti ſolet, vt ζωγράφος ναυάγια γράψας, ἐπὶ τῶν λιμένων ἀνέθηκε. μηδενὸς καταίροντος, δημοσίων ἀδικημάτων φεύγει. ἡ μὲν προβολὴ φανερά, cum nemo mercator frumẽtum adueheret, & naues appelleret, pictor accuſatur. Προβολὴ (inquit) manifeſta, nempe mercatores tabula expoſita deterruiſti. Eſt etiam intẽtio eius qui præmium petit lege propoſitũ. Idem, Τύραννον ἔπεισε φιλόσοφος ἀποθέσθαι τὴν τυραννίδα, καὶ αἰτεῖ τὸ γέρας, ἡ προβολὴ, ἔπαυσα τὴν τυραννίδα, καὶ δεῖ λαμβάνειν με τὴν δωρεάν. Eſt etiam apud eum προβολὴ intentio accuſatoris.

Προβολὴ etiam eſt propugnaculum & caſtellum, ambitúſque mœnium hoſtilem impetum arcens. Xenophon τὰ ὄρη τῆς Ἀττικῆς προκείμενα, προβολὴν τῆς χώρας vocat. Προβολὴ etiam eſt proiectura & protectum, & pars prominens vel tecti vel ſuggrundæ vel rei cuiuſcunque. vt palpebrarum pili προβολαί ſunt τῶν ὀφθαλμῶν. Polybius de phalange & ſariſſis loquens,



Τούτων δὲ τῶν δεκατεττάρων πηχῶν τοὺς τέτταρας ἀφαιρεῖ τὸ μεταξὺ τοῖν χεροῖν διάστημα, καὶ τὸ κατόπιν σήκωμα τῆς προβολῆς, id eſt cum ea parte quæ ponè relinquitur, vt æquilibrium anterioris & infeſtæ partis faciat, hoc eſt quæ hoſtibus pro mucrone opponitur. Polyb. in 2. hiſt. Ὥστε παραπλήσιον εἶναι τὸ σύμπαν σχῆμα τῆς στρατοπεδείας, τῆς τῶν ἀγαθῶν ὁπλομάχων προβολῆς. οὐδὲν γὰρ ἀπέλιπε τῶν πρὸς ἐπίθεσιν ἅμα καὶ φυλακήν. Plutarch. in Cæſare, Ἐπεὶ δὲ σημαίνειν ἔμελλον ἀμφότεροι τὴν ἔφοδον, Πομπήιος μὲν ἐκέλευσε τοὺς ὁπλίτας ἑστῶτας ἐν προβολῇ, καὶ μένοντας ἀραρότως, δέχεσθαι τὴν ἐπιδρομὴν τῶν πολεμίων, μέχρις ἂν ὑσσοῦ βολῆς ἐντὸς γένωνται), iuſſit anteſignanos in procinctu atque in veſtigio ſtare, infeſta pila haſtáſque tenẽtes: ſícque hoſtium impetum excipere, quoad intra pilorum iactum eſſent. Ex quibus verbis melius intelligi poſſunt Ciceronis verba ad Atticum in grandi epiſtola libri decimitertii: quo loco ita ſcripſit, Nec eſt melius quicquã quàm vt Lucullus ſuſtineat currũ equóſque, vt bonus ſæpe agitator. Sempérq; Carneades προβολὴν pugilis & retẽtionem aurigæ ſimilem facit. Diximus ſupra προβάλλεσθαι dici pugiles, cũ veſtigium affirmantes, comparant ſe ad pugnam aduerſarii excipiẽdam, nec temerè procurrunt. Quare προβολὴ eſt ſtatus pugilis in procinctu ſtantis, occaſioníque inferendæ plagæ imminentis, vt agitatoris in carceribus equos currúmque ſuſtinentis, id eſt τοὺς ἵππους καὶ τὰ ἅρματα ἐπέχοντος, ἄχρις ἂν ἐκ τῆς βαλβίδος ἐξίωσιν. In quo loco hæſiſſe Ciceronem facile eſt intelligere, atque addubitaſſe. Ibidémque, quod alibi admonuimus, apparet eundem auctorem perperam hoc verbum Græcum intellexiſſe πρύμναν ἀνακρούεσθαι, id eſt nauigium retro inhibere, tum cum dialogos de Oratore ſcripſit, quos ipſe vehementer probabat. Inhibere nauigium. In primo enim dialogo ſic inquit, Vt incitato nauigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum, intermiſſo curſu pulſúq; remorum: ſic in oratione perpetua cum ſcripta deficiunt, parem tamen retinet oratio reliqua curſum, ſcriptorum ſimilitudine & vi cõcitata. Hactenus in primo de Oratore. In epiſtola autem ſupradicta ita legitur, Nunc vt ad rem redeam: inhibere illud tuum quod valde mihi arriſerat, vehemẽter diſplicet. eſt enim verbum totum nauticum. quanquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cum inhibere eſſent remiges iuſſi. Id non eſſe eiuſmodi didici, cum ad villam noſtram nauis appelleretur. Non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigãt. Id ab ἐπέχειν remotiſſimum eſt. Quare facies vt ita ſit in libro quemadmodum fuit. Hactenus Cicero. Suſtinere remos eſt ἐπέχειν τὰς κώπας, & παύειν τὴν κωπηλασίαν καὶ τὴν εἰρεσίαν, τὰς κώπας αἴροντας. Inhibere autem nauigium, hoc eſt ἀνακρούεσθαι τὴν ναῦν, καὶ τὴν πρύμναν διακρούεσθαι, eſt eo amplius, εἰς τοὔμπαλιν ἐρέσσειν καὶ κωπηλατεῖν, hoc eſt retrorſum quoque nauem ſenſim agere, non modo curſum nauis ſiſtere. Ανακρούεσθαι τὴν ναῦν, καὶ διακρούεσθαι. Plut. in Pomp. Ὡς οὖν εἶδον οὐ βασιλικὴν οὐδὲ λαμπρὰν, οὐδὲ τῆς Θεοφάνους ἐλπίσιν ὁμοίαν ὑποδοχὴν, ὑπεῖδοντο τὴν ὀλιγωρίαν. καὶ τῷ Πομπηίῳ παρῄνουν εἰς πέλαγος ἀνακρούεσθαι τὴν ναῦν, ἕως ἔξω βέλους εἰσίν. Ariſtoph. σφηξὶν, Ἀνάβαιν᾽ ἀνύσας κατὰ τὴν ἑτέραν, καὶ ταῖσι φυλλάσι παῖε, ἤν πως πρύμναν ἀνακρούσηται πληγεὶς ταῖς εἰρεσιώναις, ἀντὶ τοῦ ἵνα εἰς τοὔπισω ἀναδράμῃ, vt retrocedat. Vbi inquit

Interpres, Ἀνακρούειν γάρ ἐστι τὰς κώπας, τὸ ἐπέχειν τοῦ δρόμου τοῦ εἰς τὸ ἔμπροσθεν τὴν ναῦν. Idem, Τὸ δὲ πρύμναν κρούσασθαί φασί τινες λέγεσθαι, ὅταν μετακαθίσαντες οἱ ἐρέται, ἐλαύνοιεν ὀπίσω ἐπὶ τὴν πρύμναν, ὡς ὅταν εἰς λιμένα εἰσέρχωνται, ἵνα τὴν πρύμναν εἰς γῆν ἔχωσι νεύουσαν. Greg. εἰς Βασίλειον, Ὡς δὲ τῆς διαλέξεως ἔγνων οὐκ ἀπόρρητον οὐδὲ καθεκτὸν ἔτι τυγχάνον, ἐξαίφνης μεταβαλὼν πρύμναν τε ἐκρουσάμην, ἐκείνῳ θέμενος, καὶ ἑτεραλκέα τὴν νίκην ἐποίησα, id eſt in contrariã partem tranſiui, & fauorem meum in cõtrarium verti. deſtitui (inquit) quos ſubleuabam, & à quibus ſtabam, retróque ſenſim victoriam inclinaui. Idem ad Baſilium ſcribens, Ἐγὼ μὲν διὰ ταῦτα πρύμναν ἐκρουσάμην, καὶ ἀναδύομαι. σοὶ δὲ εἰ δοκεῖ καὶ αὐτὸ τοῦτο δεδόχθω φυγεῖν τοὺς ἐν μέσῳ θορύβους. Eſt autem πρύμναν κρούσασθαι, κατ' ὀλίγον ἐπαναχωρεῖν στρέψαντας τὸ πλοῖον. quod qui faciunt, in puppim non in proram nauigãt, ne fugere videãtur. Thucydid. in I I I, Οἱ δ' ὑπεχώρουν ἤδη πρύμναν κρουόμενοι, καὶ ἅμα τὰς τῶν Κερκυραίων ἐβούλοντο προκαταφυγεῖν, id eſt ceſſim ibãt, paulatim, & ſimul effugiendi ſpatium dare Corcyrenſibus volebant hoſtes ſuſtinentes. Liuius, Vt quæq; nauis roſtrata retro inhibita onerariam poſt ſe traheret, ſcindi videres vincula. Quintilianus in præfatione x I I, Vnum modo in illa immẽſa vaſtitate cernere videmur Marcum Tulliũ, qui tamen ipſe quanuis tanta támque inſtructa naui hoc mare ingreſſus, cõtrahit vela, inhibétq; remos. id eſt vltra progredi nõ audet, quod minus eſt quàm retro nauem inhibere. Sic metaphoricè Gregorius Eudoxio ſcribens, Διὰ τοῦτο ἔγνωμεν πρύμναν διακρούσασθαι τὸν τοῦ λόγου, καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς συσταλῆναι, ὥσπερ τὸν ναυτίλον φασὶν ἰχθὺν ὅταν χειμῶνος αἰσθάνηται. alioqui διακρούεσθαι ſignificat propulſare, diſpellere. Hermogen. de procemio loquẽs, Τὸν μὲν οὖν φθόνον εἴ τις ἐμφαίνοιτο τῷ προβλήματι, διακρουσόμεθα. Vt inhibere tela. Idem Liuius libro x. ſecũdi belli Punici, Deinde ſpeculatoriæ naues propugnatoribus quoque incommodæ erant, quòd permixtæ cum hoſtium nauibus, inhibere ſæpe tela cogebant, id eſt ἐπέχειν. Dici poteſt etiam ἀνακόπτειν τὰ ἀκοντίσματα. Gregorius dixit ἀνακόψαι τὸ ῥεῦμα, pro retro inhibere fluctũ. Lucian. Οὕτω μὲν ἀνεκόπην τῆς ὀργῆς, καὶ ἀνεπαυόμην. ἀντὶ τοῦ ἀνεστάλην. vt ἀνακόπτω σε τῆς ὁρμῆς, ἀντὶ ἀναπαύω, inhibeo impetum tuum. Idem, Καὶ πολλῇ συγχύσει καὶ ἰλίγγῳ κατειλημμένος, τοῦτο μὲν, ἱδρῶτι καταρρεόμενος, τοῦτο δὲ, φθέγξασθαι βουλόμενος, ἐξέπιπτόν τε καὶ ἀνεκοπτόμην, καὶ ἡ φωνὴ ἐξέλιπε. Verùm Ciceronem in quibuſdam falſum fuiſſe dicere, non piaculi inſtar eſſe cenſeo, vt in entelechia & meſenterio, quod nos in primo de Aſſe libro non diſſimulandũ duximus. Boëthius in ſexto commentario Topicôn, hæc eius verba in Topicis reprehẽdit: Cauſarum quæ non ſunt conſtantes, aliæ ſunt perſpicuæ: aliæ latẽt. Perſpicuæ ſunt quæ appetitionem animi iudiciúmque tangunt. latent quæ ſubiectæ ſunt fortunæ. Cũ enim nihil ſine cauſa fiat: hoc ipſum fortunæ euentus, obſcura cauſa & latente efficitur. ipſúmque Ciceronem authoritate Ariſtotelis reprehendit, quaſi Cicero vel ignorarit vel nõ meminerit quid ille philoſophus in ſecundo τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως dixerit de fortuna. Vult enim Ariſtoteles fortuitos euẽtus in iis rebus quæ propter aliud fiũt, exiſtere, ſed per accidens. qua in re vtrúque peccaſſe puto, qui caſum & fortuitum euentum confuderint. nam

Πρύμναν κρούσασθαι & ἀνακρούσασθαι & ἐκκρούσασθαι.

*Inhibere remos.*

Ἀνακόπτω.



Cicero fortunã & caſum, quam temeritatẽ ipſe vocare ſolet: non diſtinguit. vt in 2. de Natura deorũ, Nulla igitur in cælo nec fortuna nec temeritas nec erratio ineſt. & in 2. de Diuinatione, Quid enim ſors eſt? idẽ propemodũ quod micare: quod talos iacere: quod teſſeras: quibus in rebus temeritas & caſus: nõ ratio & conſiliũ valet. & pro Marcello, Nunquã enim temeritas cũ ſapientia commiſcetur: neq; ad conſiliũ caſus admittitur. at Ariſtoteles loco ſupradicto de fortuna & caſu loquẽs, ita inquit, διαφέρει δὲ, ὅτι τὸ αὐτόματον ἐπὶ πλεῖόν ἐστι. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τύχης, ἀπὸ ταὐτομάτου. τοῦτο δὲ οὐ πᾶν ἀπὸ τύχης, Differunt autẽ, quòd caſus temerarius latius patet. ſiquidẽ quod fortuitũ eſt: temerariũ quoque. quicquid autẽ temerariũ: non continuò fortuitũ. & reliqua. Eſt autẽ fortuitus caſus ex ſententia Ariſtotelis, qui in actionibus humanis accidit: nõ etiã in actionibus brutorũ, aut puerilibus. quæ ſcilicet οὐκ ἀπὸ προαιρέσεως manãt, & in quibus nec εὐπραξία nec εὐτυχία eſſe propriè dici poteſt. Plut. ἐν τῷ περὶ εἱμαρμένης, Κατὰ δὲ τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος ἔτι προσιόντας τῆς τύχης τῷ λόγῳ, οὕτως ἀφώρισται ἡ τύχη, αἰτία κατὰ συμβεβηκὸς τῶν ἕνεκά του ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν, At ſecundũ Platonicos, qui adhuc propius ad fortunæ definitionem accedunt, cauſa accidentaria eorum quæ cuiuſpiam gratia fiũt: duntaxat quæ arbitrio agũtur & propoſito. deinde ſubdit, Τότε δὴ καὶ ἀπὸ τύχης προσαγορεύεται. οἷον τὸ εὑρεῖν χρυσίον, σκάπτοντα ἵνα φυτεύσῃ. ἢ παθεῖν τι ἢ δρᾶσαι τῶν παρὰ τὸ ἔθος, φεύγοντα ἢ διώκοντα, ἢ ἄλλως βαδίζοντα, οὐ τούτου ἕνεκα ὅπερ συνέπεσεν, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς χάριν. Ex iis apparet euentuum fortunæ cauſas non latentes eſſe, ſed temerariorũ caſuum, vt commodè vel incommodè caſitantis aleæ. & aliorum quæ ſunt συμπτώματα τῶν ἐνδεχομένων. τὰ δὲ τυχηρὰ accidentia ſunt τῶν ἐφ' ἡμῖν, quæ in noſtra poteſtate & arbitrio ſunt. Ἀνακόπτω etiam elido ſignificat. vt ἀνεκόπη τοὺς ὀφθαλμούς. Inde Ἀνακοπὴ inhibitio, vt ἀνάκρουσις remorũ vel nauis inhibitio, ἐπὶ τοῦ πρύμναν κρούεσθαι. Inhibere equum eſt ἀναλαμβάνειν, quod etiam ὑπολαμβάνειν dicitur, de quo verbo alibi dictum eſt. quod cum fit frenos ſuccutiendo, Ἀνακρούειν dicitur. Xenoph. Ἀνακρουστέον μὲν τὸ στόμα τοῦ ἵππου οὔτε ἄγαν χαλεπῶς, οὔτε ἄγαν ἡσύχως ὡς μὴ αἰσθάνεσθαι. ἐπειδὰν δὲ ἀνακρουόμενος αἴρῃ τὸν αὐχένα, δοτέον εὐθὺς χαλινόν. Idem, τὸ οὖν ὑποτιθέντος αὐτοῦ τὰ ὀπίσθια σκέλη ὑπὸ τὰ ἐμπρόσθια, ἀνακρούσῃ τῷ χαλινῷ, ὀκλάζει μὲν τὰ ὀπίσθια ἐν τοῖς ἀστραγάλοις. Baſil. Εἰς τὸ πρόσεχε σεαυτῷ, Ταύτην τοίνυν τὴν χαυνότητα τῆς διανοίας καὶ τὴν φλεγμονὴν τῶν λογισμῶν καταπιέζων ὁ λόγος, καὶ οἷον χαλινῷ τινὶ ἀνακρούων τῆς διανοίας τὸ ἄστατον, παραγγέλλει τὸ μέγα τοῦτο παράγγελμα, velut freno ſuccuſſo reprimens. Vbique autem voce paſſiua legitur apud ſcriptores. Herodot. Vrania, præpoſitionem addidit, Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλληνες ἐπὶ πρύμναν ἀνεκρούοντο, καὶ ὤκελλον τὰς νέας, in puppim inhibuerunt vel inhibebãt, vt appulſuri. Dicitur & Ἀναχαιτίζω de naui, vt Lucianus quodam loco, Ἀναχαιτίζειν τὴν ναῦν τοῦ δρόμου. Demoſth. in ſecunda Olynthiaca, Ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν. ἀντὶ τοῦ ἀνέστρεψεν καὶ ἀνέκοψε. metaphoricè dixit pro eo quod eſt omnia retroagit, & rerum proceſſum interpellat & abrumpit. Quare & pro reuoco & diſſuadeo ponitur, id eſt μεταπείθω & pro ἀναχαλινῶ. Alexand. in quintum Topicôn, Ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀγα-

Ἀνάκρουσις.

Ἀνακρούω.

Ἀναχαιτίζω.

τῶν ἀνθρώπων ἀρχὴ τὸ λογικὸν τοῦ θυμικοῦ καὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καὶ ἀναχαιτίζει αὐτὰ τῆς ἀλόγου ὁρμῆς, refrenat, vt Cicero loquitur Philip. x i. Plut. aliter in Antonio, Εἰς τὸν βίον τὸν ἡδυπαθῆ ὡς πρῶτον ἀνεχαίτισε τῶν πραγμάτων, ἐκκεχυμένος, poſtquam é negociorũ multitudine emerſit, fortaſſe pro ἀνεχαιτίσθη, hoc eſt retractus eſt, ſeipſum retraxit, ἀνεστάλη. Baſil. itidẽ εἰς τὴν ἰουλίτταν, Ἐπεὶ καὶ οἱ πωλοδάμναι τοῖς δυσηνίοις τῶν πώλων οὐκ εὐθὺς κατάγχουσι τοῖς χαλινοῖς, οὐδὲ ἀνακρούουσιν. ἀναχαιτίζειν γὰρ οὕτω καὶ ἀποσείεσθαι τοὺς ἐπιβάτας διδάσκουσι. Idem παμφίλῳ ſcribens, οἷόν τις πῶλος ἀδάμαστος οὔπω φέρειν τὸν ἀναβάτην δεδιδαγμένος, ἐκ μικρᾶς ὑποψίας ἀνεχαίτισε καὶ ἀπεσείσατο.

Αναχάζω. Αναχάζομαι. Ἀναχάζω etiam & ἀναχάζομαι vtraque voce dicitur, pro retrocedo, ceſſim eo, iter inhibeo vel greſſum. Xenoph. in I I I I. ἀναβάσ. Ἔνθα ἠναγκάζοντο οἱ Ἕλληνες ἐπιδιώκοντες, καὶ πάλιν ἀναχάζοντες πορεύεσθαι. Idem, Ἔνθα δὴ Καλλίμαχος μηχανᾶται παρατρέχειν ἀπὸ τοῦ δένδρου ὑφ' ᾧ ἦν αὐτὸς, καὶ δύο καὶ τρία βήματα. ἐπεὶ δὲ οἱ λίθοι φέροιντο, ἀνεχάζετο εὐπετῶς, ceſſim ibat. Et in ſeptimo παιδείας, Οἱ δὲ Πέρσαι οὐκ ἐδύναντο ἀντέχειν, ἀλλ' ἐπὶ πόδα ἀνεχάζοντο παίοντες καὶ παιόμενοι. Χάζεσθαι ceſſim ire, ὑποχωρεῖν. Iliad. λ, ἐν δὲ κυδοιμὸν ἧκε κακὸν Δαναοῖσι, μίνυνθα δὲ χάζετο δουρός. &, ἂψ ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, κῆρ' ἀλεείνων. Plutarchus in Cæſare metaphoricè dixit, Ὁ μὲν Πομπήιος αὖθις εἰς τὸν ἀρχαῖον ἀνεκρούετο λογισμὸν τῆς γνώμης ἔτι, καὶ φασμάτων οὐκ αἰσίων προσγινομένων καὶ καθ' ὕπνον ὄψεως. pro reuoluebat, referebátque ſententiam, vel

Ανακρούομαι. reuoluebatur animo in priſtinam ratiocinationem. Ἀνακρούομαι τὸ μέλος, τὸ προοιμιάζομαι, vt citharœdi proludentes. Plutarch. de Arione, Καὶ ὥς τινα θεῶν πελαγίων ἀνάκλησιν προανακρουσάμενος, ᾄδει τὸν νόμον τὸν πυθικόν, pro præludio quandam deorum marinorum inuocationem exordiens. niſi ἀνάκλησιν ἀντὶ τῆς ἀνακρούσεως dixerit, vt Iulianus ἀνάκλημα ἀντὶ τοῦ ἐνδοσίμου poſuit ad Iamblichum ſcribens, Ὥσπερ οἱ χορεστάτη πρὸς τὸ ἀνάκλημα τοῦ ῥυθμοῦ συνομαρτοῦντες. Plato in Philebo, Πάλιν οὖν αὐτὸν τὸν λόγον ἀνακρουώμεθα, Denuo igitur diſputationem ipſam exordiamur. Polyb. in I I I I. hiſtor. ἔτι δ' αὐτοῦ ταῦτα ἀνακρουομένου, προσπεσόντες οἱ παρακεκλημένοι τῶν νέων, τοῦτον συνεκέντησαν, adhuc eo hæc dicere exordiente. Ἀνακρούεσθαι etiam eſt pulſare organũ. Greg. Ἐκείνην ᾠδὴν ἣν ποτε ᾖσεν ὁ Ἰσραὴλ ἐπὶ τοῖς Αἰγυπτίοις, ἐξαρχούσης τῆς Μαρίας καὶ ἀνακρουομένης τὸ τύμπανον. & iiſdem verbis ἐν τῷ εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα

Πρόβλημα. ἐπιταφίῳ. Vt ad rem redeam, Πρόβλημα eſt quæſtio, id eſt ζήτημα. Ariſtoteles, Ἐμπίπτει δ' εἰς ἄλλο πρόβλημα καὶ σκέψιν ἑτέραν. ἀποροῦσι γάρ τινες, & cætera. Themiſt. in I. de anima, ταῦτα δὲ οὐχ οἷόν τε διακρίναι τὰ προβλήματα, μὴ περὶ πάσης ψυχῆς ἐπισκοπουμένοις. ſuprà ζητήματα dixerat. πρόβλημα καὶ πρότασιν idẽ eſſe Ariſtoteles docet in I. Topicôn, differẽtiámque eſſe tantùm in modo enunciandi, id eſt τῷ τρόπῳ τῆς ἐκφορᾶς. τὸ γὰρ αὐτὸ ἐρώτημα μετὰ τοῦ πότερον λεγόμενον καὶ μετὰ τῆς ἀντιφάσεως πρόβλημά ἐστι. μετὰ δὲ τοῦ, ἆρά γε, πρότασις. φανερὸν οὖν ὅτι ἴσα τε καὶ ταυτά ἐστι τά τε προβλήματα τὰ διαλεκτικὰ καὶ αἱ προτάσεις αἱ διαλεκτικαί. Πρόβλημα apud Geometras differt à theoremate, vt docet Proclus in Euclidem lib. I I I. in duas enim partes ſeſe explicat Geometria, in problemata, & in theoremata. Πρόβλημα proponit aliquid inueniendum & deſcribendum & comminiſcẽdum: Θεώρημα verò docet & aſtruit quæ natura ſubiectis ineſſe comparatum eſt. vtrunque autem ſuis omnibus nu-



meris plenũ ſex partes continere ait, πρότασιν, ἔκθεσιν, διορισμόν, κατασκευήν, ἀπόδειξιν, συμπέρασμα. Πρόβλημα eſt igitur ὅταν ἡ ἐρώτησις ἀποκρίσεώς ἐστιν αἴτησις, (vt inquit Alexãder) ἐξ ἧς δίδοται τῷ ἀποκρινομένῳ ἑλέσθαι ὁπότερον βούλεται μέρος τῆς ἀντιφάσεως. vt πότερον τὸ ζῷον, δίπουν ὁρισμός ἐστιν ἀνθρώπου, ἢ οὔ. πρόβλημά ἐστιν, ἆρά γε τὸ ζῷον, γένος ἐστὶν ἀνθρώπου, πρότασις. ἔστι γὰρ ἀποκρίσεως αἴτησις τοῦ ἑτέρου μορίου τῆς ἀντιφάσεως. Poteſt & hoc modo adnotari differẽtia, ὅτι τὸ πρόβλημα τὴν ἀντίφασιν ἐρωτᾷ. ἡ δὲ πρότασις, τὸ ἕτερον μέρος τῆς ἀντιφάσεως. & quod πρόβλημα οὐκ αἴτησις ἀποκρίσεώς ἐστιν, ἀλλὰ δείξεως τοῦ ἑτέρου μορίου τῆς ἀντιφάσεως. καὶ κατασκευῆς αἴτησις, καὶ διαλεκτικοῦ λόγου. διὸ καὶ δοκεῖ τὸ πρόβλημα πυσματικῇ ἐρωτήσει ἐοικέναι. quippe αἴτησίς ἐστι κατασκευῆς. Hæc ex Ariſtotele & Alexãdro. Quid ſit autẽ πυσματικὴ ἐρώτησις, id eſt percũctatoria interrogatio, vel ſciſcitatiua, docet Ammonius in librũ περὶ ἑρμηνείας, Διττὸν (inquit ille) εἶναί φασιν οἱ παλαιοὶ τῆς ἐρωτήσεως εἶδος. τὸ μὲν, τῆς διαλεκτικῆς· τὸ δὲ, τῆς καλουμένης πυσματικῆς. καὶ διαλεκτικὴ μέν ἐστιν, πρὸς ἣν ἔστιν ἀποκρίνασθαι τὸ ναὶ μόνον, ἢ τὸ οὔ εἰπόντα, ἢ συμβολικῶς κατανεύσαντα μόνον ἢ ἀνανεύσαντα. κατὰ γὰρ τὸ ναὶ, ἢ τὸ κατανεῦσαι, ὁμολογοῦμεν ἀληθὲς εἶναι τὸ ἠρωτημένον τὸ ἕτερον τῆς ἀντιφάσεως μόριον. οἷον καταφατικῶς μὲν, ἆρα ἡ ψυχὴ ἀθάνατος; ἢ ἀποφατικῶς, ἆρά γε ἡ ψυχὴ οὐκ ἀθάνατος; διὰ δὲ τὸ κατανεῦσαι, καὶ διὰ τοῦ εἰπεῖν οὔ, ὁμολογοῦμεν τὸ ἕτερον τῆς ἀντιφάσεως μόριον, ἀπομαχόμενοι πρὸς τὴν ἐρώτησιν. ἐνίοτε δὲ λόγου πλείονος δεῖ τῷ ἐρωτωμένῳ, πρὸς τὴν ἀπόκρισιν. διδαχθῆναι γάρ τι περί τινος βουλομένων ἐστὶν ἡ πυσματικὴ ἐρώτησις. οἷον, πότε ἦλθες; τίς καλῇ; ποῦ οἰκεῖς; πόθεν δῆλον ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχή; διὰ τί ἡ μαγνῆτις λίθος ἕλκει τὸν σίδηρον; In hoc tamen differunt, vt ipſe in ſecundo tomo docet, quòd πρόβλημα controuerſum eſt, & addubitatũ, πρότασις autẽ nota & indubitata, & in opinione poſita. τό, τε γὰρ γνώριμον καὶ ἔνδοξον, ὁποία ἡ πρότασις ἡ διαλεκτικὴ εἶναι βούλεται, καὶ τὸ ἀμφιδοξούμενόν τε καὶ ἀπορούμενον, ὁποῖον δή φησιν εἶναι τὸ διαλεκτικὸν πρόβλημα, πάντα ἐν ἀντιφάσει προτείνεταί τε καὶ προβάλλεται. Πρόβλημα propoſitũ vocat in Partitionibus oratoriis Cicero. Hermogenes omnes cõſultationes & cõtrouerſias generis deliberatiui, προβλήματα vocat tomo ſecũdo περὶ τῶν εὑρήσεων. Interdũ etiam controuerſiam iudicialem ſic vocat, vt tomo tertio περὶ τῶν ἐπιχειρημάτων. ἔστιν δὲ πρόβλημα ὁ Περικλῆς, ὁ κρινόμενος προδοσίας, ὅτι μὴ ἐδῄωσεν αὐτοῦ τοὺς καρποὺς Ἀρχίδαμος. Sed ideo ſic appellat, quia non in foro ſed in ſcholis res agitur declamatoriè. Προβάλλειν eſt differentem interrogare. Plutarchus περὶ τοῦ ἀκούειν, ὅταν δὲ τοὺς ἀκούοντας ὁ λέγων ἐρωτᾶν καὶ προβάλλειν κελεύῃ, χρήσιμόν τι δεῖ καὶ ἀναγκαῖον προβάλλοντα φαίνεσθαι, id eſt quæſtionem proponentem. Προβληματώδης, addubitatus, in quæſtione poſitus & diſceptatione. Plutarchus, Τοῦτο τὸ μέρος προβληματῶδες γέγονε καὶ ἄπορον. Significat etiam τὸ ὅπλον ἀμυντήριον καὶ ἀσφάλισμα, & quodcunque propugnaculum, vt eſt ſcutum, vt teſtudo militaris. de qua Plutarchus ita inquit, Καὶ τῶν προβλημάτων στεγανώτατόν ἐστι. teſtudinem nunc dico τὸν συνασπισμόν, de qua Liuius, Ipſe ſcalas ferri ad muros ab omni parte muri iuſſit, ac teſtudine ad portas ſucceſſit, id eſt continuata ſcutorũ crate ſupra capita, καὶ πάντων ἅμα συνασπιζόντων ὑπεισῆλθε. Gaza ex AEliano conſtipare vertit. Lucian. ἀναβιοῦσι, Καὶ σὺ ὦ Πλάτων βάλλε, καὶ σὺ ὦ Χρύσιππε, καὶ σύ. πάντες ἅμα συνασπίσωμεν ἐπ' αὐτόν, ὡς πήρη πήρηφιν ἀρήγῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις. κοινὸς γὰρ πόλεμος.

Πυσματικὴ ἐρώτησις καὶ διαλεκτική.

Προβληματώδης.

Συνασπισμός.

Συνασπίζω.

hunc συνασπισμὸν deſcribit Homerus Iliad. ν, his verſibus, Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ. Ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Huius dictionis ſignificatio ex Platonis Politico intelligitur. in quo libro ita inquit, Τῶν ἀμυντηρίων τὰ μὲν ἀλεξιφάρμακα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα. τὰ δὲ προβλήματα. τῶν δ' αὖ γε προβλημάτων, τὰ μὲν, πρὸς πόλεμον ὁπλίσματα. τὰ δὲ, φράγματα. καὶ τῶν φραγμάτων, τὰ μὲν, παραπετάσματα, τὰ δὲ, πρὸς χειμῶνας καὶ καύματα ἀλεξητήρια. Idem alibi ὅπλα, τείχη, ἐσθῆτα hoc nomine complectitur, Πάντα δ' ὅσα γήϊνα προβλήματα καὶ λίθινα, καὶ μυρία ἕτερα. προβολῆς δ' ἕνεκα ξυμπάντων αὐτῶν εἰργασμένων, δικαιότατ' ἂν ὅλον προσαγορεύοιτο πρόβλημα. καὶ πολλῷ μᾶλλον τέχνης οἰκοδομικῆς ἔργον καὶ ὑφαντικῆς τὸ πλεῖστον νομίζοιτ' ἂν, ἢ πολιτικῆς. Eſt autem

Προβολή. Προβολὴ integumentum, tutela, lorica. Theophr. in 2. de Cauſis, Διὸ καὶ τὰς ῥόας πυκνὰς φυτεύουσι καὶ τοὺς μυῤῥίνους, ἵνα συσκεπάζωσιν ἄλληλα, καὶ προβολὴν ἔχωσι τοῦ ἡλίου. Ariſtoteles in quinto de generatione animal. προβολὴν τοῦ ὄμματος καὶ σκέπασμα καὶ ἐπισκύνιον pro eodem dixit, ſupercilium ſignificans. Gregor. περὶ ἀνθρώπου, Κεράτων δὲ προβολῆς, καὶ ὀνύχων ἀκμῆς ἰσχυρότερός τε καὶ τομώτερος ἐπιγενόνηται τοῖς ἀνθρώποις ὁ σίδηρος, οὐκ ἀεὶ συμπεφυκὼς ἡμῖν ὥσπερ τοῖς θηρίοις ἐκεῖνα, ἀλλ' ἐπὶ καιροῦ συμμαχήσας. hîc προβολὴ πρόβλημα ſignificat, id eſt ἀμυντήριον, & tutelare munimentũ tauri vel cerui. Ponitur etiam pro prominẽtia, vt

Ἐξίστημι ad tabẽ & interitũ perduco. Ariſt. in IIII. Phyſicorũ, Φθορᾶς γὰρ αἴτιος καθ᾽ αὑτὸν μᾶλλον ὁ χρόνος. ἀριθμὸς γὰρ κινήσεως. ἡ δὲ κίνησις ἐξίστησι τὸ ὑπάρχον. Ἐξεστηκὼς οἶνος eſt vappa. opponitur τῷ παρεσταμένῳ, de quo ſupra dictũ eſt. Ἐξίστημι τὸ ἐκπλήττω καὶ εἰς θαῦμα ἐνάγω, Demente emoueo & alieno, in furorem & mentis alienationem ago. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὑτῶν, ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι, Hæc permouent homines, hæc extra ſe erũpere faciunt, hoc eſt mente alienari & furere. Hoc Cicero pro Cecinna ſic extulit, Etenim recuperatores non ea ſola vis eſt, quæ ad corpus noſtrum vitámque peruenit, ſed etiam multo maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritũ loco ſæpe & certo de ſtatu dimouet, ἢ βεβαίας τε πλεονάκις καὶ ἐρηρεισμένης τῆς καταστάσεως καθῄρηκε. Lucæ cap. vlt. Ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον, Sed & mulieres quædam à nobis nos alienarũt, de ſtatu mentis nos deiecerunt, hoc eſt ad ſtuporem vſque nos perculerunt, ἐξέπληττον ἐκστατικῶς, vel ἐκστατικῶς διέθεσαν ἡμᾶς. idem enim prope ſignificat ἐκπλήττω quod ἐξίστημι, vt ex iis apparet quæ ſuperius diximus. Sic autẽ dixit Lucas, ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, vt Demoſthenes, Ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὑτῶν, hoc eſt ἐξ ἑαυτῶν. quem locum totum oratoris nos in Annotationibus in Pandectas interpretati ſumus, citatum à Iuriſconſulto in tractatu de Pœnis. Eſt autem in eo loco ἐξεστηκέναι, impotentem animi eſſe præ iniuriæ magnitudine, & propriè, vt Cicero dixit, exire è poteſtate, vt in tertio Thuſcul. Qui igitur exiſſe è poteſtate dicuntur, iccirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regimen totius animi à natura tributũ eſt. Idem, Eos enim ſanos intelligi neceſſe eſt, quorũ mens motu quaſi morbo perturbata nullo ſit. qui contra affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt. Itaque nihil melius quàm quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini, cum exiſſe è poteſtate dicimus eos qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia.

*Exire è poteſtate.*

Ἐξίσταμαι.

Ἐξίσταμαι alienor, abdicor. Plato in Phædro, Ἐξιστάμενος δὲ τῶν ἀνθρωπίνων σπουδασμάτων, καὶ πρὸς τῷ θείῳ γιγνόμενος, νουθετεῖται μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν ὡς παρακινῶν, ἐνθουσιάζων δὲ λέληθε τοὺς πολλούς. Quibus verbis deſcribit quos ecſtaſi correptos dicimus, id quod quibuſdam viris ſanctis ſæpe contigit, qui prorſus ſui, id eſt corporis eiúſque affectionũ obliti, toti ſunt in contemplatione occupati, & velut à corpore eiúſque curis auocati. Nam & Xenophon ἐξίστασθαι pro obliuiſci, & prorſus abdicari alienaríque dixit, Ἰόντων δὲ εἰς μάχην σὺν ὅπλοις πολλοὶ καὶ τῶν μαθημάτων ἐξίστανται. & Ἐξίσταμαι pro ſententiam muto, aliud propoſitum ſequor. Thucyd. Ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἐξίσταμαι. ὑμεῖς δὲ μεταβάλλετε, vos autem mutamini. Ἐξίσταμαι, abſtineo, vito, caueo. Galen. Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς αὐτοί, καίτοι ἐξιστάμενοι μάλιστα χρῆσθαι τοῖς καρωτικοῖς φαρμάκοις, ἐσθ᾽ ὅτε καὶ κωλικοῖς ἐδώκαμεν αὐτά. Plut. accuſatiuo iũxit, Οὐδένα κιν-



δυνον ὑπὲρ δόξης ἐξέστη, vitauit, ſubterfugit. Ἐξίσταμαι τῶν ὄντων & ἀφίσταμαι, cedo bonis. Demoſth. ὑπὲρ Φορμίωνος. Οἱ δὲ ἐπειδὴ ἔδεισε διαλύειν οἷς ὤφειλον, ἐξέστησαν ἁπάντων τῶν ὄντων. Et cedo tibi hac re, id eſt παραχωρῶ σοι τούτου τοῦ πράγματος. Plut. de proſcriptione triumuirali, Κικέρωνος μὲν Ἀντωνίῳ Καῖσαρ ἐξέστη, τούτῳ Ἀντώνιος Λευκίου Καίσαρος, Cicerone quidẽ Cæſar Antonio ceſſit. Vtitur & Demoſthenes itidem cum genitiuo. Et cedo, id eſt concedo, hoc eſt me ſubmitto. Iulianus Iamblicho, Ἐπεὶ καὶ Πανὶ μέλος λιγυρὸν ἠχοῦντι πᾶς τις ἐκσταίη, κἂν Ἀρισταῖος ᾖ. Ἔκστασις degeneratio, & παρέκβασις. Ἔκστασις perculſio & ſtupor, vt in Act. Apoſt. Καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι. Et mentis emotio, quæ extaſis à pleriſque Latinè dicitur. Ἔκστασις.

Et Ἐκστατικός, fanaticus, ἔνθους, numine afflatus, in contemplationem auferens. Dionyſ. περὶ φωτὸς καλοῦ καὶ ἔρωτος, Ἔστι δὴ ἐκστατικὸς ὁ θεῖος ἔρως, οὐκ ἐῶν ἑαυτῶν εἶναι τοὺς ἐραστάς, ἀλλὰ τῶν ἐρωμένων. Idem, Διὸ καὶ Παῦλος ὁ μέγας ἐν κατοχῇ τοῦ θείου γεγονὼς ἔρωτος, καὶ τῆς ἐκστατικῆς αὐτοῦ δυνάμεως μετειληφώς, ἐνθέῳ στόματι, ζῶ ἐγώ φησιν οὐκ ἔτι, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Interdum ἐκστατικὸς dicitur qui in furorem agit, hoc eſt ὁ ἐξιστάς, & qui mutari & deſciſcere à ſeſe facit. Themiſt. in IIII. phyſic. Μεταβολὴ γὰρ πᾶσα φύσει ἐκστατικόν. καὶ γὰρ ἡ κίνησις καὶ ἡ μεταβολή, καθ᾽ αὑτὴν μὲν ἐξίστησι τοῦ προϋπάρχοντος. & paulò poſt, ἐπειδὴ συμβαίνει τι ἐξισταμένοις τῆς προτέρας αὐτῶν οὐσίας, μεταβάλλειν εἰς ἑτέραν. Theophr. in nono, Γίνονται δέ τινες τῶν γλυκειῶν, αἱ μὲν, ἐκστατικαί, καθάπερ ἡ περὶ Τεγέαν, ἣν καὶ ἀνδριαντοποιὸς φαγὼν ἐργαζόμενος ἐν τῷ ἱερῷ, ἐξέστη. Ἐκστατικὸς etiam eſt ὁ ἐξεστηκώς, ὁ ἐκμανείς, furioſus. Ariſtot. in illo celebri Probl. vndetriceſ. ſegmento, Ἔτι δὲ τὰ περὶ Αἴαντα καὶ Βελλεροφόντην, ὧν ὁ μὲν, ἐκστατικὸς ἐγένετο παντελῶς, ὁ δέ, τὰς ἐρημίας ἐδίωκε. Sic etiam appellatur qui pronus eſt ad iracundiam furibundam, & qui facile ad impotentiam animi erũpit, & in cæcos ac præcipites impetus, quales ſunt quos Cicero effrenatos appellauit. Idem in 2. de Partibus, Τὰ δὲ πολλὰς ἔχοντα καὶ παχείας ἶνας, θυμώδη τὸ ἦθος καὶ ἐκστατικά. Idem, Οἱ δὲ ταῦροι καὶ οἱ κάπροι θυμώδεις καὶ ἐκστατικοί. Idem in VII. Ethic. Καὶ ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς καὶ ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ, καὶ ἀκρατὴς καὶ ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ. Idem, Ἔτι εἰ πάσῃ δόξῃ ἐμμενετικὸν ποιεῖ ἡ ἐγκράτεια, φαύλη, οἷον εἰ καὶ τῇ ψευδεῖ. καὶ εἰ πάσης δόξης ἡ ἀκρασία ἐκστατική, ἔσται τις σπουδαία ἀκρασία. Ἐκστατικός.

Ἐξίστασθαι Latinè à ſeſe diſcedere dicitur: & à mẽte diſcedere. Cic. in 2. de Diuinatione, Ille autẽ Græcus quid mirum ſi magnitudine timoris, vt plerunque fit, à conſtantia atque mente, atque à ſe ipſe diſceſſit. In Bruto pro degenerare vſus eſt: quod quodammodo eſt mente alienari, vt illud quod modo dixi. Hic autẽ (inquit Cicero) cum ſumma volũtate bonorũ ædilis curulis factus eſſet, neſcio quomodo diſceſſu meo diſceſſit à ſeſe.

Ἐξανίστημι idẽ quod ἀνίστημι. Et Ἐξανάστασις, euerſio, è ſedibus eiectio. Polyb. in 2. hiſtor. νομίσαντες οὐχ ὑπὲρ ἡγεμονείας ἔτι τὸν Ῥωμαίων πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι πόλεμον, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ὁλοσχεροῦς ἐξαναστάσεως αὐτῶν καὶ καταφθορᾶς. Ἐξανίστημι etiam erigo, tollo in altum. & ἐξανέστηκα, ſublimis ſum & editus. Idẽ lib. 1, Ἔστι γὰρ ὄρος περίτομον, ἐξανεστηκὸς ἐκ τῆς περικειμένης χώρας εἰς ὕψος ἱκανόν. Κατεξανίσταμαι contra aliquem inſurgo. Baſil. μὴ δ᾽ αὖ πάλιν ἐπιτρέψῃς τοῖς πάθεσι κατεξανίστασθαι τοῦ λόγου, καὶ εἰς αὐτὰ τὸ κράτος τῆς ψυχῆς περιστῆσαι. Chryſoſt. in octauũ ad Romanos, πολέμων ἅπασιν μηδεμιᾶς ὑποκειμένης αἰτίας, πενήτων κα- Ἐξανίστημι. Ἐξανάστασις.

Κατεξανίσταμαι.

κατεξανιστάμενος, τοῖς πλουσίοις βασκαίνων. hoc loco κατεπαιρόμενον ſignificat, vt in ſecundum ad eoſdem, de Iudæis loquens, ὅτι τῷ δώρῳ τούτῳ οὐκ εἰς τὴν σωτηρίαν τὴν ἑαυτῶν, ἀλλ' εἰς τὸ τῶν ἄλλων κατεξανίστασθαι καὶ ὑπερορᾶν, κατεχρήσαντο. hîc enim elationem Iudæorum notat, qui Græcis ſe inſolenter præferebant propter legem. & ad Epheſ. IIII, περὶ ταπεινοφροσύνης γὰρ διαλέγεται, καὶ τοῦ μὴ δεῖν ἕτερον κατεξανίστασθαι τοῦ ἑτέρου. Greg. περὶ τῆς φιλοπτωχ. μὴ τὸν μὲν πένητα, τὸν δὲ πλούσιον ὑπολάβῃς, ἵνα καὶ μᾶλλον κατεξαναστῇς τοῦ πένητος. οὐ γὰρ δῆλον εἰ θεόθεν ἡ τοιαύτη διαίρεσις.

Ἐφίστημι. Ἐπιστάτης. Ἐπίστασις.

Ἐφίστημι τὸ τάττω, præficio. ὅθεν Ἐφίσταμαι, præfectus ſum. & Ἐπιστάτης ὁ προστάτης, præfectus, rector, βραβευτής, ἔφορος. & Ἐπίστασις, quæ etiam ἐπιστασία dicitur, cura & inſpectio, κηδεμονία, curatio. Et Ἐπιστατῶ, ἐφορεύω, βραβεύω, rego, moderor. & Ἐπιστατοῦμαι, βραβεύομαι, vt ἐπιτροπεύομαι, ἄρχομαι, & ſimilia. Athen. de quodam rege, Καὶ τῶν λαῶν δοκεῖ σκληρῶς ἐπεστατηκέναι. Ἐφεστηκότες τοῖς πράγμασι dicuntur qui ſummæ rerum præfecti ſunt. Ἐφίστημι ſiſto, retineo, reprimo, coerceo. Plut. de Cæſare ad Rubiconem, Ἔσχετο δρόμου, καὶ τὴν πορείαν ἐπιστήσας, πολλὰ μὲν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ διήνεγκε, greſſúmque coercens, & reſiſtens, multa in vtranque partem verſabat in animo.

Ἐπιστάσιος.

Inde ἐπιστάσιος Ζεὺς à Græcis dicitur Iupiter Stator. Plutarch. in Romulo, ἔστησαν δ' αὖ πρότερον οὗ νῦν ὁ τοῦ Διὸς τοῦ στάτωρος ἵδρυται νεώς, ὃν ἐπιστάσιον ἄν τις ἑρμηνεύσειε. poteſt etiam στατικὸς dici. Quemadmodū autem παριστάναι ſignificat ſiſtere ad iudicium, vt iam diximus ſupra, ita ἐφιστάναι eſt ſiſtere aliquē, & vt præſto ſit vel præſens facere, & vt inter negocium tractandū adueniat, etiam vt interdū importunus adſit, & tractantes agentéſque opprimat, vt apud Demoſthenem περὶ παραπρ. ἦν γὰρ τοῦτο πάντων πρῶτον τῶν ἀδικημάτων, τὸ τὸν Φίλιππον ἐπιστῆσαι τοῖς πράγμασι τούτοις, id eſt, hoc egiſſe vt Philippus imparatos opprimeret. Cui verbo actiuo paſſiuum ſuum reſpōdet.

Ἐφίσταμαι.

Ἐφίσταμαι γὰρ τὸ ἐξαίφνης ἵσταμαι καὶ παραγίνομαι. Vtroque verbo vſus eſt Hippocrates eodē loco Philopœmeni ſcribens, his verbis, Ὥσπερ γὰρ δμῶες καὶ δμωΐδες ἐν τοῖς οἴκοισι θορυβέοντες καὶ στασιάζοντες, ὁκόταν ἐξαπιναίως αὐτοῖς ἡ δέσποινα ἐπιστῇ, ὑποθέντες ἐφησυχάζουσι· παραπλησίως δὲ αἱ λοιπαὶ αἱ κατὰ ψυχὴν ἐπιθυμίαι, ἀνθρώποισι κακῶν ὑπηρέτιδες, ἐπὴν σοφίης ὄψις ἑαυτὴν ἐπιστήσῃ, ὡς δοῦλα τὰ λοιπὰ πάθεα ἐκκεχώρηκε, cū ſapiētiæ oculus ſeipſum præſentem ſiſtit in actu rerum. Interuenire Plinius appellat. Cameli ſolitudines & ſecreta certa petunt: neque interuenire ſine pernicie datur. Ἐφίσταμαι etiā aduento, inſto, appeto. Greg. Καὶ γὰρ ἐν πολλαῖς γλώσσαις ἔκειτο πρὶν ἐπιστῆναι, antequam adueniret. Herodian. Ἐπεί περ τὸν Σεβῆρον ἤδη καὶ αὐτῇ τῇ πόλει ἐπιστησόμενον ἤκουον, iamiam affuturū, & iam inſtare eius aduentum. Idem, Ἀνύσας δὲ τὴν ὁδὸν, παντὸς λόγου καὶ ἐλπίδος θᾶττον τοῖς Βρεττανοῖς ἐπέστη, Britannos oppreſſit celeritate maiore quàm vt ſperari potuerit. Lucianus vſus eſt quodā loco pro repēte ex inſidiis prodire.

Ἐφίστημι.

Ἐφίστημι admoueo. Galen. Οἱ παλαιοὶ δὲ καὶ τὴν γυναῖκα θηλάζουσαν ἐφίστων τοῖς τῇ φθόῃ κάμνουσιν, ἀπὸ τοῦ ἐφιστῶ dixit, vt ἱστῶ & παριστῶ. id eſt, nutricem lactantem admouebant tabe laborātibus. Ex quo fit vt ἐφιστάναι ſignificet animum intendere, animaduertere, & intentum eſſe. Polyb. Δεῖ δὲ ἐπιμελέστερον ἐπιστῆσαι περὶ τῶν τοιούτων, diligentius conſiderare talia, & animaduerſione accuratiore perſequi. Ipſe alibi ſine caſu, Ἄξιον δὲ ἐπιστῆσαι πῶς, & reliqua,



Operæ autem precium eſt conſiderare & commentando quærere. Idem in III. hiſt. συνεφιστάναι pro eodem dixit, Ἔνιοι γὰρ οὐκ ἐπὶ τὰ λεγόμενα συνεπιστήσαντες, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν λέγοντα, καὶ λαβόντες ἐν νῷ διότι κατὰ τοὺς καιροὺς ὁ γράφων γέγονε, καὶ τοῦ συνεδρίου μετεῖχε τῶν Ῥωμαίων, πάνυ εὐθέως ἡγοῦνται τὸ λεγόμενον ὑπὸ τούτου πιστόν. Συνεφίστημι.

Baſilius de Prouerbiis Solomonis, Ὅπως δὲ διεστήκατος τῆς λέξεως ταύτης ὁ νοῦς, πάνυ γνώριμον τῷ καὶ μικρὸν ἐπιστήσαντι. Indéque ἐπιστήμη dicta eſt, παρὰ τὸ ἐφιστάναι τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ψυχὴν, à ſiſtenda intelligentia. Ἐπιστήμη.

Ariſtot. in Probl. ſect. XXX, Ἡ γὰρ αἴσθησις καὶ ἡ διάνοια τῷ ἠρεμεῖν τὴν ψυχὴν ἐνεργεῖ, ᾧ καὶ ἡ ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι, ὅτι τὴν ψυχὴν ἵστησι. κινούμενοι γὰρ καὶ φερόμενοι, οὔτε αἰσθέσθαι οὔτε διανοηθῆναι δύνανται. διὸ καὶ τὰ παιδία καὶ οἱ μαινόμενοι ἀνόητοι. Quare lingua vernacula noſtra hominē mentis compotem ſignificare volens, ſiſtendi verbo vtitur. Alexand. περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, Ὅτι δὲ ἐστι τὸ μὴ ὂν ἐν τοῖς οὖσιν ἐνεργείᾳ, εὐκόλως ἄν τις ἐπιστήσας μάθοι, id eſt προσσχὼν τὸν νοῦν. Hoc etiam Φροντίζω dicitur, de quo ſuprà ſcripſimus. Φροντίζω.

Ariſtot. in primo περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, loquēs περὶ αὐξήσεως καὶ ἀλλοιώσεως, τίνα τρόπον ὑπάρχουσι τοῖς πράγμασιν, Ὅλως δὲ (inquit) παρὰ τὰ ἐπιπολῆς περὶ οὐδενὸς οὐδεὶς ἐπέστησεν ἔξω τοῦ Δημοκρίτου. οὗτος δ' ἔοικε μὲν περὶ ἁπάντων φροντίσαι. ἐπιστῆσαι & φροντίσαι pro eodē dixit, hoc eſt φυσιολογικῶς σκέψασθαι. plena oratione vſus eſt, Περὶ τῶν ὁρισμῶν ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν, incumbens animo ad definitiones explicandas, vel tractandas. Idem περὶ κόσμου, datiuo iunxit ſine præpoſitione, Οὐδέποτε γὰρ τούτοις ἐπιστήσαντες, ἐθαύμαζόν τι τῶν ἄλλων, id eſt animo & ſtudio ad hæc incumbentes. Vt enim dicunt ἐπέχω τὸν νοῦν τούτῳ, & ἐπέχω τὴν γνώμην, ita etiam ἐφίστημι. vtrunque enim adhibeo & applico ſignificat. Philoſophi autem ἐπέχω περὶ τούτου, & ἐπιστῆσαι δεῖ περὶ τούτου dicunt. Ἐπέχω τὴν γνώμην τούτῳ, καὶ ἐπέχω περὶ τούτου.

Lucianus ἐν τῇ τῶν βίων πράσει, Ἐπέχω περὶ τούτου, ἀντὶ τοῦ διστάζω, σκέπτομαι, διαπορῶ. hoc eſt ἐπέχω τὴν συγκατάθεσιν περὶ τούτου, hoc eſt retineo & inhibeo aſſenſionem, vt vult Cicero. Et Ἐφίστημι περὶ τούτου, ἀντὶ τοῦ φροντίζω, σκοπῶ. quæ verba ſunt ſcholaſtica, ἐπὶ τοῦ θεωρεῖν καὶ ἐξετάζειν περί τινων ἀπόρων, quod eſt ἐφίστημι τὴν διάνοιαν περὶ τούτων. Plutarch. Οἱ πεφροντικότες τὰ τοιαῦτα, καὶ μεμαθηκότες, hoc eſt οἱ τεθεωρηκότες, οἱ ἐσκεμμένοι. Ἀποφαίνεσθαι καὶ δογματίζειν dicuntur qui aliquid ponunt & ſtatuunt: qui autem nec affirmant nec negant, ſed ſuſpenſo ſunt iudicio, ii ἐπέχειν dicuntur. Laërt. in Platone, Ὁ τοίνυν Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατείληφεν, ἀποφαίνεται· τὰ δὲ ψευδῆ διελέγχει· περὶ δὲ τῶν ἀδήλων, ἐπέχει. Idē, Ἐπεὶ καὶ τὰ Σωκράτους καὶ τὰ Τιμαίου λέγων Πλάτων, δογματίζει. Similis eſt vſus verbi Προσέχω. Προσέχω.

Demoſth. Προσέχειν δὲ δεῖ τὸν νοῦν τῷ γράμματι. Xenoph. Τῷ ἐξαπατᾶν προσέχοντας τὸν νοῦν. Plutarchus ſine caſu nominis dixit, Τὸ δὲ ναυτικὸν ἐν παντὶ δυσπραγοῦν, αὖθις ἠνάγκασε τῷ πεζῷ προσέχειν τὸν Ἀντώνιον, id eſt animū conuertere & appellere. Antiph. Διὸ δεῖ, ὦ ἄνδρες, προσέχειν τὸν νοῦν τούτῳ τῷ ἀγῶνι, καὶ μηδὲν περὶ πλείονος ποιήσασθαι τοῦ δικαίου. Eſt autem προσέχω τὴν διάνοιαν τούτῳ, τὸ ἔχω πρὸς τούτῳ τὴν διάνοιαν. vt Æſchines locutus eſt, Οἱ δὲ δικασταὶ ὥσπερ ἐπῳδὴν ἀκροώμενοι, πρὸς ἑτέρῳ τινὶ τὴν γνώμην ἔχουσι. Προσέχω etiam auſculto & obtempero ſignificat, octauo Act. Apoſtolorum, Προσεῖχον δὲ αὐτῷ, διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις ἐξεστακέναι αὐτούς, auſcultabant ei. Æſch. Ἵν' εἴ τινες προσέχοιεν τῷ πλήθει τῷ ἡμετέρῳ, εἰς τὴν ἐσχάτην ἐμπέσοιεν ἀθυμίαν. Plutarch. Διάταγμα γράψας, ὅπως ἡ μὲν ἠθροισμένη δύναμις εἰς Συρίαν πλέῃ, οἷς δὲ Πομπήιος κατάγει, μὴ προσέχοιεν αὐτῷ.

Προσέχομαι.
Προσίσχομαι.

Προσέχομαι autem & προσίσχομαι, ὃ προσπέφυκα καὶ προσκολλῶμαι, adhæreo. Theophraſtus de thure loquens, Τὸ δὲ δάκρυον, ὃ μὲν καταπίπτειν· τὸ δέ, τῷ δένδρῳ προσίσχεσθαι. Verùm ἀπὸ τοῦ ἐφίστημι, τὸ ἐπέχω τὸν νοῦν, venit

Ἐπιστασία.
Ἐπίστασις.

Ἐπιστασία & Ἐπίστασις, quæ ſignificant animaduerſionem, καὶ προσοχήν, id eſt meditationem, conſiderationem. Polyb. Διόπερ οὐ τῆς τυχούσης ἐπιστάσεως προσδεῖται καὶ θεωρίας, εἰ μέλλει τις τὰ διαφέροντα ἐν αὐτῇ συνόψεσθαι, Quapropter non mediocri animi intentione & commentatione opus eſt ei qui ea intelligere contendit quæ in ipſa eximia ſunt & præſtantia. Idem in 2. hiſtor. Ἀλλ᾽ οὐ παρέργως, ἀλλὰ μετ᾽ ἐπιστασίας θεωρητέον. Ariſtot. in ſecũdo Phyſic. Καίτοι γε εἰ οὕτως ἔχει τοῦτό γε αὐτὸ ἄξιον ἐπιστάσεως, καὶ καλῶς ἔχει λεχθῆναί τι περὶ αὐτοῦ τούτου. Idem in ſeptimo Politicôn, περὶ τεκνοποιΐας loquens, Ποίων δέ τινων τῶν σωμάτων ὑπαρχόντων μάλιστα ὄφελος εἴη τοῖς γεννωμένοις, ἐπιστήσασι μᾶλλον λεκτέον ἐν τοῖς περὶ παιδονομίας. τύπῳ δὲ ἱκανὸν εἰπεῖν καὶ νῦν, id eſt accuratius & exquiſitius

Ἀνεπιστάτως.

commentantibus, & animaduertentibus. & Ἀνεπιστάτως dicitur pro ſine animaduerſione commentationéque. Polyb. Διὸ ὑπέλαβον ἀναγκαῖον εἶναι τὸ μὴ παραλιπεῖν, μηδ᾽ ἐᾶσαι παρελθεῖν ἀνεπιστάτως τὸ κάλλιστον ἅμα καὶ ὠφελιμώτατον ἐπιτήδευμα τῆς τύχης.

Ἐφίστημι.

Ἐφιστάναι etiam ſiſtere ſignificat & inhibere progredienté. Arrian. lib. v, Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἤδη καθεώρα τοὺς ἰνδοὺς ἐκτασσομένους, ἐπέστησε τοὺς ἱππέας τοῦ πρόσω, ὡς ἀναλαμβάνειν τῶν πεζῶν τοὺς ἀεὶ προσάγοντας. Idem, Καὶ Ταξίλης προσιππεύσας ἐφ᾽ ὅσον ἀσφαλὲς ἐφαίνετο, τῷ ἐλέφαντι, ὃς ἔφερε τὸν πῶρον, ἐπιστῆσαί τε ἠξίου τὸ θηρίον, καὶ ἀκοῦσαι τῶν παρ᾽ Ἀλεξάνδρου λόγων.

Ἐφίσταμαι.

Ἐφίστασθαι etiam eſt aggredi aliquid tractandum vel dicendum, ad ídque animum adiicere, in eóque commentando inſiſtere & immorari. Iſocrates in Helene, Ἐπιστὰς γὰρ ἐπὶ τὰ Θησέως ἔργα, καὶ λέγειν ἀρξάμενος περὶ αὐτῶν, ὀκνῶ μεταξὺ παύσασθαι. Ἐφίσταμαι, vrgeo, inſto. Demoſth. Ἐφειστήκει δ᾽ αὐτῷ Καλλίστρατος καὶ Ἰφικράτης, τῷ τε πράττειν καὶ τῷ εἰπεῖν δυνάμενοι. Quibus verbis ſignificat illos vi eloquentiæ & calliditate tractãdæ accuſationis hominem reum & cauſam dicentem premere & vrgere inſtitiſſe. & κατὰ Τιμοκράτ. Ἀλλὰ γράψασθαι νὴ Δί᾽ ἑκάστῳ ἔστιν. ὃ κἀγὼ νυνὶ πεποίηκα. κἂν ἐνταῦθ᾽ ἀπαλλάξῃ τισὶ τὸν ἐπιστάντα, ἡ πόλις παρακέκρουσται, Enimuero licet vnicuique legem accuſare vt perperam promulgatam. id quod ipſe nunc feci. Quòd ſi ipſi legis promulgatori ſummouere licuerit accuſatorem, à ſéque dimittere, id profectò non ſine circunuentione fit ciuitatis, cui hoc facto obreptũ eſt. Verum illud νὴ δία quid ſignificet, quoniam frequenter apud Oratorem ipſum legitur, alibi explanabimus, tum ſcilicet cum iis quæ nunc inſtant & præcedentibus hærent, defuncti fuerimus. Ἐφίσταμαι iis amplius ſignificat reſiſto, reſtito, progredi nequeo, & in curſu hæreo. vt, Ὁ δὲ ἐπορεύετο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐφιστάμενος, ſubinde reſtitans. Syneſius de quodam memoriter pronunciante, Οὐ προσπταίων, οὐ διαπαραλογῶν, οὐκ ἐφιστάμενος ἐφ᾽ ᾧ τὴν μνήμην ἀθροῖσαι, non offenſans, non ſeſe reuocans, non ad colligendam memoriam reſiſtens.

Ἐνίσχομαι.

quod etiam Ἐνίσχομαι dicitur. Plutarchus in Cicerone de iudicio Miloniano, Κραδαινόμενος τὸ σῶμα, καὶ τὴν φωνὴν ἐνισχόμενος, corpore præ metu vibrante & voce interrupta. Quintilianus interſiſtere vocat, & offenſare, & ſingultantiũ modo verba conciſa eiicere. Cicero



re. Cicero Græcorum more in Oratore dixit, Sæpe accidit vt aut citius inſiſtendum ſit, aut longius procedendum, πολλάκις δὲ εἰ τύχοι τὸ θᾶττον ἐπιστατέον ἐστίν. Idem, Inſiſtit autem ambitus modis pluribus. id eſt definit &

Inſiſtere.

cluditur, ἐφίσταται. Et in Finibus, Quæ cum dixiſſet, paulúmque inſtitiſſet, ταῦτα δὲ λέξας, καὶ ἐπ᾽ ἔλαττον ἐπιστάς. Dicitur & Reſiſto, vt idem de Natura deorum, Nullam tamen oram videat in qua poſſit reſiſtere. Liuius libro decimo, Prope reſtitantes Conſules in concionem pertraxerunt. Metaphora tracta à iumentis, & ab equis conſternatis, aut aliàs pauẽtibus, quæ habenis pertrahuntur, identidem reſiſtentes, hoc eſt ἀπαυχενίζοντες, ἀποδυσπετοῦντες, ζυγομαχοῦντες.

Ἀπαυχενίζω.

Philo περὶ κόσμου, Ῥήγνυται γὰρ θᾶττον ὑπὸ τῶν δεθέντων, ἅτε ἀπαυχενιζόντων. Lucian. Ἐπειδὰν δ᾽ εἰς μέσην τὴν ὁδὸν ἥκωσι, πολλοῖς ἀπόροις καὶ δυσχερέσιν ἐντυγχάνοντες, ἀποδυσπετοῦσί τε καὶ ἀναστρέφουσιν ἀσθμαίνοντες. Plinius de leone loquens, Contemptim reſtitánſque cedit in campis & dum ſpectatur, ὑπεροπτικῶς τε ἐν τοῖς πεδίοις εἴκων, καὶ κατὰ βραχὺ ἐφιστάμενος ἐν ὅσῳ ἀνὰ τὸ εὐσύνοπτον χωρεῖ. Ἐφιστάναι etiam eſt ἐπιτάττειν καὶ ἐπιβάλλειν, hoc eſt ἐπὶ τοῖς τεταγμένοις ἱστάναι.

Ἐφίστημι.

Polyb. in primo hiſt. Ἐξήρεις δύο οὔσας ἐφ᾽ ὧν ἔπλεον οἱ στρατηγοί, πρώτας ἐν μετώπῳ παρ᾽ ἀλλήλοις ἔταξαν. τούτων δὲ ἑκατέρᾳ συνεχεῖς κατὰ μίαν ναῦν ἐπιτάττοντες, τῇ μέν, τὸν πρῶτον, τῇ δέ, τὸν δεύτερον στόλον ἐπέστησαν. Idem, Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπέστησαν τοὺς ἱππηγούς. Et Ἐπίστασις in eadem ſignificatione, quaſi ſubſtitutio, Ταῖς δὲ πρώραις ἔξωθεν τὰ σκάφη τὴν ἐπίστασιν ἐπαλλήλως εἶχε. Ἐφίστημι etiam aſciſco, adduco: cui opponitur ἀφιστῶ, hoc eſt abduco, deterreo, deduco, abſiſtere facio. Laërtius in Socrate, προτρεπτικῇ δυνάμει καὶ ἀποτρεπτικῇ præditum fuiſſe hominem ſignificans ac docens, ita ſcribit, Καὶ γλαύκωνα μὲν τὸν πλάτωνος ἀδελφὸν θέλοντα πολιτεύεσθαι, ἀπέστησε, διὰ τὸ ἀπείρως ἔχειν, ὥς φησι ξενοφῶν, χαρμίδην δὲ τοὐναντίον ἐπέστησεν οἰκείως ἔχοντα.

Καθίστημι.

Καθίστημι conſtituo, inſtituo. Ariſtot. in Politic. Ἔοικε μὲν ὁ Σόλων ἐκεῖνα μὲν ὄντα πρότερον οὐ καταλῦσαι. τὴν δὲ δημοκρατίαν καταστῆσαι καὶ τὰ δικαστήρια.

Τὰ καθεστηκότα.

Inde Καθεστηκὸς dicitur conſtitutum. & Καθέστηκεν, in more poſitum eſt, ſolenne eſt. Pauſ. in primo Eliacôn, Καὶ ὅσοι τὰ σώματα ἀσκοῦσιν ἠλείων, οὐ σφίσιν ἐς τὸν ἀγῶνα ἐσελθεῖν καθέστηκεν. & ſic identidem vtitur. & in Bœoticis, Θηβαίοις δὲ ἦν καθεστηκότος ὁπόσοις αἰχμαλώτοις ἕλοιεν, χρημάτων ἀφιέναι, moris erat. & τῶν καθεστηκότων μεταβολή, rerum nouarum molitio. Et ἐμμένειν τοῖς καθεστηκόσι, vel στέργειν τοῖς καθεστηκόσιν, καὶ ἀγαπᾶν καὶ ἀρκεῖσθαι, καὶ ἐπὶ τοῖς καθεστηκόσιν ἀτρεμεῖν, & ἐναπομένειν τοῖς καθεσταμένοις, καὶ ἐφησυχάζειν, ἐπαναπαύεσθαι, & στέργειν τὰ καθεστηκότα, τουτέστι τὰ παρόντα μὴ κινεῖν, μηδὲν νεωτερίζειν, μηδὲν καινοτομεῖν.

Καθιστῶ, efficio, afficio, redigo. Thucydid. Ἀνέλπιστον αὐτὸν καταστῆσαι. τουτέστιν ἀποτελέσαι, ἀπεργάσασθαι, παρασκευάσαι, ad deſperationem redigere. Idem, Ἐς χεῖρας μὲν οὐκ ἰόντων σφίσι τῶν στρατιωτῶν, ἄποθεν δὲ σφενδονώντων, καὶ ἐς ἀπορίαν καθιστάντων. Additur autem ei præpoſitio εἰς, & interdum ἐπί, cum ſignificat afficio. vt idem in ſecundo, Ὁπότε γοῦν αἴσθοιτό τι αὐτοὺς παρὰ καιρὸν ὕβρει θαρσοῦντας, λέγων κατέπλησσεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι. καὶ δεδιότας αὖ ἀλόγως, ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ τὸ θαρσεῖν, id eſt timore afficiebat, in timorem coniiciebat. Thucydides, Ἐς φόβον δὲ καταστάντων διαφθείρονται πολλοί. Idem, Καὶ κατέστησαν μὲν ἐς ἀλκὴν μηδένα τρέπεσθαι, φεύγειν δὲ ἐς Πάτρας, Eo redegerunt eos, vt

nemo ad pugnã acriter erigeretur. Plato lib. VIII. de Repub. Συγγενόμενος δὲ κἀμφοτέροις ἀνδράσι, φύσιν τε τὴν διαφθειρόντων βελτίω ἔχων, ἀγόμενος ἀμφοτέρωσε, κατέστη εἰς μέσον ἀμφοῖν τοῖν τρόποιν, id eſt mediocritatem ſequutus eſt. Cum autem ſine præpoſitione enunciatur, conſtituere & creare ſignificat. Ariſtotel. in IIII. Politicôn, Ἔστι δὲ τῶν τελῶν τούτων, ἓν μὲν, τίνες οἱ καθιστάντες τὰς ἀρχάς. δεύτερον δὲ, ἐκ τίνων. λοιπὸν δὲ, τίνα τρόπον. ἑκάστου δὲ τῶν τελῶν τούτων διαφοραὶ τρεῖς εἰσίν. ἢ γὰρ πάντες οἱ πολῖται καθιστᾶσιν, ἤ τινες. καὶ ἢ ἐκ πάντων, ἢ ἔκ τινων. & Κατάστασις creatio. Idem in eodem, Περὶ δὲ τὰς τῶν ἀρχῶν καταστάσεις, πειρατέον ἐξ ἀρχῆς διελθεῖν. Similiter cum efficere ſignificat, vt ſuprà dictum eſt. Baſil. Iuliano, Ἡμῖν δὲ ἀκύμονα ἑαυτοῖς καθιστᾶν τὸν βίον, καὶ πάνυ ῥᾴδιον, ἐὰν τοὺς ἔνδοθεν ἐκ τῶν παθῶν ἐπανισταμένους ἡμῖν θορύβους κατασιγάσωμεν, καὶ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων ὑψηλοτέραν τὴν γνώμην καταστησώμεθα. In ſecundo loco collocare ſignificat. vt apud Xenophontẽ in ſexto παιδείας, Καὶ ὑμεῖς οἱ τῶν πελταστῶν ἄρχοντες, ἐπὶ τούτοις ὡσαύτως, τοὺς λόχους καθίσατε, hoc eſt τάττετε, & vt ibidem κατατάττετε. Et rurſus, Σὺ δὲ ὃς ἄρχεις τῶν ἁρμαμαξῶν αἳ ἄγουσι τὰς γυναῖκας, κατάστησον αὐτὰς τελευταίας.

*Καθίσταμαι.*

Καθίσταμαι ἀντὶ τοῦ γίνομαι, fio & ſum. Iſocrat. Πλείστων ἀγαθῶν δεσπόται καθίστανται. Lucian. Ἐγὼ μέντοι γε πολὺ τῶν κολακευομένων ἐξωλεστέρους τοὺς κόλακας ὑπείληφα, καὶ σχεδὸν αὐτοὺς καθίστασθαι τῆς ὑπερηφανίας αἰτίους, in cauſa eſſe. & Καθίσταμαι ἄρχων, ἀντὶ τοῦ γίνομαι. Plutarch. Καὶ κατέστησαν ὕπατοι Δομέτιος καὶ Μεσσάλας. Xenoph. Καὶ τοὺς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ τοῦ κυάμου καθίστασθαι. Καθιστῶ σε εἰς ἀγῶνα dicunt ἀντὶ τοῦ κατηγορῶ καὶ εἰς δικαστήριον εἰσάγω, quod Cicero creare periculum dicere ſolet.

*Creare periculum.*

vt ad equites Rom. Si dum in ciuitate manere licitum eſt, nemini iniuſtè periculum creaui, nemini innocenti fui calamitati. Et pro L. Flacco, Neminem vnquam putaui per eos ipſos periculum huius fortunis atque inſidias creaturum, εἰς κίνδυνον καταστήσοντα τὰ τούτου ὑπάρχοντα. vel κίνδυνον ἐπάξοντα τούτῳ καὶ τοῖς χρήμασιν αὐτοῦ. Καθεστηκὼς autem & καθεστὼς ſignificationem habent paſſiuam, & ſimiliter κατασταὶς, hoc eſt κατασταθεὶς & καθεσταμένος, vt μεθεστηκὼς & μεθεστὼς & μεταστὰς, & ἀφεστηκὼς, & alia compoſita. Xenoph. Ἐφ' οἷς ἐφεστᾶσιν, ἀντὶ ἐφεστήκασιν, ἐφέστανται. Thucyd. Οὐδ' αὖ πρῶτοι τούτου ὑπάρξαντες, ἀλλ' ἀεὶ καθεστῶτος τὸν ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι, id eſt ἀεὶ καθεσταμένου. At verò ἔστακα cum voce actiua vna ſignificationem habet actiuam. Gregor. Ἐγηγέρθαι παρὰ τοῦ παιδὸς λέγεται καὶ ἀνειλῆφθαι, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν ἀνεστακέναι, καὶ ἀνεληλυθέναι πάλιν. Sic Polybius, Ἄνδρας ἐπιμελεῖς ἐφεστάκει πρὸς ταύτην τὴν χρείαν, præfecerat. In VIII. Actuum Apoſtol. de Simone Mago, Διὰ τὸ ταῖς μαγείαις ἐξεστακέναι αὐτούς, id eſt in furorẽ & inſaniam egiſſe, de ſtatu mentis deieciſſe. Ἑστήκειν autem ἀπὸ τοῦ ἵστημι manauit, vt εἱστήκειν ἀπὸ τοῦ ἑστήκω. Ariſtoph. Ὁ Πλοῦτος ὦ δέσποιν' ἀνέστηκε βλέπων. Demoſth. Ἐγὼ δὲ χορηγὸς καθειστήκειν. Sic ἐφειστήκειν, præeram, præfectus eram. & ἀφειστήκειν, & alia.

*Ἑστήκω.*

Ἑστήκω autem facit ἑστήξω & ἑστήξομαι, vt βαδιοῦμαι. & ſignificat βεβαίως διαμενῶ, permanebo, conſtanter ſtabo. Syneſ. Ὀρθὸς ἑστήξει. Ariſtotel. in VIII. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Ἀεὶ γὰρ τό, τε ἑστηκὸς ἑστήξεται, καὶ τὸ καθήμενον καθεδεῖται. Demoſthen. πρὸς Λεπτίνην. Καὶ τί φήσομεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταν τὰ μὲν τρόπαια ἑστήκῃ δῆλα πᾶσιν ἀνθρώποις, ἃ ὑπὸ ἡμῶν στρατηγῶν ἐκεῖνος ἔστησε, τὰ δ' ἐπὶ τούτοις δωρεὰν ἀφῃρημένον τι φαίνηται. Philoſtrat. Εὖ κείσεται ἡ πόλις, μᾶλλον δὲ ἑστή-



ξει, perennis erit. Idem Demoſthenes, Τεκμήριον ἑστήξουσιν αἱ στῆλαι, perpetuo indices erũt. Lucianus παρεστήξῃ dixit, pro immobilis aſtabis.

*Ἑστηκώς.*

Ἑστηκὼς etiã conſtantem & firmum ſignificat. Plato lib. VII. Legum, Ἐὰν ἦ γὰρ αὖ ἐκ παίδων τις μέχρι τῆς ἑστηκυίας τε καὶ ἔμφρονος ἡλικίας διαβιῷ σώφρονι μὲν μούσῃ καὶ τεταγμένῃ, ἀκούων δὲ τῆς ἐναντίας, μισεῖ, καὶ ἀνελεύθερον προσαγορεύει. Xenoph. in ſecundo ἀναβάσ. Αὖθις δὲ ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται, καὶ ἅμα ταῦτα ποιούντων ἡμῶν, εὐθὺς Ἀριαῖος ἀφεστήξει. ὥστε φίλος ἡμῖν οὐδεὶς λελείψεται. ἀλλὰ ἀποστήσεται.

*Ἀφεστήκω.*

Poteſt etiã illud, ὅταν τρόπαια ἑστήκῃ, apud Demoſthenem eſſe παρακείμενος ἀπὸ τοῦ ἵστημι. Interdum enim, licet rarius, vtuntur Græci eo tempore in ſubiunctiuo, vt Iſocrates in Plataico, Ὅσωπερ ἂν μᾶλλον περὶ σφῶν αὐτῶν δεδίωσι. Xenoph. in Sympoſio, Ἀλλ' ὅμως σὺ αὐτὸν μὴ εἴκαζε, ἵνα μὴ καὶ σὺ λοιδορουμένῳ ἐοίκῃς. Ariſtoteles in III. de partibus animal. Πλείοσι γὰρ καὶ κατὰ μεῖζον δέξεται, ὅσωπερ ἂν ἐπὶ τὸ πλεῖον ἀνερρώγῃ τὸ στόμα. Xenoph. Ὁποτέρωθι ἂν λελήθῃς παρών. Ariſtoph. βατράχ. Ἀλλ' εἰσίωμεν. ὡς ὅταν γ' οἱ δεσπόται ἐσπουδάκωσι, κλαύμαθ' ἡμῖν γίγνεται.

*Ἐὰν ἑστήκω, ἐὰν δεδίω, & ſimilia.*

Vſitatius eſt autem per participia loqui, vt Demoſthen. Ἐάν τις ἠδικηκώς τι τυγχάνῃ τὴν πόλιν. Ariſtoteles in VI. de animal. Ὅταν δὲ πάντας ὦσι βεβληκότες τοὺς ὀδόντας, οὐ ῥᾴδιον γνῶναι τὴν ἡλικίαν. Idem, Ἐὰν μὴ τύχῃ τεθηλακὼς ὁ ὄνος ἵππον, Niſi ſit aſinus quem equa lactauerit.

*Ἐὰν ἠδικηκὼς τυγχάνῃ, & ſimilia.*

Vſus verò optatiui frequentior eſt. Syneſius, Πρὸς ταῦτα ὁ εὐλαβέστατος Παῦλος ἐπεχείρησε μετὰ ἀντιλογίας κομίσαι τινάς, ὅτι τε προκατεσχήκοι τὸν λόφον, καὶ ἐκκλησίας παλαίτερον ἀπεδέδεικτο. Pauſan. Τέλος δὲ αὐτήν τε μαθεῖν ὡς ἡμαρτήκοι τῆς ἐλπίδος, καὶ & cætera. Xenoph. Εἴ τι τοῦ ἑαυτοῦ βίου καλῶς προεστήκοι. Thucydid. Ὥστε καὶ ἐλέχθη ὑπ' αὐτῶν, ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐσβεβλήκοιεν ἐς τὰ φρέατα. Plutarch. in Cæſare, Κατεγέλασαν ὡς οὐκ εἰδότων ὃν ᾑρήκοιεν. Idem alibi, Εἴ τις ἐκκεκηρύχοι ἄκριτον πολίτην. Plato in ſecũdo de Repub. Κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθοι.

*Εἰ ἑστήκοι, ὅτι κατεσχήκοι, καὶ τὰ ὅμοια.*

Sed ſæpius tamẽ per participium loquentes inuenias. Demoſth. Συμβεβηκὸς ἂν εἴη, contigiſſe videtur. & περὶ τῶν μεγαλοπολιτῶν, Οὐδὲ γὰρ ἂν φιλάνθρωποι γεγονότες εἶεν. Herodian. Ἀπηγγέλλετο αὐτῷ διατρίβοντι ἐπὶ τῆς Ῥώμης, ὅτι ἄρα εἶεν πολλὰ εἰς αὐτὸν ἀποσκώψαντες. Xenoph. Καὶ πάντων ὧν δέονται πεπραγότες εἶεν. Vtuntur etiam participiis pro futuro indicatiui, vt ſuperius docuimus. Xenoph. in VII. ἑλληνικῶν, Τοῦτο δὲ χρὴ εὖ εἰδέναι, ὅτι ἐὰν ταῦτα πράξῃς, τοῖς μὲν πολεμίοις ἐπιτετυχηκὼς ἔσῃ, φιλίαν δὲ πόλιν διασεσωκώς. Idem in quarto ἑλληνικῶν, Καὶ τοῦτο οὖν ἔφη, σὺ μὲν Ἀθηναίοις κεχαρισμένος ἔσῃ, τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους τετιμωρημένος. Et in VII, Εἰ δὲ καταλείψοι ἐρήμους οἷς ἦλθε σύμμαχος, αὐτὸς παντάπασι λελυμασμένος τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ ἔσοιτο, gloriam ipſe ſuam prorſus fœdaturus eſſet.

*Ἐπιτετυχηκὼς ἔσῃ, καὶ τὰ ὅμοια.*

*Καθίστημι.*

Καθιστάναι τὸν ἵππον καὶ παριστάναι, eſt equum concitatum ſiſtere. quod & ἀναλαμβάνειν dicitur. Significat etiam mulcere & placidum reddere, componere, hoc eſt ſedare. Plutarch. Παραμείνας δὲ χρόνον ὅσον τὰς μεγίστας κατασβέσαι ταραχάς, καὶ τὰ φλεγμαίνοντα μάλιστα καταλῦσαι καὶ διαλῦσαι τῶν πραγμάτων, ἀπῆγε τὸν στρατόν. Tranſlatio eſt à medicis, qui fomenta locis tumentibus vel malagmata admouent, vt dolores & inflammationes ſedent. Sic Galenus, Εἰ δ' ἐμπνευματώσεις εἴη, ἐκείνην καθιστῶντες. Idem in ſecũdo ad Glauconẽ, περὶ οἰδήματος loquens, Καὶ γὰρ ἀνάτριψις μόνη μετὰ ὀξυρροδίνου, καί ποτε δι' ἐλαίου καὶ ἁλῶν κατέστησε τὸ πάθος, hoc eſt προσέστειλε. de quo dictum eſt ſuprá. Idem, Εἰ τύχοιεν ἐπὶ τοῖς προειρημένοις μὴ

καθίσαιτο, τότε ἰσχυροτέρων φαρμάκων δεῖ. Vnde καθεστηκότα καὶ κατασάντα λέγεται, τὰ ἀταράχως ἔχοντα καὶ ἠρεμοῦντα. Lyſ. Τοῦτο μόνον ὑμῖν ἐπιδείξω ὡς εὔνους εἰμὶ τοῖς καθεστηκόσι πράγμασι, καὶ ὡς ἠνάγκασμαι τῶν αὐτῶν κινδύνων μετέχειν ὑμῖν, quòd amicus ſum rebus pacatis quietiſque cõſiliis. Idem, Εως ἂν τὰ πράγματα καταστῇ. Iſocrat. Εἰ γὰρ ἡμῶν ὁμονοησάντων αὐτοῖς ἐν ταραχαῖς ὢν χαλεπὸς ἔσται πρὸς τὸ πολεμεῖν, ἤπου σφόδρα χρὴ δεδιέναι τὸν καιρὸν ὅταν καταστῇ τὰ πράγματα, καὶ διὰ μιᾶς γένηται γνώμης, cum compoſita omnia fuerint, tranquilláque. Plinius

Sterno. ſternere vocat imitatione Græcorum, lib. 2, Ante brumam autem ſeptem

Στορεννύω. diebus totidémque poſtea ſternitur mare Halcyonum fœturæ, στορέννυται, ἀντὶ τοῦ πραΰνεται καὶ καταπαύεται. Baſil. κατὰ τῶν ὀργιζομένων, Οὐ διεδόθη πρὸς τὸ ἔξω τὸ πάθος, ἀλλ' οἷόν τι κῦμα εἴσω τῶν αἰγιαλῶν κατακλασθὲν, ἐστορέσθη. Significat etiam complanare καὶ ἁπλῶσαι. Idem Gregorio, Τούτου τοῦ ὄρους ταῖς ὑπωρείαις πεδίον ὕπτιον ὑπεστόρεσται, ταῖς ἐκ τοῦ ὄρους νοτίσι διηνεκῶς πιαινόμενον. Sic aqua turbida & ſpurca Καταστῆναι dicitur, cum eius craſſamentum ſubſedit. Idem, Ετάραξε μὲν οὗτος τὴν πόλιν, ὑμεῖς δὲ κατεστήσατε. Baſil. πρὸς τοὺς νέους, Ταύτῃ τῇ μουσικῇ καὶ Δαβὶδ χρώμενος, ἐκ τῆς μανίας, ὥς φασι, τὸν βασιλέα καθίστη, cõponebat, ad ſeſe reducebat. Significat etiam firmare & ſtabilire, conſtituere. Gregor. Ο δὲ ἐντόμοις καὶ θυσίαις καθιστᾷ τὰ βασίλεια. Iſocrat. ὧν ἄξιον θαυμάζειν, εἰ τὴν ὑπ' ἀνθρώπου βαρβάρου κατασταθεῖσαν δύναμιν καὶ συναχθεῖσαν ἐπὶ δουλείᾳ, ταύτην ὑπ' ἀνδρὸς ἕλληνος καὶ πολλὴν ἐμπειρίαν ἔχοντος μὴ νομίζουσιν ἂν ἐπ' ἐλευθερίᾳ διαλυθῆναι. Theophraſt. in IIII. περὶ φυτῶν, Τούτῳ μὲν οὖν τῷ ἔτει κακῶς φέρειν σφόδρα. τῷ δ' ὑστέρῳ βέλτιον. τῷ δὲ τετάρτῳ καθίστασθαι, καὶ φέρειν πολλοὺς καρπούς, ſtabiliri, roborari, & confirmari, & fructuoſum robur aſſequi. Dicitur etiam καθιστάνω ἀντὶ καθίστημι. Polybius in ſecundo hiſtor. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἔδοξεν αὐτοῖς ἕνα στρατηγὸν καθιστάνειν, καὶ τούτῳ πιστεύειν ὑπὲρ τῶν ὅλων. vt παριστάνω, & alia apud eundem.

Καθίσαμαι. Καθίστασθαι etiam paſſiua voce vt καθίστημι dicitur, pro conſtituo, moderor, rego, vt καθίστασθαι τὴν ἀρχὴν ſæpe apud Thucydidem, ἀντὶ τοῦ οἰκονομεῖν. Ariſtoph. σφηξὶν, Η δ' ὀξυθυμηθεῖσά μοι ἤρετ' εἰ τὴν Ιππίου καθίσταμαι τυραννίδα, id eſt conſtituo vel reſtituo. Plutarch. πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον, Μιμουμένου τὸν ἥλιον τοῦ ἄρχοντος, ὃς ὅταν ὕψωμα λάβῃ μέγιστον ἐξαρθεὶς ἐν τοῖς βορείοις, ἐλάχιστα κινεῖται, τῷ σχολαιοτέρῳ τὸν δρόμον εἰς ἀσφαλὲς καθιστάμενος, id eſt καθιστῶν, tarditate tutiorem curſum ſuum efficiens, & quaſi in tuto collocans. Et καθίστασθαι etiam εἰς τὸ βέλτιον μετάγειν, διορθοῦσθαι ſignificat. Latinè cõſtituere Rem-

Conſtituere Rempub. & maieſtatem. pub. dicimus. & conſtituere imperium, & conſtituere maieſtatem, hoc eſt labantem ſtabilire, confirmare, ad meliorem ſtatum redigere. quod καθιστᾶν & καθίστασθαι Græci dicunt. Polyb. in quinto de Antiocho loquens, αὐτὸς δὲ καταβὰς εἰς Σελεύκειαν, καθίστατο τὰ κατὰ τὰς πέριξ σατραπείας, ἡμέρως χρώμενος

Κατάστασις. πᾶσι καὶ νουνεχῶς. & Κατάστασις eſt eiuſmodi compoſitio, & rerum conſtitutio in meliorem ſtatum: quæ etiam διόρθωσις dicitur. Idem, τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Μόλωνος ἀπόστασιν, καὶ τὸ διὰ ταῦτα γενόμενον κίνημα περὶ τὰς ἄνω σατραπείας, τοιαύτης ἔτυχε διορθώσεως καὶ καταστάσεως. Lyſ. Ολιγαρχίαν καταστήσασθαι pro inſtituere, tueri, & confirmare. cui καταλῦσαι opponitur. Καθίσταται & καθέστηκεν & κατέστη dicunt pro νενόμισται, in more poſitum eſt, moribus receptum eſt. Pauſanias, Εν ὅσοις καθέστηκεν θεοὺς ἄλλους σέβειν ἐν δήμοις, οὐδὲν ἧσσον τὴν



Αθηνᾶν ἄγουσιν ἐν τιμῇ, id eſt ii apud quos moris eſt recepti deos alios colere. Idem, Ες ταύτην οὖν τὴν γυναῖκα ὑβρίζειν αὐτοὺς, οὐ μόνον ᾗ καθέστηκεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ πᾶν ὁμοίως σῶμα, id eſt qua parte legitimum eſt, & moribus bonis conuenit, & vt natura comparatũ eſt. Et παρὰ τὸ καθεστηκὸς dicunt pro indecorè, illicitè. Demoſth. πρὸς Φορμίω. Εἰσάγοντες πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, διεμετρήσαμεν ὑμῖν τῆς καθεστηκυίας τιμῆς πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον, id eſt legitimo & moderato precio iuſtóque. Thucyd. Ημεῖς δὲ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ ἐπαυξήσαμεν. Sic Galenus ἄνδρα καθεστώσης ἡλικίας dixit de homine tricenario, quaſi plena & confirmata ætate. Significat etiam ὡρισμένον καὶ τεταγμένον, hoc eſt conſtitutum, ſtatum & fixum. Polybius, Καὶ πρὸς τὰς ἐπιθέσεις καθεστηκυῖαν καὶ τεταγμένην ἔχουσι τὴν χρείαν. τουτέστι μόνιμον, καὶ σταθηρὰν, σταδιαίαν, vſum ſtatarium. Significat & quod iam receptum eſt, & moribus comparatum. Ariſtoteles in quinto Ethicorum, Διὸ καὶ στασιάζουσιν ὅπως ἐκ τῆς καθεστηκυίας πολιτείας ἄλλην μεταστήσωσιν. Καὶ τῶν καθεστηκότων μετάπτωσις eſt quã Cicero pro Cornelio, & alibi appellat inclinationẽ temporũ. Κατέστη etiam ἀντὶ τοῦ καθέστηκε dicitur. Pauſanias, Θεὸν δὲ Αμφιάραον πρώτοις Ωρωπίοις κατέστη νομίζειν, hoc eſt Amphiaraum colere primi Oropii inſtituerunt. eorum eſt inſtitutum & exemplum. Idem, Πειθὼ δὲ ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε αὐτοῖς κατέστη σέβεσθαι. Thucydid. Οὕτω πᾶσα ἰδέα κακοτροπίας κατέστη τῷ ἑλληνικῷ, Hoc modo omne genus improbitatis in Græcia extitit: vel enatum eſt, cœptum eſt. Significat enim aliquando τὸ γινόμενον. vt idem alibi, Καὶ ὃν τρόπον τοῖς νῦν καθεστηκόσι δεῖ ἐχθροῖς ἀνθίστασθαι, τοῖς οἰκείοις συμμάχοις πολεμήσομεν, hoſtibus qui nunc ſunt, aut eſſe cœperunt. Iſocrates, Πλείστων ἀγαθῶν δεσπόται καθίστανται. Latinè, exiſtunt & fiunt. & τὰ Καθεστῶτα præſentia, Plutarch. in Pho- Καθεστώς.

cione, Οὕτως ἡ Κάτωνος ἀρχαιοτροπία, διὰ χρόνων πολλῶν ἐπιγινομένη βίοις διεφθορόσι καὶ πονηροῖς ἔθεσι, δόξαν μὲν εἶχε μεγάλην καὶ κλέος, οὐκ ἐνήρμοσε δὲ ταῖς χρείαις, διὰ βάρος καὶ μέγεθος τῆς ἀρετῆς, ἀσύμμετρον τοῖς καθεστῶσι καιροῖς, Sic mores Catonis longo temporum interuallo reducti & repetiti, & in mores corruptos incurrentes, ingentem opinionem eius viri gloriámque excitauerunt: cæterum accommodari non potuerunt aptéque cohærere vſui rerum ciuilium, præ grauitate nimia & magnitudine virtutis, quæ rationem nullam habebat modíque communitatem cum ſtatu præſentium temporum. Cicero in Verrem actione vltima, Etenim ipſi Siculi ſic res ſuas conſtitutas habent, vt ipſis pacem expediat eſſe. id eſt οὕτω καθέστηκε τὰ τῶν Σικελῶν, ſic ſunt res Siculorum. Et Καθιστάμενος πόλεμος dicitur bellum cœptũ. Idẽ, Νομίζοντες αὐτοὺς εἰς πόλεμον ἄρτι τότε καθιστάμενον ὠφελίμους εἶναι, id eſt nuper cœptũ. vt in principio hiſtoriæ ſuæ Thucydides, Συνέγραψε τὸν πόλεμον ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου. & Καθιστάναι τὸν πόλεμον, eſt cõmittere, hoc eſt συμβάλλειν. Liuius libro primo ſecundi belli Punici, Sed ita forſan decuit cum fœderum ruptore duce ac populo deos ipſos ſine vlla humana ſpe cõmittere ac profligare bellũ, ἀλλὰ γὰρ ἴσως καθῆκον ἦν οὕτω τοῖς θεοῖς, ἄνευ τῆς τῶν ἀνθρώπων προσδοκίας τόνδε τὸν πόλεμον πρὸς τοὺς παρασπονδήσαντας καταστῆσαί τε καὶ κατεργάσασθαι στρατηγόν τε καὶ δῆμον. Iſocrat. in Panegyr. Συγκρούειν dixit cum Συγκρούειν

idẽ ſignificare vellet, Ημεῖς δὲ τοσούτου δέομεν συγκρούειν τι τῶν ἐκείνου πραγμάτων

ἢ ποιεῖν στασιάζειν, ὥστε καὶ τὰς διὰ τύχης αὐτοῖς γεγενημένας πραχάς διαλύειν ἐπιχειροῦμεν. συγκρούειν dixit pro collidere & in conflictum impellere. Ariſtot. in v. Ethic. Καὶ διαβάλλειν ἀλλήλοις, καὶ συγκρούειν καὶ φίλους φίλοις, καὶ τὸν δῆμον τοῖς γνωρίμοις, καὶ τοὺς πλουσίους ἑαυτοῖς, τυραννικόν. Cyprian. Epiſcoporum cohærentem con-

Collidere.

cordiam ſubdola temeritate collidere, hoc eſt συναράσσειν, συγκρούειν. Sic apud Quintilianum in v11, Confligunt leges inter ſe & colliduntur, ἐπὶ τῆς ἀντινομίας. Herodian. Συνέκρουον δὲ αὐτοὺς οἱ κόλακες, id eſt ſimultatē inter eos

Ταράττειν.

ciebant & alebant. Dicitur & Ταράττω. Demoſth. περὶ στεφάνου, Ταῦτα δ' ὁρῶν ὁ Φίλιππος, τοῖς παρ' ἑκάστοις προδόταις χρήματ' ἀναλίσκων, πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν, id eſt bella inter eos committebat & ciebat. Idē, Ὡς δ' ἅπαξ ἐκ τούτων ἐγκλήματα καὶ πόλεμος πρὸς τοὺς Ἀμφισσεῖς ἐταράχθη, τὸ μὲν πρῶ-

Συγκρουσμός.

τον, & reliqua. Et Συγκρουσμὸς à Plutarcho huiuſcemodi colliſio dicitur. & Σύγκρουσις. Καταστήσασθαι pro cœpiſſe. Iſocr. in Panegyr. Ἐπειδὴ τὸν λόγον κατεστησάμην περὶ τῆς ἡγεμονίας τῆς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, hoc eſt ἐνεστησάμην. Significat etiam σχηματίζειν, ἀνάγειν, id eſt formare, componere, fingere, inſtituere. Theophr. in 111. de Cauſis, Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐπὶ τούτων μικρόν ἐστι, τὸ καταστήσασθαί πως τὰ δένδρα, καὶ τὰ κακῶς πεφυκότα καὶ ἐμποδίζοντα τοὺς καρποὺς ἀφαιρεῖν. Et paulo poſt, Διὸ δεῖ ταῦτ' ἐξαιροῦντα μεταιθέναι τὴν βλάστησιν εἰς τὸ δένδρον. Quibus verbis ſignificat τὴν τῶν δένδρων ἀναγωγήν, de qua ſupra diximus. quæ & Θερα-

Κατάστασις.

πεία dicitur & Κατάστασις. Idē, Σχεδὸν δ' ἡ τοιαύτη θεραπεία καὶ κατάστασις ὁμοία τῇ

Καθίστασθαι.

διακαθάρσει τυγχάνει τελείων ὄντων τῶν δένδρων. Et Καθίστασθαι eſt animo componi & ſedari. Ariſtot. in v111. Politic. Ἐκ δὲ τῶν ἱερῶν μελῶν ὁρῶμεν τούτους, ὅταν χρήσωνται τοῖς ἐξοργιάζουσι τὴν ψυχὴν μέλεσι, καθισταμένους, ὥσπερ ἰατρείας τυχόντας καὶ καθάρσεως. Idem, Εὐθὺς γὰρ ἡ τῶν ἁρμονιῶν διέστηκε φύσις, ὥστε ἀκούοντας ἄλλως διατίθεσθαι, καὶ πρὸς μὲν ἐνίας ὀδυρτικωτέρως καὶ συνεστηκότως μᾶλλον, πρὸς δὲ τὰς μαλακωτέρως τὴν διάνοιαν. μέσως δὲ καὶ καθεστηκότως μάλιστα πρὸς ἑτέραν. συνεστηκότως contracto animo dixit. καθεστηκότως cōpoſito & moderato. & Κατάστασις animi perciti cōpoſitio & ſedatio, eidem in 2. Rhetoricôn. Idem in Probl. ſect. x1. de iis loquens qui in trepidatione vocem habent tremulam, Διὸ καὶ οἱ τεχνικοὶ τῶν συναδόντων ὅτι ἀγωνιῶσι, μικρὸν διαλέγονται ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἄχρι οὗ ἂν καταστῶσι, id eſt quoad animum receperint, & ab exanimatione conquieuerint. Eſt enim, vt diximus, Καταστῆσαι componere, & quod labat ſtabilire, (quod etiā ἁρμόσαι dicitur ab Appiano, ἔστιν δὴ πραΰνσις, κατάστασις, καὶ ἠρέμησις τῆς ὀργῆς) vel eum qui labat vel pauet cōfirmare. Qua ſignificatione autem vſum eſſe arbitrer Lucam Euangeliſtam in xv11. Actor. Apoſt. non facilè dixerim, Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν. fortaſſe eos intelligere poſſumus, qui Paulum comitatu ſuo confirmabant, ſecurita-

Κατάστασις.

tem ei præſtantes. & Κατάστασις conſtitutio, id eſt confirmatio, & ad priſtinum ſtatū reductio. Appian. de Triumuiris Reip. conſtituendæ, Καὶ δήμαρχος πούπλιος ἐνομοθέτει καινὴν ἀρχὴν ἐπὶ καταστάσει τῶν παρόντων ἐς πενταετὲς εἶναι τριῶν ἀνδρῶν, λεπίδου τε, καὶ ἀντωνίου, καὶ καίσαρος, id eſt ad conſtabiliendū ſtatum labefactati imperii populi Romani. ἁρμοστὰς autem, inquit, verbo Græco dici poſſent. ὃ οἱ λακεδαιμόνιοι τοῖς καθισταμένοις τὰ ὑπήκοα ἐτίθεντο ὄνομα. Καταστῆσαι etiam eſt moderari, & ad bonam frugem hominem luxu aut li-



bidine præditum reuocare & reducere. Ariſtotel. in v11. de hiſt. animal. Καθίστανται δὲ καὶ σωφρονίζονται μᾶλλον ὅσαι τῶν γυναικῶν ἀκόλαστοι πρὸς τὴν ὁμιλίαν τῶν ἀφροδισίων εἰσίν, ὅταν τοῖς τόκοις χρήσωνται πολλοῖς. Ἐπικαθίστημι ſubſtituo, ſuf- Ἐπικαθίστημι.
ficio in locum demortui, vel abeuntis magiſtratu. Polyb. in 2. hiſt. ἐν δὲ τῇ μάχῃ ταύτῃ λευκίου τοῦ στρατηγοῦ τελευτήσαντος, μάρκον ἐπικατέστησαν τὸν κόειον. Idem alibi, ἔδοξε τοῖς αἰτωλοῖς ὃς ἂν ἐπικατασταθεὶς κρατήσῃ τῆς πόλεως, κοινὴν ποιεῖν καὶ τῷ προϋπάρχοντι στρατηγῷ τὴν οἰκονομίαν τῶν λαφύρων. Dicitur & Ἀντικατα- Ἀντικαθίστημι.
σταθεὶς pro eodē à Plutarcho. Ἀποκαθίστημι reſtituo, id eſt ἀποδίδωμι. Polyb. Ἀποκαθίστημι.
in 1111, ὁ γὰρ βασιλεὺς ἀντίγονος ὀρχομενὸν κατὰ κράτος ἑλών, οὐκ ἀπεκατέστησε τοῖς ἀχαιοῖς, ἀλλὰ σφετερισάμενος κατεῖχε. Significat etiam reſtituo in priſtinum ſtatum. Herodian. τὰς τοῦ κομμόδου εἰκόνας ἀποκαταστήσαντες ἃς ἡ σύγκλητος καθεῖλε. Ἀποκαθίστασθαι etiā τὸ ἐξιστάμενον dicitur, id eſt reddi ſibi id quod ad naturam ſuam redit. Theophr. in v111. de plātis, ἂν δὲ ἐπιχειρῶσιν ἅπαξ μόνον, ἐξίστασθαι τὸν πυρὸν φασὶ καὶ γίνεσθαι μακρόν, ὃν καλοῦσι καμακίαν, καὶ οὐκ ἀποκαθίστασθαι πάλιν αὐξόμενον. Significat etiam deſinere, redigi, καταστρέφειν. Idem in 1111, Τῶν δὲ σκωλήκων οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς τῆς συκῆς γίνονται, οἱ δ' ἐντίκτονται ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου, πάντες δὲ εἰς κεράστην ἀποκαθίστανται, hoc eſt conformātur. Vſus eſt eodē modo & in v. de Cauſis, Ἔχει δὲ ἡ συκῆ ἐξ αὐτῆς σκώληκας. πάντες δ' εἰς τὸν κεράστην ἀποκαθίστανται. Significat etiam conſidere, ſubſidere, id eſt καταστῆναι apud Dioſcoridem, vt aqua turbulenta. & Ἀποκατάστασις reſtitutio in priſtinā Ἀποκατάστασις.
formam vel ſtatum. Sic Gregor. de baptiſmo, καὶ ταῦτα οὐκ οὔσης δευτέρας γεννήσεως, οὐδὲ ἀναπλάσεως, οὐδ' εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστάσεως, id eſt nataliū reſtitutionis. Idem, μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀποκατάστασιν οὐκ ἔτι ἀπιστουμένου τοῦ πράγματος, poſt reſurrectionē. Ἀποκατάστασις etiā dicitur circuitus ſolis & lunæ & aliorum errantium anno vertente in eodem ſigno. Plut. in Cæſare, de faſtis loquens, ὃν μῆνα νομᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτος λέγεται ἐμβαλεῖν, μικρὰν βοήθειαν ἐξευρὼν τῆς περὶ τὰς ἀποκαταστάσεις πλημμελείας. Columella lib. 1111, Tempus quo ſol in eandem partem ſigniferi per eoſdem numeros redit, per quos curſus ſui principium ceperat, ἀποκατάστασιν vocant ſtudioſi rerum cæleſtium. Finis ſæculorum ſic appellatur cap. 111. Actuum Apoſt. Greg. in 2. περὶ υἱοῦ, Ἔσται δὲ ὁ θεὸς πάντα ἐν πᾶσιν ἐν καιρῷ τῆς ἀποκαταστάσεως, hoc eſt τοῦ τέλους τῆς καταστάσεως τοῦ κόσμου. ἀποκατάστασις etiā eſt rei turbulentæ & cōmotæ ſubſidentia & compoſitio. Polyb. in 1111. hiſt. Καὶ παρακαλέσοντες αὐτῶν ἐπισχεῖν τὴν παρουσίαν, ἕως ἐκ τοῦ γεγονότος κινήματος εἰς τὴν ἀποκατάστασιν ἔλθῃ τὰ κατὰ τὴν πό-
λιν. Προΐσταμαι τὸ ἔμπροσθεν ἵσταμαι, καὶ βοηθῶ τοῖς ὄπισθεν. Demoſth. κατὰ Τιμοκρ. Προΐσταμαι.
Κἂν τοσούτῳ ῥᾷόν ἐστιν ἰδίᾳ τινὰς θεραπεύειν, ἢ τῶν ὑμετέρων δικαίων προΐστασθαι, Cum interim procliuius ſit quoſdam priuatim colere, quàm iura veſtra tueri & defenſitare. Idem ὑπὲρ στεφάνου, Καὶ μεγίστων δὴ πραγμάτων τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων προστάς, πάντα ταῦτα ὑγιῶς καὶ δικαίως πεπολίτευμαι, id eſt curæ & adminiſtrationi præfectus, & ſummam curam habēs & poteſtatem. Προΐσταμαι præficio, præfecturam confero. Idem κατὰ Νεαίρας, Σοβαρὸν δὲ καὶ ὀλίγωρον εἰδυῖα αὐτοῦ τὸν τρόπον ὄντα, προΐσταται Στέφανον τουτονὶ αὐτῆς, Metuens ſibi à Phormionis moribus, hunc ſibi Stephanum tutorem & defenſorem vindicémque aſſumit. de ſcorto loquens. Andocid. περὶ τῶν μυστηρίων, Εἶτα οἱ μὲν

θεοὶ ἐκ τῶν τοσούτων κινδύνων ἔσωζόν με. σφῶν δ' αὐτῶν προὐστήσαντο Τιμωρὸν γλυκέα τὸν Κιφίσιον τὸν πονηρότατον τῶν Ἀθηναίων. Significat etiam Προΐστασθαι liti pro alio ſe opponere, cauſæ alienæ defenſionem ſuſcipere, euentúmque præſtare. Itidem cum genitiuó. Idem Demoſth. κατ' Ονήτορος, Προϊστάμενόν τε αὐτὸν ἀποδείξω ἐπ' ἀποστερήσει τῶν ἐμῶν, Αφόβου, καὶ τούτους ὑπομένοντα τοὺς ἀγῶνας. ὥστε ὑμᾶς πάντας εἴσεσθαι σαφῶς, ὅτι δικαίως καὶ προσηκόντως ταύτην ὑπ' ἐμοῦ φεύγει τὴν δίκην. Idem, Οἳ γὰρ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ καὶ ὀφλῆσαι, καὶ ἀποδοῦναι, καὶ οὐ κομίσασθαι, καὶ τὸ χωρίον ἀποτιμήσασθαί φασι, πῶς οὐ φανερὸν ὅτι προστάντες τοῦ πράγματος, τὰ γνωσθέντα ὑφ' ὑμῶν ἀποστερῆσαί με ζητοῦσι; προστάντες τοῦ πράγματος dixit, pro alienæ liti ſe opponentes vltro, & cauſam pro alio recipientes, vt homines circunforanei loquuntur. Hoc enim de iis dicitur quos euentum litium præſtare neceſſe eſt, ſi de cauſæ defenſione appellẽtur, vt ad eos præcipuè pertinente. Vt verbi gratia, ſi emptor à quo res empta vindicatur, venditorem ſuum in iudicium euictionis vocet, auctoritatíſque aſſerendæ nomine cum eo experiri inſtiterit, vel eidem in iudicium vocato denũciarit controuerſiam ſibi notã emptæ rei nomine. tunc enim venditor niſi liti interceſſerit, defenſorémque ſe exhibuerit, litis euentum æſtimationémque præſtabit. Et Προστασία. Idem in eadem, Ταῦτ' οὐ πολλὴ προφανής ἐστι; ταῦτ' οὐχ ὁμολογουμένη προστασία; Nónne his planum fit iſtos liti alienæ ſe opponere? ſéque eius tutores, vindices, aſſertores ingerere? Προΐστασθαι enim defendere & patrocinari ſignificat. Chryſoſt. in epiſt. ad Hebr. cap. x i i, ἐὰν οὕτως εἴπῃ ὁ μαθητής, τουτέστιν ὁ τὸ ἓν τάλαντον ἐμπιστευθείς, μαθητής εἰμι, οὐκ ἔχω κίνδυνον, καὶ ὃν ἔλαβε παρὰ τοῦ θεοῦ λόγον, τοῦτον κοινὸν καὶ ψιλὸν κατακρύψῃ, μὴ παῤῥησιάσηται, μὴ ἐλέγξῃ, οὐ προστήσεται αὐτοῦ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἓν τάλαντον εἶχον. Idẽ alibi in eandem, ἡ γὰρ ἐλεημοσύνη τεχνῖτίς ἐστιν ἀρίστη, καὶ προστάτις τῶν ἐργαζομένων αὐτήν. φίλη γὰρ τῷ θεῷ ἐστιν. ἀεὶ πλησίον ἕστηκεν αὐτοῦ, ὑπὲρ ὧν ἂν βούληται εὐκόλως αἰτοῦσα χάριν, id eſt ſuffragatrix & patrona. Appian. in 2. ciuilium bellorũ, de Catilinæ coniuratione loquens, οἱ δὲ Ἀλλόβριγες ἐνδοιάσαντες ἐκοινώσαντο Φαβίῳ Σάγγᾳ, ὃς ἦν τῶν Ἀλλοβρίγων προστάτης, in cuius clientela erant Allobroges, ὥσπερ ἁπάσαις πόλεσίν ἐστί τις ἐν Ῥώμῃ προστάτης. Προΐστημι proſtituo, idẽ quod προαγορεύω, vt προστῆσαι τὴν αἰχμάλωτον. & Προεστῶσα γυνὴ proſtans, proſtituta, ἡ ἐργαζομένη, id eſt merẽs publicè, ἡ ἑταιρεῖν ἐκμισθωθεῖσα, ἡ ἡταιρηκυῖα, ἡ ἐφ' ἑταιρισμῷ μεμισθωμένη. Athen. Προεστηκυῖαι ἐπ' οἰκήματος, in fornice proſtãtes. Idẽ, Καὶ ἠργυρίσαντο αἱ προεστῶσαι τῶν οἰκημάτων, Et quæ in fornicibus proſtabãt, æra venerea meruerunt, capturas meretricias factitauerunt. AEſch. Προεστάναι τὴν μητέρα, τοὺς τὸν πατέρα ἐμπεσεῖν εἰς τὸ δικαστήριον. ἀντὶ τοῦ προεστηκέναι. vt ἐφεστήκασιν & ἐφεστᾶσιν, ἑστήκεσαν ἕστασαν. Lucian. Εἰς ἀπολογίαν καθέσταμεν. Herodian. Τῆς βασιλείας μνήμης προεστώς, qui erat principi à memoria. de quodã liberto loquens, hoc eſt ὁ ἐπὶ τῆς μνήμης τοῦ βασιλέως. variè enim hæc enũciantur à Græcis. vt οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, à cyathis. ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γενόμενος, ab epiſtolis. οἱ τῶν γραμματείων προϊστάμενοι τῶν ἱκετηρίων, à libellis ſupplicibus, vel οἱ ἐπὶ τῶν ἱκετηριῶν. οἱ ἐπὶ τῶν ἀποκριμάτων, à reſponſis. οἱ ἐπὶ τῶν ἀποῤῥήτων, à ſecretis. Apud Plutarchum οἱ ἐπὶ τῶν ξενίων, qui diuerſoriis præſunt in comitatu principis diſpertiẽdis, qui vno verbo Ἐπίσταθμοι dicũtur. quorũ munus Ἐπισταθμία

*Margin notes:* Προστασία. — Προστάτις. — Προστάτης. — Προΐστημι. — *A memoria, à libellis, & ſimilia quomodo Græcè dicantur.* — Ἐπίσταθμοι. Ἐπισταθμία.



dicitur, vt alibi diximus. Curtius imitatione Græcorũ dixit in quinto, Nobili iuueni ſuper armamẽtarium poſito, quod ſcelus pararetur, indicat, τῷ ὁπλοθήκης προεστηκότι, vel τῷ ἐπὶ τῆς ὁπλοθήκης κατεῖπε ὅ, τι τὸ κακούργημα παρασκευάζοιτο. Idẽ, Sed per diſpoſitos quos ſuper ſomnũ habebat, omnes procul relegatos, ne fremitu murmurantium inter ſe excitaretur. id eſt ſeruos à cubili, τοὺς ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος, οὓς εἶχεν ἐφεστηκότας τῷ ὕπνῳ τῷ ἑαυτοῦ, οἷς ἐχρῆτο κατακοιμισταῖς. Προΐσταμαι auctor ſum. Themiſt. in i i i i. Phyſic. de inani & vacuo loquens, Νῦν μὲν οἱ δεικνύναι πειρώμενοι ὅτι τὸ κενὸν οὐκ ἔστιν, οὐ κατὰ θύρας ἀπαντῶσι τῷ πράγματι. οὐ γὰρ πρὸς τὴν κενοῦ φύσιν ἀντιλέγουσιν, ἣν ὀνειροπολοῦσιν οἱ προϊστάμενοι τῆς δόξης, qui auctores ſunt & aſſertores huius opinionis.

Προΐσταμαι prætendo, prætexo. Demoſth. περὶ στεφάνου, Καὶ τοῦ μὲν ἀγῶνος ὅλου τὴν πρὸς ἐμὲ ἔχθραν προΐσταται, οὐδαμοῦ δ' ἐπ' αὐτὴν ἀπήντηκεν ἐμοί. Et προΐσταμαι ἀντὶ προβάλλομαι, quod etiam προτείνομαι καὶ προΐσχομαι dicitur, hoc eſt allego, prætendo, vt ſolent οἱ δικαιολογούμενοι. Herodian. Ὁ δὲ τὸ γῆρας προϊσχόμενος, παρῃτήσατο, Ipſe autem ſenectutem excuſans, repudiauit, deprecatus eſt. Syneſ. Καὶ τοῦτο προΐσχονται, & hoc ipſi prætendunt. Plutarch. Προϊσχόμενος γυμνὸν τὸ ξίφος, id eſt προβαλλόμενος. Thucyd. Νόμος δὲ τοῖς Ἕλλησι μὴ κτείνειν χεῖρας προϊσχομένους, id eſt qui manus ſupplices porrigunt. Libanius in argum. τοῦ πρὸς Απατούρ. Ταῦτά τε οὕτως ὁ τὴν δίκην ἔχων προτείνεται τὰ δίκαια, καὶ παραγράφεται τὸν ἀγῶνα. Plato lib. v i i. de Repub. Τοῦτο δὴ σφόδρα ἄνω πη ἄγει τὴν ψυχήν, καὶ περὶ αὐτῶν τῶν ἀριθμῶν ἀναγκάζει διαλέγεσθαι, οὐδαμῇ ἀποδεχόμενον ἐάν τις αὐτῇ ὁρατὰ ἢ ἁπτὰ σώματα ἔχοντας ἀριθμοὺς προτεινόμενος διαλέγηται. Demoſthenes περὶ παραπρ. προτείνεσθαι pro palàm offerre & proferre in medium dixit, Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὅσοι πρὸς τὰ κοινὰ δικαίως προσέρχονται, κἂν δεδωκότες ὦσιν εὐθύνας, τὴν ἀλογίαν ὁρῶ προτεινομένους. τουτονὶ δ' Αἰσχίνην πολὺ τἀναντία τούτων. Προΐσταμαι propono, id eſt ὑποτίθεμαι. Lucian. Καὶ τί ἂν ἄλλο παράδειγμα τούτου ἄμεινον προεστησάμην; Quodnam autẽ exemplum melius proponerem? Προΐσταμαι præpono, antepono & præfero. Greg. Τὸ χεῖρον ὡς ἄμεινον προεστήσαντο. de iis loquens qui deos AEgyptiorum colebant. Idem ἐν τῷ Καισαρίου ἐπιταφίῳ, Οὐ μικρὸν δ' εἴ τις τὸν δεύτερον προστησάμενος βίον, καλοκαγαθίας μεταποιοῖτο, id eſt vitam ciuilem philoſophicæ præoptans. Plato lib. v i i. de Repub. Ἀμφότεροι τὰ ὦτα τοῦ νοῦ προστησάμενοι, Vtrique plus auribus quàm menti tribuentes. Significat & in primis pono, in principiis loco. Gregorius de Baſilio loquens, Ἤδη δὲ πρὸς ταύτην ἡμῖν ἰτέον τὴν εὐφημίαν, αὐτὸν προστησαμένοις τοῦ λόγου τὸν ἐκείνου θεόν, μὴ καθυβρίσαι τὸν ἄνδρα, quaſi defenſorem & protectorem moderatorémq; orationis huius Deum imprimis locantes. ὅθεν Προστατήριος Ἀπόλλων λεγόμενος, quaſi veſtibularius & liminaris, quaſíque ianitor dictus. Demoſth. Καὶ εὔχεσθαι Διὶ ὑπάτῳ, καὶ Ἡρακλεῖ καὶ Ἀπόλλωνι προστατηρίῳ περὶ τύχης ἀγαθῆς. Προΐσταμαι præ me fero. Ariſtid. circa principium Panathen. Μηδεὶς δ' ὑμῶν, ὦ νέοι, προθύμως τοῖς λόγοις, μηδεμίαν προπέτειαν, μηδὲ εὐήθειαν καταγνῷ τοῦ πάντος ἐγχειρήματος, εἰ μήτε προστησάμενοι σχῆμα φαυλότερον τοῦ λόγου, μήτε ἃ πολλὰ καὶ ἐργώδη τῷ λόγῳ πρόσεστι, δείσαντες, ὑπέστημεν ἐκ τοῦ φανεροῦ τοσοῦτον ἀγῶνα, nec ſpeciem oratione ipſa inferiorem præferentes. Προΐσταμαι τὴν ἐκκλησίαν, pro moderor & rego,

*Margin notes:* Προΐσταμαι. — Προΐσχομαι. — Προτείνομαι. — Προστατήριος.

hoc eſt προϊσταμένη τῆς ἐκκλησίας, quod & ἐφισταμένη τῇ ἐκκλησίᾳ dici poteſt.
Syneſius τοῖς πρεσβυτέροις, ὃς δ᾽ ἂν τὴν ἐκκλησίαν προεστησάμενος αὔξῃ Βυζάντιον,
οὗτός ἐστιν ὃν ἡμεῖς συνόδου Χριστιανῶν ἐκκηρύττομεν. vel τῶν προβαλλόμενος, quod
potius eſſe videtur. cuius exemplum ſuperius citatum eſt: qui obtentu
*Προΐσχομαι.* eccleſiæ tuendæ & adminiſtrandæ ſibi negotium gerit. Προΐσχομαι etiam
ſignificat opponere pro velamento & integumento. Plutarch. Ἀποστρεφόμενοι, καὶ προϊσχόμενοι τῶν ὀφθαλμῶν τὰς χεῖρας, vt qui videre nolunt, & quos
*Πρόσχημα.* pudet cernere. Vnde Πρόσχημα, πρόφασις, καὶ οἱονεὶ προκάλυμμα. Thucydid.
Τὸ δὲ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα, velamentum, & vt recentiores locuti
*Ἀνεννόητος.* Inde ἀνεννόητος, qui non intellexit, non animaduertit, & non recordatur. Polyb. in ſecundo hiſtor. Ἵνα μὴ τελέως οἱ μεθ' ἡμᾶς ἀνεννόητοι τῶν τοιούτων ὑπάρχοντες, ἐκπλήττωνται τὰς αἰφνιδίους καὶ παραλόγους τῶν βαρβάρων ἐφόδους. Ἔννοια animi conceptio, λογισμὸς, διάνοια, & ſenſus hoc eſt ſententia, νόημα. Hermog. Ἡ τοίνυν γοργότης θεωρεῖται μὲν καὶ ἐν λέξει καὶ ἐν μεθόδῳ, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς, πλὴν ἐννοίας. εἰ μή τις ἄρα τὰ ὀξέα τῶν νοημάτων γοργὰ λέγοι. νόημα & ἔννοιαν pro eodem dixit. & vbique ſic. & ἔννοιαι κοιναὶ, communes animi conceptiones apud eundem. *Ἔννους.* Ἔννους, ὁ ἁπλῶς ἔχων νοῦν, vt ἔμφρων, mẽtis compos. Vtuntur & ἐπὶ συνετοῦ. Plutarch. Τότε δὲ ἔννους γενόμενος, Tunc ad mentem & ad ſe reuerſus, hoc eſt animi compos factus. Syneſ. Εἰ μή τις εἴη κατεσκευασμένος, ἔννους τε, καὶ πρὸς πᾶσαν γλυκυθυμίαν ἀνένδοτος. ἀντὶ συνετὸς cautus & circunſpectus. Διανοοῦμαι ſemper paſſiua voce dicitur, reliqua ſemper actiua. *Ἀπονενοημένος.* Ἀπονενοημένος, vecors & amens verti poteſt, & deploratus profligatúſque. Demoſth. Πῶς ἄνθρωποι κακίους, ἢ μᾶλλον ἀπονενοημένοι τούτων γένοιντ' ἄν. A Theophraſto autem in libello de moribus, ſiue alius eſt eius auctor, accipitur pro homine flagitioſiſſimo, & nequiſſimo, contaminatiſſimo. *Ἀπόνοια.* Et Ἀπόνοια, huiuſcemodi flagitioſa vita, & vecordia, quam Iulianus Chriſtianis obiicit, τὴν Γαλιλαίων ἀπόνοιαν vocans pietatem orthodoxam. Ἀπονενοημένως ἀντὶ τοῦ ἀποπλήκτως, amenter. Iſocrat. Ἀπονενοημένως πρὸς τὸ ζῆν διακείμενος, ſalutis ſuæ rationem nullam habens. His enim verbis deſcribitur à Theophraſto, Ὁ δὲ ἀπονενοημένος τοιοῦτός τις οἷος ὀμόσαι ταχὺ, καὶ κακῶς ἀκοῦσαι, καὶ λοιδορηθῆναι δυνά-

μένος. τοῦ ἤδη ἀγοραῖος καὶ ἀνασεσυρμένος καὶ πλουτοποιός. ἀμέλει δυνατὸς ὀρχεῖσθαι καὶ νήφων κόρδακα. δεινὸς δὲ καὶ πανδοκεῦσαι, καὶ πορνοβοσκῆσαι, καὶ τελωνῆσαι, καὶ μηδὲν αἰσχρὸν ἀποδοκιμάσαι. Ἀνασεσυρμένος quid ſignificet obiter hîc videndum, quoniam ſine præuaricationis crimine tranſmitti ſilentio nō poteſt, vt quidem argumentū huius operis inſtituiſſe me teſtatus ſum.

Ἀνασύρω. Ἀνασύρω, reuelo. attollo veſtem mulieris pudenda tegentem. Laërt. in Stilpone, ὅθεν καὶ Θεόδωρον ἐπισκώπτοντα εἰπεῖν, πόθεν δὲ τοῦτ' ᾔδει Στίλπων τὴν Ἀθηνᾶν μὴ εἶναι θεόν, ἀλλὰ θεάν; ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο, Nunquid eius ventrali ſublato ipſius pubē aſpexit? Et in Diogene, Πρὸς τὸ κεκοσμημένον μειράκιον πυθόμενόν τι, οὐ πρότερον λέξειν αὐτῷ ἔφη, εἰ μὴ ἀνασυράμενος δείξει πότερον γυνή ἐστιν ἢ ἀνήρ. Significat & detego quod intus eſt, aut quod latere & tectū eſſe decet. vnde de Anaxarchi vita voluptaria loquens Athenæus libro XII. ita inquit, Clearchi verba referens, Γυμνὴ μὲν οἰνοχόει παιδίσκη, πρόσηβος, ἡ προκριθεῖσα διαφέρειν ὥρᾳ τῶν ἄλλων. ἀνασύρουσα πρὸς ἀλήθειαν τὴν τῶν οὕτως αὐτῇ χρωμένων ἀκρασίαν. ac ſi diceret, quæ reuelandis ſuis pudendis etiam eorum incontinentiam indicabat & prodebat, qui ad eum vſum puellare miniſterium inſtituerant.

Ἀνασύρομαι. Ἀνασεσυρμένος. Ἀνασύρεσθαι enim id vocatur. & Ἀνασεσυρμένη dicitur mulier, quæ pudenda & tegēda detegit ſurſum veſte retracta & collecta. Plutarch. in Problem. Lacon. Ἄλλη τῶν υἱῶν φυγόντων ἐκ μάχης, καὶ παραγινομένων ὡς αὐτήν, ποῖ φησίν ἥκετε δραπετεύσαντες κακὰ ἀνδράποδα, ἢ δεῦρο ὅθεν ἐξέδυτε καταδυσόμενοι; ἀνασεσυρμένη καὶ ἐπιδείξασα αὐτοῖς τὴν κοιλίαν. Inde fit vt ἀνασεσυρμένον pro impudenti obſcœnóque ponatur. Synesius Θεοφίλῳ, Ἐγκειμένου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ Διοσκούρου γέγονεν ἀνάγκη καὶ τὸ γραμμάτιον τὸ λοίδορον εἰς κοινὸν ἅπασιν ἀναγνωσθῆναι, ὃ εὐλαβέστατος Παῦλος ἐπεποίητο ἐν ἐπιστολῆς εἴδει, κωμῳδίαν ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἀνασεσυρμένην καὶ πλημμελῆ, id eſt conuicioſam & indecoram, omniáque diſſolutè proloquētem. Quare εὐλαβέστατος ironicè hîc accipiendum. ἀνασεσυρμένην autem dicit quaſi prætextatā & fœdam propter turpia crimina quæ in ea reuelabantur. ſic enim aliquando prætextatus accipitur. vt, Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Πλημμελής. Πλημμελὴς autem eſt inconditus & incompoſitus, idem ferè quod ἐκμελής, (eſt autem Ἐκμελής, ὁ ἔξω τοῦ καθήκοντος καὶ κόσμου, καὶ μέλους, καὶ ῥυθμοῦ) παρὰ τὸ πλέω. ſic enim apud Platonem accipitur. Πλημμελὴς etiam eſt vitioſus, culpabilis, mendoſus, vt apud Galenum, Ἀπολωλυῖα ἢ πλημμελῶς γιγνομένη ἐνέργεια, hoc eſt vitiata. Plato, Καὶ γὰρ ὦ Κρίτων πλημμελὲς εἴη ἀγανακτεῖν τηλικοῦτον ἄνδρα, εἰ δεῖ ἤδη τελευτᾶν, Ætati tam grandi non conueniret queri propter mortis inſtantis neceſſitatem. Ariſtotel. περὶ κόσμου, Πλημμελὲς γὰρ περὶ κόσμου λέγοντας, τὸ τοῦ κόσμου κυριώτατον παραλιπεῖν, id eſt, culpandum & improbabile.

Πλημμελεῖν. Πλημμελεῖν eſt πλημμελές τι ποιεῖν, & iniquè quippiam per iniuriámque agere, hoc eſt ἐξυβρίζειν.

Πλημμελεῖσθαι. Et Πλημμελεῖσθαι, perperam fieri, & ἀδικεῖσθαι iniuria affici. Phalaris, Οὐδὲν γὰρ ὑπ' ἐμοῦ πώποτε πλημμεληθέντες οὔτ' ἔλαττον οὔτε μεῖζον, ἐξήνεγκαν ἀδίκως τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον. Demoſth. Πλημμελεῖν εἰς τὸν θεόν, καὶ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ dixit, pro piaculum admittere. Et paſſiue πλημμελεῖσθαι, ἐν τῷ περὶ στεφάνου, Ὅπως μὴ περιίδῃ ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν Ἀμφισσέων πλημμελούμενον θεόν. Λέγεται πλημμελεῖν καὶ ὁ ποταμὸς πλημμυρῶν καὶ ἐξυβρίζων, cum violenta inundatione



ſecum rapit ſegetes vel tuguria. Eſt enim Πλήμμη, vel vt aliquando legitur Πλήμη per vnicū μ, πλημμυρίς. Πλήμμη. Πλήμη. Diodor. Οἱ δὲ καταπεπλευκότες ἀπήγγελλον ἀμπώτεις τε καὶ πλήμας παραδόξους γίνεσθαι κατὰ τὸν ὠκεανόν. καὶ κατὰ μὲν τὰς ἀμπώτεις, παραδόξως νήσους τε ὁρᾶσθαι μεγάλας καὶ πολλὰς ἀπ' ἄκρας τῆς παραθαλαττίου χώρας. κατὰ δὲ τὰς πλήμας, ἅπαντας τοὺς προειρημένους τόπους.

Ἀμπωτὶς opponitur πλημμυρίδι. Ἀμπωτίς. eſt enim Ἀμπωτὶς receſſus æſtus littora deſtituentis. Theophraſtus, Συμβαίνει δ' ὅταν ἡ πλημμυρὶς ἐπέλθῃ, ἐκ τῶν κλάδων ἀνάπτειν τὰ πρυμνήσια. ὅταν δὲ πάλιν ἀμπωτὶς γίνηται, ἐκ τῶν ῥιζῶν.

Ἐκμελὴς propriè Ἐκμελής. abſonus, & inconcinnus, atque diſcrepans. Ariſtides in Encomio vrbis Romæ, Ἡμεῖς δὲ εὐχὴν ταύτην ἐποιησάμεθα οὐκ ἄμουσον, οὐδ' ἐκμελῆ, οὐδ' ἄπο τῆς τέχνης. Ἐκμελὴς etiam ὁ ἠμελημένος, diſſolutus, & ſocors, & iners. Syneſius de nequam ſeruo dixit, Τραφεὶς δὲ ἐκμελὴς καὶ ἀνάγωγος, φιλόσοφον καὶ λακωνικὴν ἐπιστασίαν οὐκ ἤνεγκε.

Ἐκμελὲς etiā παρὰ μέλος γεγονὸς dicitur. Παρὰ μέλος. Ariſtotel. in IIII. Ethicorum, Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλοπρεπής. ὁ δ' ὑπερβάλλων καὶ βάναυσος ἐν τοῖς μικροῖς τῶν δαπανημάτων πολλὰ ἀναλίσκει, καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος, & largitionē exercet importunè atque ineptè. Vtitur & Plato pro diſſentaneè. Παρὰ μέλος verti poteſt ineptè, hoc eſt σολοίκως, ἀπιθάνως, ἐκμελῶς, ἀπειροκάλως, σκαιῶς. Quod verbum tamen Cicero (ſi diuis placet) negat Græcè dici poſſe.

Ἐπισύρομαι τὸ ἐφέλκομαι καὶ ἐπισπῶμαι, perlicio, aſciſco. Ἐπισύρομαι. poſt me in comitatu traho. Baſil. in Hexaëm. homil. V, Ἑσμὸς τῶν ἐφεπομένων μυρίος, τῶν τε ἐπισιτίων, ἔτι καὶ ἄλλας χρείας αὐτῷ προσεδρευόντων, οἷς καὶ προϊὼν καὶ πάλιν ἐπανιών, ἐπισυρόμενος, ἐπίφθονός ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

Ἐπισύρω, tractim duco, Ἐπισύρω. ſtrictim traho. in Hippiatricis de equo morbo laborante ita legimus ſcriptū, Καὶ περιπατῶν ἐπισύρει τὸν ὄνυχα, id eſt ingreditur vngula non ſublata. Alibi, Καὶ τὴν ὁπλὴν ἐπισύρων ἐπιτρίβει, id eſt tractim ingrediens vngulam deterit. Alibi rurſus, Καὶ ἐπισύρει τὰ ὀπίσθια, erigere poſteriores pedes non poteſt. Oratores autem hoc verbo aliter vtuntur. vt Demoſth. ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην. Ἔπειτα τινὲς ἴσως ἐπισύροντες ἐροῦσιν, ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοί τινες εἶναι φάσκοντες, ἔπειτα ἀτελεῖς εἰσιν ἀθρόοι παμπληθεῖς ἄνθρωποι, καί τινες ἄλλοι δοῦλοι. ὑπὲρ δὴ τούτων ὧδε ποιήσατε. Quo in loco Interpres, Ἐπισύροντες, inquit, ἀντὶ τοῦ διασύροντες, οἷον εἰς ἔδαφος ἕλκοντες, διαβάλλοντες, οὐδὲν ἀληθὲς λέγοντες. Quæ interpretatio parum mihi probata eſt. Lyſ. in Apologia δήμου καταλυσ. Καὶ νυνὶ αὐτὸν ἀκούομεν, ὑπὲρ ὧν αὐτοῦ κατηγοροῦμεν, διὰ βραχέων ἀπολογήσεσθαι, ἐπισύροντα τὰ πράγματα, καὶ διακλέπτοντα τῇ ἀπολογίᾳ τὴν κατηγορίαν. λέξειν δὲ ὡς, & reliqua. Duobus his locis ἐπισύροντες ſignificare puto ambage verborum qua de re agitur implicantes, quaſique rem in longum tractim ducentes ac ſubducentes, cardinem cauſæ non attingentes, iudicum mentes alio atque alio trahētes, multa commemorando ad rem nihil pertinentia. quod ſatis intelligendum datur ex eo quòd διακλέπτοντα τὴν κατηγορίαν dixit. ſignificat enim patronū non recta ad cardinem cauſæ venientem & pedem conferentē, ſed velut ludificantem fruſtrantémque & tergiuerſantē.

Ἐπισεσυρμένον etiam dicitur malè coagmentatū, diſſolutum, Ἐπισεσυρμένος. laxum & incompactile, & velut hiulcum. Lucian. γράμματα ἐπισεσυρμένα vocat literas hiulcas, tractim ductas ab homine celeriter ſcribente.

Et ἐπισεσυρμένως τι ποιεῖν, ἀντὶ μὴ ἀκριβῶς, quaſi tractim & languidè. Significat
etiam diſſolutè, inconditè, incompoſitè, remiſſè, ſenſim. Cicero in 2. de
*Tractus orationis, & tracta oratio.* Oratore, Quod tuum principium dii immortales? qui timor? quæ dubi-
tatio? quanta hæſitatio, tractúſque verborum? ὁπηλίκον τό, τε ἐνισχόμενόν σου τοῦ
λόγου, καὶ τὸ ἐπισεσυρμένον. Et in Oratore perfecto de hiſtoria loquẽs, & hiſto-
ricorum concionibus & hortationibus, Sed in his tracta quædam & fluẽs
expetitur, non hæc eloquentia contorta, & acris oratio. Contorta & acris
oratio eſt λόγος δεινὸς καὶ συνεστραμμένος. Rurſus in ſecundo de Oratore, de ea-
dem loquens, Verborum autẽ ratio, & genus orationis fuſum atque tra-
ctum, & cum lenitate quadam æquabili profluens. Xenoph. κυνηγετ. Τῶν δὲ
μικρῶν λαγίων ὅπερ μᾶλλον ἢ τῶν μεγάλων. ἔτι γὰρ ὑγρομελῆ ὄντα ἐπισύρεται ὅλα ἐπὶ τῆς
γῆς, id eſt ingrediendo toto corpore terram ſtringunt, & luculentiora ve-
*Ἐπίσυρμα.* ſtigia imprimunt: ἐπισύρεται, quaſi tractim ſeſe agunt, dixit. Inde Ἐπίσυρ-
μα, veſtigium totius corporis ſic ſeſe agentis, & vt ita dicam, repẽtis. hoc
*Ὁλκός.* eſt ὁλκός. Hippocr. Φιλοποίμενι, de AEſculapii ſimulachro loquens, Εἵποντο δὲ
αὐτῷ δράκοντες, χρῆμά τι ἑρπετῶν ὑπερφυές. ἐπειγόμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ μακρῷ τῷ ἐπισύρ-
ματι. Baſil. in VII. homil. in Hexaëm. eodem verbo vſus eſt, auctor in ſer-
mone terſus & accuratus, Πᾶν γὰρ νηκτικὸν κἂν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ὕδατος ἐπινήχηται,
κἂν διὰ βάθους τέμνῃ τὸ ὕδωρ, τῆς τῶν ἑρπυστικῶν ἐστὶ φύσεως, ἐπισυρόμενον τῷ τοῦ ὕδα-
τος σώματι. Xenoph. de ceruo tendiculum trahẽte, Ἔσται δὲ ὁλκὸς τοῦ ξύλου οὐκ
ἄδηλος. οὔτε γὰρ λίθοι ἔσονται κεκινημένοι, τά τ' ἐπισύρματα τοῦ ξύλου καταφανῆ ἐν τοῖς
*Ἀπόσυρμα.* ἔργοις. Ἀπόσυρμα locus eſt in corpore deſquamatus, ſic dictum vt ῥῆγμα,
vt σπάσμα. Dioſcor. περὶ σικυωνίου, Διαχεῖ τὰ δύσπεπτα φύματα, καὶ πρὸς ἀποσύρ-
ματα, καὶ πρὸς ἕλκη πρεσβυτικὰ ἁρμόζει. Galen. Τάχιστα δὲ ἐπουλωθέντος αὐτοῦ, τὸ
συνεχὲς εὐθὺς ἐπιπολὺ ἀνεδάρη δέρμα καθάπερ ἐξ ἀποσύρματος. Σύρμα, τραγικὸν
*Σύρμα.* *Συρμός.* φόρημα, ὅτι ἐπισύρεται. Inde ſyrma apud Iuuenalem. Συρμός etiam ὁ ὁλκός,
tractus ſerpentis. Plutarchus in Antonio de aſpide dixit. Philo pro tractu
fluctuantis vndæ, in libro de Mundo, Ὑπὸ συρμοῦ δίνης βιαιοτάτης ἁρπασθεῖσαι
*Περισύρω.* κατεπόθησαν. Περισύρω, diſtraho, diuello, lacero, vexo, diripio. Polyb. in
IIII, Καὶ περιαγαγόντες ὡς ἐπὶ τὴν κύναιθαν, ὁμοίως τὰ θρέμματα τῆς θεοῦ περισύ-
ραντες, ἀπήγαγον. Greg. εἰς τὸ ἅγιον πάσχα, Οὐδὲ ἀπορριφθήσεται καὶ περισυρήσεται, ἵνα
μὴ δοθῇ τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ καὶ κακοῖς τοῦ λόγου παρεῖκταις, non relinquetur à cani-
bus diſtrahendum & laniandum. de agno paſchæ loquens. Lucian. Νῦν δὲ
τὸ τοῦ λόγου, λέων κρέκη δεθεὶς, ἄνω καὶ κάτω περισύρομαι, huc illúcque circumagor,
& inuitus rapior. Sic etiam accipitur vt περιφέρω. Idem Gregor. in 2. κατὰ
Ἰουλ. Πρὸς ταῦτα τί φήσουσιν οἱ τοῦ αἰῶνος τούτου σοφοί, οἱ τὰς βαθείας ὑπήνας ἕλκοντες, καὶ τὸ
*Κατασύρω.* κομψὸν περισύροντες ἡμῖν τριβώνιον; Κατασύρω populor, diripio, vexo. Polyb.
in 2. hiſt. ὅθεν ἀδεῶς ἐπέτρεχον καὶ κατέσυρον ταύτας τὰς χώρας. & alibi ſæpe. Hero-
dot. in Terpſich. Ἐπικειμένων γὰρ Ἀθηναίων Βοιωτοῖσι, ἐπιπλώσαντες μακρῇσι νηυσὶ
ἐς τὴν Ἀττικήν, κατὰ μὲν ἔσυραν Φάληρον, κατὰ δὲ τῆς ἄλλης παραλίης πολλοὺς δήμους. Lucæ
XII, Μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτήν, ne te aduerſarius protrahat ad iudicẽ,
& quaſi obtorto collo trahat, vt inquit Cicero. Greg. εἰς τὴν κυριακήν, Εἴτε εἰς
τὴν Βαβυλῶνα καὶ τὴν πονηρὰν σύγχυσιν κατασυρέντες ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἔπειτα πρὸς
τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνασωθέντες, pertracti, & vexabundè adducti. Significat etiam



detraho, deduco, καὶ καθαιρῶ. Idẽ, Τῆς κορυφῆς ὑπερτέλλοντα διημερίνων πέτρον, ὡς τῇ
τραγῳδίᾳ δοκεῖ, ἀεὶ μὲν ἀνωθούμενον, ἀεὶ δὲ κατασυρόμενον. Alciphr. in Epiſt. Μικρὸν
δὲ ἀπὸ τῆς ἀκτῆς χαλάσαντες, ὅσον ἰχθύων ἐξελκύσαμεν. μικρὸν καὶ τοὺς φελλοὺς ἐδέησε
κατασύραι ὕφαλον τὸ δίκτυον ἐξωγκωμένον. Idẽ, Ὡς δὲ πρώτη ἀκτὶς τοῦ ἡλίου εἰς τὸ πέλα-
γος ἀπέστιλβε, τὸ πορθμεῖον νεωλκηθὲν σκαφίδιον, σπουδῇ κατεσύραμεν, in mare deduxi-
mus. Κατασύρω quaſi de cælo detraho, vt Cicero loquitur, hoc eſt è ſum-
mo in imum deturbo, & euerto. Aretha in nonum Apocalypſ. Τοιαῦται
γὰρ αἱ σαρκικαὶ ἡδοναί, αἵ τινες τῷ φαινομένῳ αὐτῶν ἐπιτέρπειν, τῷ ἑαυτῶν ὀλισθήματι
τοὺς δελεασθέντας κατασύρουσι, id eſt de ſtatu mentis deducunt & deturbant:
ad inferos detrahunt. Παρασύρω, τὸ παραφέρω καὶ παρατρέπω, male tracto, *Παρασύρω.*
peruerto, diſtorqueo. Greg. εἰς Ἀθανάσ. de quodam ſcelerato loquens, Πα-
ρασύρων τῷ χρυσῷ τὴν ἀλήθειαν, ὃν δι' ἀσέβειαν συναγόμενον ὄργανον ἀσεβείας οἱ πονη-
ροὶ πεποίηνται. Idem κατὰ Ἰουλ. Εἰ δέ τις τῆς ἀληθείας αὐγὰς διέβλεψε καὶ μικρόν, ὡς ὁδη-
γῷ τῷ λόγῳ καὶ μὴ θεῷ χρώμενος, ὑπὸ τοῦ πιθανωτέρου παρεσύρη, καὶ τοῦ μᾶλλον τοὺς
πολλοὺς ἕλκοντος δι' εὐήθειαν, tranſuerſus trahitur. Idem, Ὑποποιεῖται δὲ τὸ στρατιω-
τικόν, τὸ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὸ δὲ διὰ τῶν ἐν τέλει. τὸ μέν, τὴν τιμὴν ἡττώμενον. τὸ δέ, ἁπλότητι
παρασυρόμενον, propria ſtoliditate atque imperitia ſeductum, & in diuer-
ſum à commoda via abductum. Baſil. πρὸς τοὺς πλουτοῦντ. ὥσπερ οἱ ποταμοὶ
ἀνυπόστατον λαβόντες τὴν αὔξησιν, τῇ βίᾳ τῆς φορᾶς τὸ ἐνιστάμενον παρασύρουσιν,
omnia obſtantia tranſuerſa auferunt. Significat etiam peruerſè & perpe-
ram interpretor. Idem Gregorius Baſilio, Ἐπειδὴ σύστασις αἱρετικῶν καταρρέγνυσι τὴν
ἐκκλησίαν, καὶ δέος παρασυρῆναι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Significat etiam idem quod
abſtraho & auello. Diodorus in hiſtoria Alexãdri, Ὥστε πολλῶν μὲν βραχίο-
νας σὺν αὐταῖς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκόπτεσθαι, οὐκ ὀλίγων δὲ τραχήλους παρασύρεσθαι. Lu-
cian. in Nigrino, de voluptate loquens, Ὑφ' ἧς δὴ ῥεούσης ἀενάῳ τε καὶ θολερῷ
ῥεύματι, πᾶσαι μὲν ἀνευρύνονται ὁδοί, παρασύρεται δὲ τῆς ψυχῆς ὑποκλυζομένης παν-
τόθεν, αἰδώς τε καὶ ἀρετή, καὶ δικαιοσύνη. τῶν δὲ ἔρημος ὁ χῶρος γιγνόμενος, ἀνθεῖ πολλαῖς τε
καὶ ἀγρίαις ἐπιθυμίαις. In Hippiatr. legimus de equo torminoſo, Παρασύρεται τὴν
κοιλίαν τῷ ἐδάφει, Ventrem humi apprimit diſtorquendo. Διασύρω, obtre- *Διασύρω.*
cto, conuicior. & διασυρμός obtrectatio, vt omnibus notum eſt. Διασύρω
etiam diſtraho, ægre traho. vt ἐπισύρω in Hippiatr. Ὅταν τετράζων ὀλισθήσῃ,
καὶ πεσὼν διασύρῃ, id eſt, Quum membris diſtractis agitatur, vt ranæ inna-
tãtes: Sequitur enim, Καὶ ὃ λέγουσι βατραχίσῃ. Ὑποσύρω ſtirpitus euello: im- *Βατραχίζω.*
minuo, ſubduco. Chryſoſt. ad Rom. XII, διὸ καὶ συνεχῶς ὑποσύρει τὸ νόσημα, *Ὑποσύρω.*
καὶ καταστέλλει τὴν φλεγμονήν. Alibi in eodem Ὑπορύττω pro eodem dicit, inter- *Ὑπορύττω.*
pretans illa verba, μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς. Διὰ τούτων (inquit) πάλιν τὴν
ἀπόνοιαν ὑπορύττει, καὶ τὸ φύσημα καὶ τὴν φλεγμονὴν καταστέλλει. Greg. ἐν τῷ περὶ φι-
λοπτωχίας, pro allicio vſus eſt, & ſubdolè attraho, vt mea fert opinio. ἀφ' οὗ
δὲ φθόνοι καὶ ἔριδες καὶ ἡ δολερὰ τοῦ ὄφεως τυραννίς, ἀεὶ τῷ λίχνῳ τῆς ἡδονῆς ὑποσύρουσα
καὶ ἐπανιστῶσα τοῖς ἀσθενεστέροις τοὺς θρασυτέρους, ἐρράγη τὸ συγγενὲς εἰς ὀνομάτων ἀλλο-
τριότητας, id eſt ſeruus & liber vocabula eſſe cœperunt hominum contra
ius naturæ. Κλέπτειν autem τὴν κατηγορίαν à Lyſia dictum eſt pro occule-
re & ſupprimere. hoc enim κλέπτω ſignificat, Τοῖς ὀνόμασι κλέπτων καὶ μετα- *Κλέπτω.*
φέρων τὰ ὀνόματα, ὥσπερ εἴωθε, id eſt crimina ſupprimere, alioſum transferre

exquiſitis vocabulis.id ferè quod Demoſthenes & Lyſias ἐπισύρειν dixerũt. Xenoph. de hipparchi officio loquens, Χρὴ δὲ μὴ τὰ τῶν πολεμίων μόνον κλέπτειν ἐπίστασθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑαυτοῦ ἱππέας ἅμα κλέπτοντα, ἐξ ἀπροσδοκήτου τοῖς πολεμίοις ἐπιτίθεσθαι.

Κλέπτομαι. Et Κλέπτεσθαι dicitur is qui celatur,& hoc modo fallitur, & quem res quæ agitur latet. Gregor.de permiſſa circunciſione loquens poſt baptiſmum, Καὶ γεγόνασιν ἀντὶ ἐθνῶν Ἰουδαῖοι, ἀντὶ δὲ τούτων Χριστιανοί, ταῖς κατὰ μέρος μεταθέσεσι κλαπέντες ἐπὶ τὸ εὐαγγέλιον, id eſt ſenſim ea demutatione ad legem euangelicam ita aſciti & allecti, vt falli viderentur. latebat enim eos quid ea permiſſione ageretur. Idem in primo contra Iulianum, Ὡς τάχ' ἂν εἰς δουλείαν κλαπεῖσι τῷ ἡμέρῳ τῆς διαλέξεως. Quare etiam κλέπτεσθαι eſt decipi & circunueniri. Idem de baptiſmo, Ἐὰν ἀεί τι σήμερον παρατρέχων, ἐπιτηρῇς τὸ εἰσαύριον, ταῖς κατὰ μικρὸν ἀναβολαῖς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κλεπτόμενος, id eſt ſenſim prolatãdo cũctandóq; tandẽ ante baptiſmũ moriare,& hoc dono diuino priueris atq; frauderis. Inde Κλέπτειν τὴν ἀκρόασιν apud AEſchinẽ pro fallere aures iudicũ, & artificio dicendi obrepere iudicibus. Quale eſt, Ὅταν δὲ ὑπερπηδήσας τὴν δικαίαν ἀπολογίαν, παρακαλῇς κακοῦργον ἄνθρωπον καὶ τεχνίτην λόγων, κλέπτεις τὴν ἀκρόασιν, βλάπτεις τὴν πόλιν, καταλύεις τὴν δημοκρατίαν. καὶ τί δεῖ σε Δημοσθένην παρακαλεῖν; inde illud Homericum, Μὴ δ' οὕτως ἀγαθός περ ἐὼν θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ Κλέπτε νόῳ. ἀντὶ τοῦ φενάκιζε καὶ παραλογίζου. Alibi cum accuſatiuo Iliad.ξ.iunxit, de ceſto Veneris loquens, Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς Πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. ἀντὶ τοῦ ἐξηπάτησε, πεφενάκικε. Heſiod.in Theog. Ὡς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον, οὐδὲ παρελθεῖν, id eſt fallere ac latere. Sophocl.in Electra, Ὅπως λόγῳ κλέπτοντες ἡδεῖαν φάτιν Φέροιμεν αὐτοῖς τοὐμὸν ὡς ἔρρει δέμας, id eſt ἀπατῶντες, παραλογιζόμενοι.

Κλέμμα. Κλέμμα etiam apud AEſchinem non modo peculatum, & pecuniã interuerſam, ſed etiam obreptionem ſignificat & circunſcriptionem. Plato lib.111.de Repub. docet hoc verbum κλέπτειν non longe abeſſe à ſignificatione verbi

Γοητεύειν. Γοητεύειν. ſic enim inquit, Καὶ μὴ δοκοῦσιν ἄκοντες ἀληθοῦς δόξης στερίσκεσθαι. οὐκοῦν κλαπέντες, ἢ γοητευθέντες, ἢ βιασθέντες τοῦτο πάσχουσιν. οὐδὲν νῦν ἔφη μανθάνω. κλαπέντας μὲν γὰρ τοὺς μεταπεισθέντας λέγω, καὶ τοὺς ἐπιλανθανομένους, ὅτι τῶν μὲν χρόνος, τῶν δὲ, λόγος ἐξαιρούμενος λανθάνει, id eſt quaſi furto circunſcriptos eos dico, quíque ab opinione deducti ſunt, quíque obliuione capti. quippe his tempus, illis oratio ita ſuſtulit, vt latuerit furtũ. Τούς γε μὴν γοητευθέντας ὡς ἐγῷμαι, κἂν σὺ φαίης εἶναι, οἳ ἂν μεταδοξάσωσιν, ἢ ὑφ' ἡδονῆς κηληθέντες, ἢ ὑπὸ φόβου τι δείσαντες. His verbis apparet γοητεύειν eſſe ſtupore & velut maleficio afficere, ſtuporéque affectũ decipere, vt qui voluptaria titillatione permulſi quaſi maleficio affecti, pericula & incõmoda non intelligũt. itaq; de rebus ſuis malè conſulũt. Sic in Phædone, Καὶ τοῦτο θεραπεύουσα καὶ ἐρῶσα, καὶ γεγοητευμένη ὑπ' αὐτοῦ, ὑπό τε τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ἡδονῶν. Idẽ in Philebo de voluptate loquẽs, Ὥστε καὶ τοῦτο

Γοήτευμα. Δυσγοήτευτος. αὐτῆς τὸ ἐπαγωγὸν, γοήτευμα, ἀλλ' οὐχ ἡδονὴ εἶναι. Inde Δυσγοήτευτος, qui nõ facilè vel illecebris vel ſtupore obligatur. Idẽ in eodẽ tertio, Οὕτω νέους ὄντας εἰς δείματ' ἄττα κομιστέον, καὶ εἰς ἡδονὰς αὖ μεταβλητέον, βασανίζοντας πολὺ μᾶλλον ἢ χρυσὸν

Κλέπτειν. ἐν πυρὶ, εἰ δυσγοήτευτος καὶ εὐσχήμων ἐν πᾶσι φαίνεται. Verùm Κλέπτειν vt dixi eſt occultare, & aliquid ita habere vt non appareat. Xenoph. in eodem Hip-



parch. ἢν δ' αὖ τοὺς πολλοὺς, ὀλίγους εἶναι δοκεῖν ἐθέλῃς, ἢν μέν σοι χωρία ὑπάρχῃ οἷα συγκρύπτειν, δηλονότι τοὺς μὲν ἐν τῷ φανερῷ ἔχων, τοὺς δ' εἰς τὸ ἄδηλον ἀποκρύπτων, κλέπτοις ἂν τοὺς ἱππέας, furtim habere & occultè poteris. Greg. de Iuliano, Τὰς δὲ περιπόσεις τε καὶ φιλοτησίας, ἃς δημοσίᾳ ταῖς πόρναις προὔπινέ τε καὶ ἀντιπρουπίνετο, ὑποκλέπτων τὸ ἀσελγὲς μυστηρίου προσχήματι, πῶς οὐ θαυμάζειν ἄξιον; Vernacula etiam lingua dicunt, tu mihi hoc furatus es, hoc eſt clam me habuiſti. Ponitur & pro occultum facinus ſtruere, furtímque moliri. Idem de eodem, quẽ mortis Conſtantii cauſam auctorémque fuiſſe ſignificat, Κατὰ προθεσμίαν πατρῴων, ἀπορρητοτέραν τε καὶ βαθυτέραν, καὶ σπεύδων ἐπὶ θάνατον οὐ δημιουργὸς αὐτὸς ἦν, κλέψας τινὶ τῶν ἔνδον τὴν ἐπιχείρησιν, occultè quodam familiarium corrupto hoc molitus. Significat etiam fallaciter interpretari aliquid, & veritatem diſcenti ſubducere, & diſſerendo obſcurare & inuoluere. Idem in ſecundo περὶ υἱοῦ, Τὰς δὲ παρὰ τῶν θείων γραφῶν ἐνστάσεις τε καὶ ἀντιθέσεις, ἃς οἱ τοῦ γράμματος ἱερόσυλοι, καὶ τὸν νοῦν τῶν γεγραμμένων κλέπτοντες τοὺς πολλοὺς σφετερίζονται, συλλήβδην μὲν ἤδη λελύκαμεν. Ἐπίκλοπος inde dicitur ſubdolus & va- Ἐπίκλοπος.
fer & verſutiloquus. vt Iliad χ, Ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων. & Odyſſ.λ, Ὦ Ὀδυσεῦ, τὸ μέν οὔτι σ' ἐΐσκομεν εἰσορόωντες Ἠπεροπῆά τ' ἔμεν καὶ ἐπίκλοπον. ἀντὶ τοῦ παραλογιστήν. Greg. de Pandora, Δαίμονας ἀλλ' ὅ τι δ' ἄλλον ἐπίκλοπον εἰς ἓν ἄγοντας, Συμφερτὴν ἀπάτην ἀνδράσιν ἐμπελάσαι. quod ab Heſiodo ſumpſit, Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος τεῦξε Διὸς βουλῇσι. Κελεύω, iubeo. ὅθεν τὰ Κελεύω, & τὰ συνθετα.
κελευόμενα ποιεῖν, vt τὰ προσταττόμενα ποιεῖν, imperata facere. Κελεύω etiam hortor & permitto voce actiua dicitur. Lyſ. Ἡ δὲ θεράπαινα τὸ μὲν πρῶτον ἔξαρνος ἦν, καὶ ποιεῖν ἐκέλευεν ὅ, τι βούλομαι, & ſinebat me torquere ſe, aut aliud de ſe ſtatuere. Ἐγκελεύειν, hortari, incitare. Xenoph. ἐν κυνηγετικῷ, Ἐν δὲ τούτῳ ἐγκελεύειν ταῖς κυσὶ, καὶ χρῆσθαι τοῖς ἀκοντίοις. Ibidem, Ἐπιλύσαντα τὰς κύνας, καὶ ἐπικελεύσαντα. Dicitur etiam ἐγκελεύεσθαι hortari, voce paſſiua. Simili- Ἐπικελεύω.
ter & Ἐπικελεύεσθαι. Plutarchus in Antonio, de Cleopatra per funem attra Ἐπικελεύομαι.
hente Antonium in conclaue, Τὸν δεσμὸν ἀνελάμβανεν, ἐπικελευομένων τῶν κάτωθεν, καὶ συναγωνιώντων. Διακελεύομαι tãtùm voce paſſiua, vt παρακελεύομαι. Iſocrat. in Paragr. Τοσοῦτον ὑμῖν παρακελεύομαι μνημονεύειν ὅταν φέρητε τὴν ψῆφον. Lyſ. Παρακελεύομαί σοι τοῦτο. Παρεγκελεύομαι. Plutarch. in Apophth. Πολλῶν συντρεχόντων πρὸς αὐτὸν, καὶ παρεγκελευομένων ἐκεῖνον τὸν λόφον καταλαβεῖν. Διακελεύομαι. Παρακελεύομαι. Παρεγκελεύομαι.

Ἀνταίρω. Ἀνταίρω, contendo, renitor, contradico. Plutarch. Κάτων δὲ Σκηπίωνι πρὸς τὴν Φαβίου δύναμιν ἀνταίροντι, παρ' οὐδὲν ἐποιήσατο γενέσθαι διάφορος. Plato in Euthyd. Ὥστε οὐδὲν αὐτοῖς οἷόν τ' εἶναι μηδ' ἀνταῖραι. οὕτω δεινὼ γεγόνατον ἐν τοῖς λόγοις μάχεσθαι. Et Demoſthenes itidem. Plena autem locutio eſt ἀνταίρειν τὰς χεῖρας, vt apud Syneſium. ad Theophilum enim ſcribens ita inquit, Διόπερ οὐκ ἀνταίρουσι χεῖρας, ἀλλ' ἱκετεύουσι, non reſiſtunt, ſed ſuppliciter deprecantur.

Ἀνταίρομαι. Dicitur & ἀνταίρομαί σοι, quod athletarum eſt, cum ſurgunt pugnaturi. ſicque Lucianus vſus eſt. Plenus autem ſermo eſt ἀνταίρομαι τὰς χεῖρας, vel τὰ ὅπλα, vt Libanius in Declamation. Καὶ ἡμεῖς οἱ θεοὶ οὐκ ἀντιτείνομεν, οὐδὲ ὅπλα ἀνταιρόμεθα.

Ἀρέσκω. Ἀρέσκω σοι, placeo tibi. ἀρέσκω σε, ἀντὶ τοῦ ἀρεστὸς φαίνομαι, & probo me tibi. Syneſ. Ἀλλ' ἐπεὶ τούτοις ὑμᾶς οὐκ ἀρέσκομεν, ἔξεστι βουλεύσασθαι τὸ λῷον τῇ τε πόλει, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις, κἀμοί, Quoniam vobis his nõ ſatiſfacimus, noſ-

met vobis non approbamus. Plato lib.v i i i.de Repub. Ὅπου δέ γε ἡ ἐξουσία, δῆλον ὅτι ἰδίαν ἕκαστος ἂν κατασκευὴν τοῦ αὐτοῦ βίου κατασκευάζοιτο ἐν αὐτῇ, ἥτις αὐτὸν ἀρέσκοι, quam maximè ipſe probet. Idem, ὃς ἂν αὐτὸν ἀρέσκῃ τρόπος, τοῦτον ἐκλέξασθαι. Et in Legib. Ἀλλ' εἰ μὴ αὖ σε ταῦτ' ἀρέσκει, παρ' Ὁμήρου χρὴ μανθάνειν. & lib.v i i, Οἷς δ' ἂν μὴ ἀρέσκῃ τῶν διδασκάλων, μὴ χρῆσθαι τούτοις συνεργοῖς, quibus autem præceptoribus hæc non placebunt, iis ne vtatur ad docendos

Ἀρέσκομαι.

pueros. Ἀρέσκομαι, acquieſco, & mihi ſatiſfit, & placet conditio, datiuo. Lucianus, Δεῖ γὰρ ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι. Ariſtot. in i x. Ethicorum, Εἰ γὰρ ὁ μὲν διαμένοι τὴν διάνοιαν παῖς, ὁ δ' ἀνὴρ εἴη οἷος κράτιστος, πῶς ἂν εἶεν φίλοι, μήτ' ἀρεσκόμενοι τοῖς αὐτοῖς, μήτε χαίροντες καὶ λυπούμενοι; cum iis eadem non placeant & probentur, id eſt τὰ αὐτὰ ἀποδεχόμενοι. Et in i i i i, Καὶ μᾶλλον ἀχθόμενος εἴ τι δέον μὴ ἀνάλωσεν, ἢ λυπούμενος εἰ μὴ δέον τι ἀνάλωσεν. καὶ τῷ Σιμωνίδῃ οὐκ ἀρεσκόμενος, in hoc Simonidi non aſtipulatus, Simonidis ſententiam non probans. Pauſ. Καὶ τῶν παίδων ἀρεσκόμενος τῇ Ὑρνηθοῖ μάλιστα, id eſt, filiarum Hyrnethò maximè probans amánſque. Et ἠρέσθην. Idē in Corinth. Τὸν οἰνοχόον παῖδα, οὐκ ἀρεσθεὶς τῷ δοθέντι πόματι, παίει τῷ δακτύλῳ ἑνί. Accuſatiuo autē iunctū ſignificat idem quod placo. Xenoph.

Ἐξαρέσκομαι.

ἀπομν. i i i i, Νόμος δ' ἐστὶ πανταχοῦ κατὰ δύναμιν ἱεροῖς θεοὺς ἀρέσκεσθαι. ὅθεν Ἐξαρέσκομαι, quod & cum datiuo & accuſatiuo conſtruitur. Demoſth. Ἐὰν τοὺς κυρίους δώροις ἐξαρέσηται. Xenophon datiuo ferè ſemper, vt in OEcon. Καὶ γὰρ ἡ περιβαλλευτικὴ τέχνη συνῆπται τῇ γεωργίᾳ, ὥστε ἔχειν καὶ τοῖς θεοῖς ἐξαρέσκεσθαι θύοντας, καὶ αὐτοὺς χρῆσθαι.

Ἀρεστός.

Ἀρεστός placitus, gratus. Ὅπως ἀεὶ ἀρεστὸς ὦ τῇ πόλει, πράττων τὰ πολιτικά. Plutarch. Τοῖς δὲ χρηστοῖς οὐκ ἦν ἀρεστός. Et in Cæſare, Ἀρεστὸς τῷ δήμῳ, popularis.

Ἄρεσκος.

Ἄρεσκος eſt blandus & gratiæ aucupator, & captator, qui apud omnes gratioſus eſſe cupit, ab omnibúſque gratiam inire. vt in libro qui Theophraſti χαρακτῆρες inſcribitur, Ὁ δὲ ἄρεσκος ἀμέλει τοιοῦτός τις οἷος παρακληθεὶς πρὸς δίαιταν (id eſt arbiter ab vna parte electus) μὴ μόνον βούλεσθαι ἀρέσκειν ᾧ πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ. Vulgò curialis dicitur.

Ἀρέσκεια.

In eodem, Ἡ δὲ ἀρέσκειά ἐστι μέν, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἔντευξις οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ, ἡδονῆς παρασκευαστική. Comitas aſſentatrix Latinè dici poteſt. Ariſtotel. in i i i i. Ethic. Ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις καὶ τῷ συζῆν, οἱ μὲν ἄρεσκοι δοκοῦσιν εἶναι, οἱ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες, καὶ οὐθὲν ἀντιτείνοντες, ἀλλ' οἰόμενοι δεῖν ἄλυποι τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἶναι, quaſi obſecundatores, ac ſeſe omnibus dantes. In nono autem, huiuſmodi homines amicos ciuiles vocat, non priuatos, Οἱ δὲ πολύφιλοι καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες, οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι πλὴν πολιτικῶς, οὓς καλοῦσιν ἀρέσκους.

Ἀνθρωπάρεσκος.

Inde illud Apoſtoli ad Corinth. v i, Μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ. Laërt. in Pythag. Ἀπείχετο καταγέλωτος καὶ πάσης ἀρεσκείας, οἷον σκωμμάτων καὶ διηγημάτων, ab omni facetoſa vrbanitate. Diodor. de funere Hepheſtionis, Τῶν γὰρ ἡγεμόνων ἕκαστος στοχαζόμενος τῆς τοῦ βασιλέως ἀρεσκείας, διεσκεύαζεν εἴδωλα δι' ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ, καὶ τῶν ἄλλων θαυμαζομένων παρ' ἀνθρώποις, id eſt hoc maximè ſpectans, quo modo regis gratiam ea ratione iniret.

Ἀρεσκεύομαι.

Et verbum Ἀρεσκεύομαι, comiter appello, comiter cum aliquo ago & blandior.

Ἀρέσκευμα.

ὅθεν Ἀρέσκευμα, blanda appellatio & adulatoria. Plutarch. in Demetr. Τὸ δ' ὑπερφυέστατον ἐνθύμημα τοῦ Στρατοκλέους (οὗτος γὰρ ἦν ὁ τῶν σοφῶν



τούτων καὶ περιττῶν καινουργὸς ἀρεσκευμάτων) ἔγραψεν ὅπως οἱ πεμπόμενοι κατὰ ψήφισμα δημοσίᾳ πρὸς Ἀντίγονον καὶ Δημήτριον, ἀντὶ πρεσβευτῶν θεωροὶ λέγοιντο.

Ἀπαρέσκω.

Ἀπαρέσκω, diſpliceo, improbor. Thucyd. Καὶ δῆλον ὅτι εἰ τοῖς πλέοσιν ἀρέσκοντες ἐσμέν, τοῖς δ' ἂν μόνοις οὐκ ὀρθῶς ἀπαρέσκοιμεν. Plutarch. in Cæſare, Ἤρκει γὰρ ἔφη τὸ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἀπαρέσκουσι. Iungitur à Platone cum accuſatiuo, vt ἀρέσκω, ἓν μέντοι με τῶν ῥηθέντων ἀπαρέσκει. Σω. τὸ ποῖον δή. Θεαιτ. ὃ καὶ δοκεῖ, &c.

Ἀπαρέσκομαι.

Ἀπαρέσκομαι, οὐκ ἀποδέχομαι, δυσαρέστως ἔχω καὶ δυσαρεστοῦμαι, ægrefero vel implacidé. opponitur τῷ ἀρέσκομαι. Herodian. lib. v, Ἅπερ ὁρῶντες οἱ στρατιῶται, οὐ πάνυ τι ἀπεδέχοντο, ἀπηρέσκοντό τε αὐτοῦ τῷ βίῳ, ὡς ἀνειμένῳ μᾶλλον ἢ κατ' ἄνδρα στρατιωτικόν. Accipitur & ἀντὶ ἐξαρέσκομαι, id eſt placo.

Νέμω.

Νέμω diſtribuo, tribuo. Ariſtoteles in v. Ethic. de iuſtitia ciuili loquens, Ἀλλ' οὐ ταῦτά ἐστι τὰ δίκαια, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ πῶς πραττόμενα, καί πως νεμόμενα δίκαια, ſed certo quodam modo iura à iudice reddita, ſunt iuſta. Et paulo poſt, Κἀκεῖ τὸ μέλι καὶ οἶνον καὶ καῦσιν καὶ τομὴν εἰδέναι ῥᾴδιον, ἀλλὰ πῶς δεῖ νεῖμαι πρὸς ὑγείαν, καὶ τίνι, καὶ πότε, τοσοῦτον ἔργον ὅσον ἰατρὸν εἶναι. Νέμω tribuo, id eſt ſum ſtudioſus alicuius rei, honorem habeo, & magni pendo. Ariſtot. in Probl. ſect. x v i i i, Ὅτι ἐν οἷς οἴεται ἕκαστος κράτιστος εἶναι, ταῦτα προαιρεῖται. ὃ δ' αἱρεῖται, ἐπὶ τοῦτ' ἐπείξεται, νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας αὐτοῦ.

Ἀπονέμω.

Impertio dicitur Ἀπονέμω. Herodian. de Pertinace, Ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμων. Cic. in Catone, Nuſquam enim tantum tribuitur ætati. Quod Gaza dixit, Οὐδαμοῦ γὰρ τοσοῦτον ἂν ἀπονέμοιτο ἡλικίᾳ. Herodian. Μηδὲν ῥαθυμίᾳ μηδ' ἀναπαύλῃ νέμων, Nihil loci quieti & deſidiæ relinquens. Ariſtot. in v i i i. Ethic. Ὁτὲ μὲν γονεῦσι μὲν τέκνα ἀπονέμῃ ἃ δεῖ τοῖς γεννήσασι, γονεῖς δ' υἱέσιν ἃ δεῖ τοῖς τέκνοις. Νέμω τὸ χωρίον, vtor agro pro paſcuo. Xenoph. Τί οὖν ἔφη ἐπεὶ ὄρη ἀγαθὰ ἔχετε, εἰ θέλοιτ' ἐᾶν νέμειν ταῦτα τοὺς Ἀρμενίους, εἰ ὑμῖν μέλλοιεν οἱ νέμοντες τὰ δίκαια ἀποτελεῖν; Quod etiam νομεῦσι χρῆσθαι ab eodem dicitur. Νέμω, paſco pecus. Lucian. Καταπλάμενος ἐς τὴν Νεμέαν, ἐκεῖ δέ που ὁ Ἄργος βουκολεῖ καὶ νέμει τὴν δάμαλιν ἄϋπνος ὤν. Νέμω etiā τὸ διοικῶ, adminiſtro, gero. Herodianus τοὺς σύγκλητον βουλὴν νέμοντας, pro ſenatu dixit non ſemel.

Νέμομαι.

Νέμομαι, depaſcor, vt pecus depaſcitur, vt vlcus ſerpēs. Dioſcor. Τὰ νεμόμενα τῶν ἑλκῶν ἐφιστᾶν, ſiſtens vlcera ſerpentia. Νέμομαι etiam fruor & poſſideo & victito. Ariſtot. in i x. de hiſtoria animalium de Ardea aui, Νέμεται δὲ καὶ ἕλη, καὶ λίμνας, καὶ πεδία, καὶ λειμῶνας, viuit & paſcitur, καρποῦται. Idem, Ἅπαντα δὲ καὶ τὰ πλωτὰ καὶ τὰ μόνιμα τούτοις νέμεται τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν φυῶσι. ἡ γὰρ οἰκεία τροφὴ ἑκάστων ἐν τούτοις ἐστί. In Pandectis Græcis νέμεσθαι pro poſſidere dicitur. & νομή, poſſeſſio, hoc eſt κάρπωσις. Quod Cicero imitari volens dixit, Depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. Νέμομαι etiam partior. Liban. Ἀπολλόδωρος οὖν νέμεται πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν πατρῴαν οὐσίαν. Quod verbum frequens eſt apud oratores, eo modo dictum quo μερίζομαι.

Μερίζω.

Cùm enim μερίζω καὶ καταμερίζω τὸ διαιρῶ ſignificet καὶ διανέμω, tamen μερίζομαι καὶ καταμερίζομαι partior ſignificat, id eſt

Μερίζομαι.
Καταμερίζομαι.

partem virilem vel legitimam recipio. Baſil. πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, Δαπανητικὸν γὰρ πλούτου ἡ θεραπεία τῶν δεομένων, ὀλίγα μὲν ἑκάστου πρὸς τὴν ἀναγκαίαν ἐπιμέλειαν δεχομένου, πάντων δὲ ὁμοῦ καταμεριζομένων τὰ ὄντα, καὶ περὶ ἑαυτοὺς δαπανώντων. Idem, καταμερίζουσι γὰρ τὸν πλοῦτον πρός τε τὴν παροῦσαν χρείαν, καὶ πρὸς τὴν

γράφουσιν,id eſt diuidunt in geminam expenſorum paginam. Διανέμομαι
diripio & partior,vt raptores ſolent inter ſe partiri prædã.Ariſtot.in III.
Politic.Τί γὰρ ἂν οἱ πένητες διὰ τὸ πλείους εἶναι, διανέμωνται τὰ τῶν πλουσίων, τοῦτ' οὐκ
ἄδικόν ἐστιν; Idem,Πάλιν οἱ πλείους τὰ τῶν ἐλαττόνων ἐὰν διανέμωνται,φανερὸν ὅτι φθεί-
ρουσι τὴν πόλιν,id eſt ἐὰν διαρπάζωσι, vt alibi dixit. & eodẽ modo Plato vſus eſt
ad Dionyſiũ ſcribens.Hoc Cicero diuidere vocat in Philippicis, vt XIII,
Cũ minaretur dominis,notaret domos,diuiſurũ ſe urbẽ palàm ſuis polli-
ceretur.Et XI,Lentonẽ & Nuculã Italiæ diuiſores.Partiri verò appellat νέ-
μεσθαι τὰ πατρῷα.pro Cluẽtio,Fecit hæredẽ eum adoleſcentẽ Oppianicum,
cúmque partiri cũ Dinea matre iuſſit. Theophr.in v.de Cauſis,Τὴν δὲ τῆς
τροφῆς ἐπιρροὴν ἕκαστον εἰς τὴν αὑτοῦ φύσιν καταμερίζεται καὶ δύναμιν. Ariſtoteles ge-
nitiuo iunxit in quinto Ethicorũ, Εἰ δὲ γινώσκων ἔκρινεν ἀδίκως, πλεονεκτεῖ καὶ
αὐτὸς ἢ χάριτος ἢ τιμωρίας, ὥσπερ οὖν κἂν εἴ τις μερίσαιτο τοῦ ἀδικήματος. καὶ ὁ διὰ ταῦ-
τα κρίνας ἀδίκως, πλέον ἔχει,quemadmodum ſi quis particeps fieret per iniu-
Νομή. riam ablati. Νομή,διαίρεσις,μερισμὸς,νέμησις,pabulatio & præda. Xenoph.
in VI.παιδείας,Πρὸς δὲ τούτοις ἐρωτῶν οὓς μάλιστα ᾤετο εἰδέναι τὴν χώραν,ὁπόθεν ἂν ὡς μά-
λιστα ὠφελοῖτο τὸ στράτευμα,ἐξῆγεν ἀεὶ πρὸς νομάς.Νομαὶ etiam τὰ νεμόμενα τῶν ἑλ-
κῶν.Dioſc.Ἀμφοτέρων δὲ τὰ φύλλα ἵστησι νομὰς καὶ φλεγμονάς. Dicitur & de incẽ-
dio. Polyb.in primo, Τῆς τοῦ πνεύματος βίας φυσώσης, τὴν νομὴν τοῦ πυρὸς ἐνερ-
γὸν συνέβαινε γίνεσθαι καὶ πρακτικήν. Νομεὺς etiam tributorem ſignificat.
Syneſ.Μόνον ὁ θεὸς ἀγαθῶν εἴη νομεύς.Idem,Εὔχομαι τὸν γινόμενον νομέα τοῦ βίου,γε-
νέσθαι καὶ τοῦ νεμηθέντος προστάτην. Ἐπινέμομαι,depaſcor, abſumo, populor.
Ἐπινομία. quod Herodianus de incendio, Thucydides de peſte dixit. Ἐπινομία ſic
Ἐπιμιξία. dicitur vt ἐπιμιξία, quaſi commercium paſcuarium, id eſt τὸ ἐν γῇ ἀλλήλων
Ἐπιγαμία. ἐξεῖναι νέμειν.vt ἐπιγαμία, connubialis neceſſitudo,ius cõnubiale. Xenoph.
in tertio παιδείας, Καὶ ἐπὶ τούτοις ἔδοσαν πάντες καὶ ἔλαβον τὰ πιστά, καὶ ἐλευθέρους
μὲν ἀμφοτέρους ἀπ' ἀλλήλων εἶναι συνέθεντο,ἐπιγαμίας δὲ εἶναι καὶ ἐπεργασίας, καὶ ἐπινο-
Ἐπεργασία. μίας, καὶ συμμαχίαν δὲ κοινήν, εἴ τις ἀδικοίη ὁποτέρους οὖν. Eſt autem Ἐπεργασία
ius arandi inter ſe, vt ἐπινομία paſcendi.hoc eſt ὁμιλία καὶ ἐπιτηδειότης ἢ φιλία
Ἐπεξεργασία. ἐπὶ τῷ νέμειν,καὶ ἐπὶ τῷ ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. vt ἐπιμιξία ἐπὶ τῷ μίγνυσθαι. Ἐπεξεργα-
Ἐπεξεργάζο- σία eſt operis conſummatio & expolitio: & ἐπεξεργάζεσθαι abſoluere.Baſil.
μαι. in Hexaëm.Διὰ τὸ ἐκεῖ μὲν ἐν κεφαλαίῳ παραδίδοσθαι οὐρανοῦ καὶ γῆς ποίησιν,ἐνταῦθα
δὲ ἐπεξεργαστικώτερον τὸν τρόπον καθ' ὃν ἕκαστον γέγονε, τὴν γραφὴν ἡμῖν παραδιδόναι.
Idem in quarta homilia, de eorum incepto loquens qui coniungere
mare AEgyptium volebant cum Indico,in quo Erythrum mare. Διόπερ
ἐπέσχον τὴν ἐπιχείρησιν, πρῶτος Σέσωστρις ὁ Αἰγύπτιος, καὶ μετὰ ταῦτα βουληθεὶς ἐπεξεργά-
Ἐπεργάζομαι. σασθαι Δαρεῖος ὁ Μῆδος, id eſt opus abſoluere,id eſt ἐπεξιέναι τῷ ἔργῳ. Ἐπεργάζε-
σθαι,colere,arare. Pauſ.in Phocicis, Τοῦτο δὲ τὸ ἄγαλμα Ἀμφικτυόνων ἐστίν, ὅτε
Φωκεῦσιν ἐπεργαζομένοις τοῦ θεοῦ τὴν χώραν,ἐπέβαλον ζημίαν χρημάτων. Plato lib.
VIII. de Legib. ἐπεργάζεσθαι pro eo accipere videtur quod eſt plus æquo
pro ſuo arare, de iis loquens qui terminos mouent, & fines ſuos iniuria
promouent.Ὃς δ' ἂν ἐπεργάζηται τὰ τοῦ γείτονος ὑπερβαίνων τοὺς ὅρους,τὸ μὲν βλάβος
ἀποτινέτω. Idem, Διὸ χρὴ πάντως εὐλαβεῖσθαι γείτονα γείτονι μηδὲν ποιεῖν διάφορον,
τῶν δὲ ἄλλων πέρι,καὶ δὴ καὶ ἐπεργασίας ξυμπάσης σφόδρα ἀεὶ διευλαβούμενον.Sic etiã



Ἐπινέμειν accipit pro in alieno paſcere.Ibidem, Καὶ ἐάν τις βοσκήματα ἐπινέ-
μῃ,τὰς βλάβας οἱ ἀγρονόμοι ὁρῶντες, κρινόντων καὶ τιμώντων. & Ἐπιμίγνυσθαι com- Ἐπιμίγνυσθαι.
mercia inire,inter ſe verſari,& libere commeare ad alteros. Thucydid.in
principio libri ſecundi,Ἐν ᾧ πολέμῳ οὔτε ἐπεμίγνυντο ἔτι ἀκηρυκτεὶ παρ' ἀλλήλους.
Baſil. Greg.ὃ δὲ μέγιστον εἰπεῖν ἔχομεν τοῦ χωρίου, ὅτι ἥδιστον ἐμοὶ πάντων καρπῶν τὴν
ἡσυχίαν τρέφει.οὐ μόνον καθότι ἀστικῶν χωρίων ἀπήλλακται, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ ὁδίτην τινὰ
παραπέμπει,πλὴν τῶν κατὰ θήραν ἐπιμιγνυμένων ἡμῖν.Dicitur & voce actiua Ἐπι- Ἐπιμίγνυμι.
μίγνυμι.Thucyd.in I,Ἐμπορίας οὐκ οὔσης, οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις οὔτε
κατὰ γῆν,οὔτε διὰ θαλάσσης. Συμμίγνυμι dicitur voce actiua. quod ſignifi- Συμμίγνυμι.
cat vires ſocio,caſtra caſtris adiungo.Xenoph.in quinto παιδείας, Οὐκοῦν
οἴεσθε νῦν αὐτοὺς ἡδέως ἂν σὺν ἡμῖν ἐπιβῆναι Ἀσσυρίῳ; ἔφασαν,καὶ σφόδρα γε εἴ πῃ δύ-
ναιντο συμμῖξαι.τί δ' ἐν μέσῳ ἔφη,ἔστι που συμμῖξαι; Et in VI.ἑλληνικ.Οἱ δ' ἐκ Τε-
γέας Ἀρκάδες παρῆσαν μάλα πολλοὶ ὁπλῖται,συμμῖξαι μάλα βουλόμενοι τοῖς Μαντι-
νεῦσι. Ἀναρτῶ,ſuſpendo,ἀνάπτω. Demoſth.περὶ παραπρ.Μηδ' ἀναρτωμένους Ἀναρτῶ.
ἐλπίσιν ἐξ ἐλπίδων καὶ ὑποσχέσεσιν,εἰς τοὔσχατον ἐλθεῖν τὰ πράγματ' ἐᾶσαι.Artemidor.
in primo ὀνειροκρ. Ἀναρτᾶν ἑαυτὸν, ἀποθνήσκειν,σταυροῦσθαι.Alibi,Ὁ δὲ φυγὰς γενόμε-
νος,ἀναρτήσας ἑαυτὸν,ἐτελεύτησε τὸν βίον.Plutarch.in Othone,Πάντων πρὸς αὐτὸν
ἀπηρτημένων ταῖς ὄψεσι,Cum omnes eum oculis deſignarent ex eo ſuſpenſi.
cum omnes in eum verſi eſſent,nutum eius expectantes,& ex vultu eius
pendẽtes.Liuius, Tot populos inter ſpẽ metúmq; ſuſpenſos animi habe-
tis. Cic.in Verr.act.vltima,Cum ſeruorũ animos in Sicilia ſuſpẽſos pro-
pter bellum Italiæ fugitiuorũ videret. Idem in Epiſt. Quid ſcriberem nõ
habebam. omnia enim erant ſuſpenſa propter expectationem legatorũ,
πάντα γὰρ ἀνήρτητο. πάντα γὰρ μετέωρα ἦν. Ἀναρτῶμαι voce paſſiua tantùm, Ἀναρτῶμαι.
concilio mihi,& aſciſco, amicitiáque deuincio. Xenoph.in exordio παι-
δείας, Ἀνηρτήσατο δὲ τοσαῦτα φῦλα ὅσα καὶ διελθεῖν ἔργον ἐστίν. Idem alibi,Κῦρος δὲ
κατέμενε καὶ αὐτοῦ ἐτρέφετο. καὶ ταχὺ μὲν τοῖς ἡλικιώταις προσιὼν συνεκέκρατο,ὥστε οἰ-
κείως διακεῖσθαι, ταχὺ δὲ τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀνήρτητο, amicos & bene cupientes
reddidit ſuo congreſſu,ita vt diuelli ab eius amicitia non poſſent. Ἀναρ-
τᾶν verò ἑαυτὸν eſt ſpem ſuam & præſidium in aliquo locare,& cum eo vi-
tæ ſubſidia ſociare. Demoſth.ὑπὲρ τῶν Λυκούργου παίδων, Ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις τι-
νὰ κτησαμένοις φιλίαν καὶ κατορθοῦσιν, ἐν πᾶσι πλεονεκτεῖν ὑπάρχει. τοῖς δ' εἰς τὸν δῆ-
μον ἀναρτήσασιν ἑαυτούς,οὐ μόνον κατὰ τὰ ἄλλα ἔλαττον ἔχειν ὑπάρξει, ἀλλὰ καὶ τὰς συμ-
φορὰς βεβαίας τούτοις μόνοις τῶν ἄλλων μένειν, id eſt, qui populo ſe adiungunt, &
populares eſſe volunt. Ἀπαρτῶ τὸ χωρίζω, dirimo, diſtraho, diſſocio. & Ἀπαρτῶ. Ἀπαρτῶμαι.
Ἀπαρτῶμαι, dirimor, ſeparor. Demoſth. περὶ στεφάνου,Καί με μηδεὶς ὑπολά-
βῃ ἀπαρτᾶν λόγον τῆς γραφῆς, ἐὰν εἰς Ἑλληνικὰς πράξεις καὶ λόγους ἐμπέσω, Nemo
me exiſtimet abducere orationem & auertere ab ipſis criminibus.Quod
ipſe alibi dixit ἐπισύρειν τὰ πράγματα,hoc eſt quaſi tergiuerſari,nec pedem
cum accuſatore conferre. Inde Ἀπαρτῶμαι, aberro, longius digredior.
Athen.Ἀπαρτώμενοι τῆς ἀληθείας ἐπιπλεῖστον, καὶ μανικῶς ἁμαρτάνοντες, longius à
veritate auerſi & aberrantes.Xenoph.ἐὰν δὲ πορευομένων ποι τῶν πολεμίων,ἀπαρ-
τᾶταί τι ἀσθενέστερον τῆς αὐτοῦ δυνάμεως,ἢ θαρροῦν ἀποσκεδάννυνται, οὐδὲ ταῦτα χρὴ
λανθάνειν, Si quod agmen ab exercitu longius iam imprudens abſuerit,aut

fiducia ſui palari prædabundè viſum fuerit, minus tamen quàm vt par eius copiis eſſe poſſit, id eum fugere nõ oportet. Theophraſt. in tertio de Cauſis, Ἀλλ᾽ αὐτὴ μὲν ἀπηρτημένη πως ἐστὶ τῆς αἰσθήσεως, ἄλλαι δὲ ὁμολογούμεναι καὶ ἐμφανεῖς, longè abeſt à ſenſu. Themiſt. in primo de Anima, Τὰ μὲν γὰρ ἀπηρτημένα τῶν συμβεβηκότων, καὶ λίαν ἔξω τῆς φύσεως, οὐδὲν ἡμᾶς ὀνήσει πρὸς τὴν εὕρεσιν τῶν ὁρισμῶν, hoc eſt, τὰ μὴ καθ᾽ αὑτὰ συμβεβηκότα, ſed longius aſſumpta, & quæ procul abſunt ἀπὸ τοῦ τί ἦν εἶναι τοῦ ὑποκειμένου. Ἀπαρτῶ etiam ſuſpendo & alligo. Lucian. in Timone, Ἡ βελτίστη δὲ πενία τά τε ἀναγκαῖα κάμνοντί μοι παρεῖχε, καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων καταφρονεῖν ἐπαίδευεν, ἐξ αὐτοῦ ἐμοῦ τὰς ἐλπίδας μοι

Συναρτῶμαι. ἀπαρτήσασα. Συνήρτημαι δὲ ἀκολουθῶ. Plutarch. περὶ τοῦ ΕΙ τοῦ ἐν Δελφοῖς, ἀλλὰ πάντα τοῖς γεγονόσι τὰ γιγνόμενα, τά τε γενησόμενα τοῖς γιγνομένοις ἕπεται καὶ συνήρτηται. Idem, Ὅτι δὲ εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστιν, οὐδὲν ἄλλο ζῷον συνίησι πλὴν ἄνθρωπος, ἡγουμένου τε καὶ λήγοντος, ἐμφάσεώς τε καὶ συναρτήσεως τούτων καὶ σχέσεως πρὸς ἄλληλα καὶ

Συνάρτησις. διαφορᾶς μόνος ἔχων ἔννοιαν, ἐξ ὧν αἱ ἀποδείξεις τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσι. συνάρτησιν

Ἀπαρτίζω. ἀντὶ τῆς ἀκολουθίας dixit. Ἀπαρτίζω, τὸ ἀρτίως συμπληρῶ, τουτέστιν ἁρμοδίως καὶ ἡρμοσμένως, hoc eſt omnibus numeris expleo. ſed ferè abſolutè ponitur. Ariſtoteles in quinto Politicôn docens vix iam fieri poſſe, vt iuſtum vllum ſit regnum, ita inquit, Οὐ γίνονται δ᾽ ἔτι βασιλεῖαι νῦν. ἀλλ᾽ ἄν περ γίνωνται, μοναρχίαι καὶ τυραννίδες μᾶλλον, διὰ τὸ βασιλείαν ἑκούσιον μὲν ἀρχὴν εἶναι, μειζόνων δὲ κυρίαν. πολλοὺς δὲ εἶναι τοὺς ὁμοίους, καὶ μηδένα διαφέροντα τοσοῦτον, ὥστε ἀπαρτίζειν πρὸς τὸ μέγεθος, καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς ἀρχῆς, vt æquare prudentia & grauitate morum poſſit magnitudinem dignitatis & principatus. Quare & pro quadrare ponitur. Idem in quinto de hiſtor. animalium, Πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐκτροφὰς τῶν τέκνων στοχαζόμενα, ποιοῦνται τὸν συνδυασμὸν ἐν τῇ ἀπαρτιζούσῃ ὥρᾳ, id eſt ἐν τῇ καθηκούσῃ, vt ipſe alibi. hoc eſt ita quadrãte cum fœtuum nutricatione, vt hyemi anteuertat, quæ inimica eſt fœtationi. Et rurſus in quinto de generatione, Ὅταν οὖν μὴ δύνηται ἡ φύσις ὁμοίως ἀπαρτίσαι, ἢ πέψασα τὸ ἐν ἀμφοτέροις ὑγρὸν, ἢ μὴ πέψασα, ἀλλὰ τὸ μὲν, τὸ δὲ μὴ, τότε συμβαίνει γίνεσθαι ἑτερογλαύκους.

Adæquare. Hoc in loco ſignificat adæquare. quod verbum abſolutè interdum ponitur ſuppreſſo caſu accuſatiuo, vt apud Græcos. vt Cicero ad Atticum locutus eſt his verbis, Senatorum vrna copioſè abſoluit, Equitum adæquauit, ἀπήρτισε καὶ ἀγχώμαλος ἐγένετο. vel ad verbum, ὡμάλισε καὶ ἔτυχεν ὁμαλίσασα.

Ὁμαλίζω. Eſt enim Ὁμαλίζειν, æquabiliter aliquid facere, vel fieri, & procedere. Ariſtoteles, Διὰ τὸ τὴν τοῦ θερμοῦ φορὰν ὁμαλίζειν εἰς τὸ πρόσθεν, abſolutè dixit. Xenophon de tritura tritici loquens, Στρέφοντες γὰρ, καὶ ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν ὑποζυγίων ἀεὶ ὑποβάλλοντες τὰ ἄτριπτα, μάλιστ᾽ ἂν ὁμαλίζοιεν, καὶ τάχιστα ἀνύτοιεν. Idem, Ὅπως τὸ δεόμενον κόψωσι, καὶ ὁμαλίζηται ὁ ἀλοητὸς, id eſt ſpicæ æqualiter tundentur & terentur.

Ὁμαλύνω. Quod etiam Ὁμαλύνειν dicitur ab Ariſtotele in ſexto τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, Εἰ γὰρ ὑγιάσθη, δεῖ ὁμαλυνθῆναι, ad æqualitatẽ redigi. Hoc Ἀπαρτίζειν dixit idem in primo Meteorologicôn, vbi ἀπορῶν διὰ τί οὐ συνίσταται τὰ νέφη ἐν τῷ ἀνωτάτῳ τόπῳ τοῦ ἀέρος, ita inquit, Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ διὰ τὴν κύκλῳ φορὰν κωλύεσθαι συνίστασθαι νέφη ἐν τῷ ἀνωτάτῳ τόπῳ. ῥεῖν γὰρ ἀναγκαῖον ἅπαντα τὸν κύκλῳ ἀέρα, ὅσος μὴ ἐντὸς τῆς περιφερείας λαμβάνεται τῆς ἀπαρτιζούσης, ὥστε τὴν γῆν σφαιροειδῆ εἶναι πᾶσαν, Fluidum enim eſſe vniuerſum aërem



neceſſe eſt qui non coercetur intra orbem ſic æquum vndique, vt terram abſolutè globoſam efficiat. Quibus verbis ſignificat ſuperficiem circularem per ſumma montium cacumina circunſcriptam, & intra caua intermedia aërem iam non fluxum, ſed concretum ambientem, quæ materia eſt nubium.

Ὁμαλότης. Ὁμαλότης, æqualitas, æquabilitas. Galen. Κοινὸν δὲ ἅπασι τοῖς ἐφημέροις ἡ ὁμαλότης τοῦ σφυγμοῦ, pulſus æquabilis. & Ariſtoteles ὁμαλότητα τὴν ὑγίειαν vocat. cui opponitur ἀνωμαλία. qui etiam in ſecundo Politicôn ὁμαλότητα τῶν κτήσεων καὶ οὐσιῶν vocat, quam Cicero donorum æquationem in ſecundo Officiorũ, Capitalis eſt (inquit) oratio ad æquationem bonorum pertinens. Ariſtoteles ὁμαλίζειν τὰς κτήσεις καὶ ἰσάζειν dixit.

Ὁμαλής. Ὁμαλὴς etiã vt ὁμαλὸς ab eodem dicitur, vt ἀνώμαλος & ἀνωμαλής. Athenæus ὁμαλὴν δίαιταν appellat æqualitatem ciuilem, cui opponitur πλεονεξία.

Ἰσάζω. Ἰσάζω etiam interdum abſolutè ponitur, vt Cicero adæquare poſuit. Ariſtotel. in quinto Politicôn, Κινοῦνται δ᾽ αἱ πολιτεῖαι, καὶ ὅταν τἀναντία εἶναι δοκοῦντα μέρη τῆς πόλεως, ἰσάζῃ ἀλλήλοις, οἷον οἱ πλούσιοι, καὶ ὁ δῆμος. μέσον δ᾽ ἢ μικρὸν ἢ μηθὲν πάμπαν, hoc eſt cum numerus vtrinque adæquat, & æqualis eſt, ὅταν μηδέτερον μέρος ὑπερέχῃ τοῦ ἑτέρου. Ipſe alibi ἰσάζοντα ζυγὰ vocat æquilibrium in Problematis. Ἰσάζω etiam aliquando ἀντὶ τοῦ ἰσοδυναμεῖν ponitur. vt idem de pollice manus, Ἵνα ἰσάζῃ εἷς ὢν πολλοῖς. Ἰσάζουσαι autem ψῆφοι dici poſſunt, cum iudices adæquant, aut eorum ſententiæ: atque etiam ἰσαζόμεναι, vt ipſe in Probl. ſect. vndetriceſima, Ἐπειδὴ οὐδεμίαν ὑπεροχὴν ἰσασθεισῶν τῶν ψήφων, κατὰ χώραν εἴασεν ὁ νομοθέτης.

Ἀπαρτίζω. Verùm Ἀπαρτίζειν verbo commodè vſus eſt Gaza in libro de Menſibus, Ἀπορήσειε δ᾽ ἄν τις εἴγε τοὺς χρόνους Ἀθηναῖοι ἦγον κατὰ τὴν τῆς σελήνης φορὰν, Ῥωμαῖοι δὲ κατὰ τὴν ἡλίου λογίζονται, πῶς ἂν οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐφαρμόζοιντο τοῖς τῶν Ῥωμαίων μησὶν, ὥστε καὶ ἀπαρτίζειν ἀεὶ, id eſt vt adæquent, & alteri cum alteris ita cõpetant in exitu, vt ſemper ſimul finiantur.

Συναπαρτίζω. Dicitur & συναπαρτίζειν pro eodem. Themiſt. in III. Phyſicôn, Ὅτι δὲ ἀναγκαίως ἀκολουθεῖ τῷ πεπεράνθαι τοὺς τόπους, πεπεράνθαι καὶ τὰ σώματα, τίς οὐκ οἶδε. συναπαρτίζειν γὰρ τοῖς τόποις αὐτὰ ἀναγκαῖον, id eſt æqua eſſe magnitudine.

Ἀπαρτισμός. Ἀπαρτισμὸς ἡ συμπλήρωσις, complementum, cum numeri omnes iuſtè complentur. Quare Lucæ decimoquarto vbi legitur, Πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν, ἀπαρτισμὸς ſignificat omnium partium iuſtam abſolutionem. eſt enim ἀπαρτίζειν ita rem abſoluere, nihil vt deſit, nec redundet. Hermogenes tomo quarto, Ἔστι δὲ ἀληθινὴ ἡ ἀπαρτίζουσα τὸ ἐπιχείρημα, καὶ συνάγουσα, ὡς τό γε ἑτέρως λέγειν, περιοδικῶς ἐστὶ λέγειν, οὐ περίοδον ποιεῖν.

Πνεῦμα. Idẽ alibi, Πνεῦμα μὲν οὖν ἐστὶ σύνθεσις λόγου, διάνοιαν ἀπαρτίζον, ἐν κώλοις καὶ κόμμασι μετρούμενον, πρὸς τὴν διάρκειαν τοῦ πνεύματος κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ λέγοντος, id eſt verborum ambitus ſuis ac certis membris inciſiſve conſtans, ad vocem pronunciantis attemperatus, & quantum ſermonis vno ſpiritu proferre orator poteſt, qualis eſt fortaſſe περίοδος τετράκωλος. Quo vocabulo etiam ſignificatur ſumma impendiorum iuſtorum ſubducta cum pecunia quæ in numerato habetur. Nam qui domum ædificare inſtituit, is ſi frugi ſit, rationem impenſæ futuræ cum pecunia ſua colligit, vt ex eo videat quatenus exædificare poſſit. quòd ſi ſummæ adæquent inter ſe, iam ſecurus

Ἀπαρτιλογία.

eſt operis. Hæc ratio Ἀπαρτιλογία dicitur, quam Cicero quadrantem appellat, cum nihil nec excurrit, nec deeſt. Herodotus in Polymnia, Καὶ τὰς τεσσαρακοσίας μυριάδας τοι τῶν στατήρων ἀποπλήσω παρ' ἐμεωυτοῦ, δοὺς τὰς ἑπτὰ χιλιάδας, ἵνα μή τοι ἐπιδέες ἔωσι αἱ τεσσαρακόσιαι μυριάδες ἑπτὰ χιλιάδων, ἀλλ' ᾖ τοι ἀπαρτιλογίη ὑπ' ἐμέο πεπληρωμένη. Baſil. in Hexaëm. homil. III. interpretans illa verba, καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλὸν, ita ſcribit, Τοιοῦτος οὖν δή τις ἔντεχνος ἐπαινέτης τῶν κατὰ μέρος ἔργων ὁ θεὸς ἀναγέγραπται, τὸν προσήκοντα ἔπαινον καὶ παντὶ ὁμοῦ τῷ κόσμῳ ἀπαρτισθέντι πληρῶν, id eſt omnibus ſuis partibus abſoluto. Idem homilia ſexta de luna loquens, quæ multipliciter conformatur, Καὶ σελήνη

Ἀπαρτίζω.

(inquit) ὅταν ποτὲ πρὸς τὸν ἴδιον κύκλον ἀπαρτισθῇ, ἀρχηγὸν ἐποίησε τῆς νυκτός. ἀπαρτισθεῖσαν appellat πανσέληνον. Et rurſus, κατὰ τὰ ἄλλα δὲ σχήματα οὐ συναπαρτίζεται τῇ νυκτὶ τὸ σεληναῖον φῶς, non æquè cum nocte integro lumine protéditur. Et in decima, ἐκ τῆς μερίμνης βούλεται ἀπηρτισμένον καὶ τέλειον καὶ ἠκριβωμένον αὐτοῦ ποιῆσαι τὸ φιλοτέχνημα. Eſt enim ἄρτιος omnibus partibus abſo-

Ἄρτιος.

lutus. vnde ἄνθρωπος ἄρτιος ab Apoſtolo dictus Poſter. ad Timotheum cap. III. in fine, Ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος. vbi ἐξηρτισμένος ἀντὶ τοῦ ἀπηρτισμένος εἴρηται. quo in loco OEcumenius, ἄρτιος δέ ἐστιν ὁ ἀεὶ ἴσος, καὶ μήτε τοῖς λυπηροῖς κλινόμενος, μήτε τοῖς χρηστοῖς ἐπαιρόμενος, ἀλλ' ἀεὶ ὡσαύτως ἔχων ἐν πράγμασιν ἀνίσοις, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀπηρ-

Ἀπάρτιον προγράφειν.

τισμένος καὶ πεπληρωμένος, exactus & abſolutus. Ἀπάρτιον προγράφειν, eſt auctionem bonorū facere, & auctionari. Plutarch. in Apophth. de Cicerone loquens, Φαύστου δὲ τοῦ Σύλλα παιδὸς διὰ πλῆθος δανείων ἀπάρτιον προγράψαντος, ταύτην μᾶλλον ἔφη τὴν προγραφὴν ἀσπάζομαι, ἢ τὴν πατρῴαν αὐτοῦ. Cicero pro Quintio, Auctionem Narbone proſcribit ſe facturum. Dicitur etiā Ἀποκηρύττειν τὰ πατρῷα, Κηρύττειν τὰ ὄντα. Demoſth. κατ' Ἀριστοκράτ. Ὥσπερ οἱ τὰ μικρὰ καὶ κομιδῇ φαῦλα ἀποκηρύττοντες, οὕτω πωλοῦσιν ἐπευωνίζοντες. Lucian. Ἀποκηρυξόμενοι

Ἀρτῶμαι.

βίους φιλοσόφους παντὸς εἴδους. Ἀρτῶμαι, pendeo animi, & ſpem meam in aliquo collocatam habeo. Herodian. lib. IIII, Ἤρτηται νῦν πᾶσα ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς ὑμετέρας ἀνδρείας τε καὶ πίστεως. οὐ γὰρ περὶ ὅρων γῆς ἡ φιλονεικία, περὶ τοῦ παντὸς δὲ πρὸς μέγαν βασιλέα. Cicero de lege Agraria, Nolo ſuſpēſam & incertam plebem Romanā obſcura ſpe & cæca expectatione pendere. Et ad Quintum fratrem, Promiſſis iis, quæ oſtendit, non valde pendeo. Ἀρτῶμαι ἔκ τινος, adiunctus ſum alicui, & ſocius, vel comes ſum, & aſſecla. Xenoph. in ſexto Ἑλληνικῶν, Οὐκοῦν τοῦτο δῆλον, ὅτι Φαρσάλου προσγενομένης, καὶ τῶν ἐξ ὑμῶν ἠρτημένων πόλεων, εὐπετῶς ἂν ἐγὼ Θετταλῶν ἁπάντων ταγὸς ἂν καταςαίην. Verba ſunt ad Lacedæmonios dicta, de iis ciuitatibus quæ nomē Lacedæmoniū ſequebantur, & eorum imperio accedebant & parebāt. Ἀρτι in cōpo-

Ἀρτι.

Ἀρτίπους.

ſitione interdū integritatem ſignificat, interdum nouitatē. ἀρτίπους opponitur τῷ χωλῷ. Lucian. Ὀξυδερκὴς τότε πῶς καὶ ἀρτίπους γίγνομαι πρὸς μόνον

Ἀρτίχειρ.

τὸν καιρὸν τῆς φυγῆς. Ἀρτίχειρ opponitur τῷ κυλλῷ. Apud Platonem lib. VII. de Legibus, ἀρτίποδες καὶ ἀρτίχειρες dicuntur qui vtroque pede & vtraq; manu æque vtūtur, vt ſunt ἀμφιδέξιοι, nullo per diſſuetudinē vtendi debilitato.

Ἀρτίφωνος.

Sic Ἀρτίφωνοι καὶ Ἀρτιεπεῖς dicti ſunt à recta & iuſta appellatione literarū,

Ἀρτιεπής.

& ab integritate vocis. Ἀρτιβλαστὴς autem qui nuper germinauit, apud Theophraſtum,



Theophraſtū, Ὅταν ἀρτιβλαστῶν ὄντων ἐπιγένηταί τι πνεῦμα. Ἀρτιτελὴς, ὁ νεοτελὴς, recēs initiatus Platoni in Phædro. Ἀρτιπαγὴς, nuper cōpactus Gregorio.

Ἀρτιτελὴς, καὶ τὰ ὅμοια.

Ἀρτιάζω, ludo par impar. Ariſtoph. Στατῆρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν. & Ἀρτιασμὸς ludus ipſe vel luſio. Ariſtotel. in III. Rhetor. τύχοι γὰρ ἄν τις ἐν τοῖς ἀρτιασμοῖς ἄρτια ἢ περιττὰ εἰπών. Ἀρτίφρων καὶ ἀρτιμελὴς legūtur apud Platonem lib. VII. de Repub. Eſt autem Ἀρτίφρων, cui ἀνάπηρος τὴν ψυχὴν opponitur. Quid autē ſit ἀνάπηρος ψυχὴ, ipſe docet. Καταρτίζω eſt coagmento, componóque. Et Καταρτίζω, luxata mēbra in artus repono, apud AEginetam. Et Καταρτισμὸς, inquit Galenus, ἡ μεταγωγὴ ὀστῶν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν τόπου εἰς τὸν κατὰ φύσιν. Καταρτίζω etiam commotum & perturbatum compono, quaſíque mentem emotam luxatámque in locum ſuum reſtituo, καὶ καθίστημι τὸν ταραχθέντα. Plut. in Catone, Ἡμέτερον εἶπεν ἔργον οἰδοῦντα μαλάξαι καὶ καταρτίσαι. Significat etiam reficio & ſarcio. Polyb. in I. hiſtor. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν οἱ Ῥωμαῖοι προσεπισιτισάμενοι, καὶ τὰς αἰχμαλώτους ναῦς καταρτίσαντες, ἀνήγοντο, ποιούμενοι τὸν πλοῦν ὡς ἐπὶ τὴν Λιβύην. Et in tertio, Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀσδρούβας ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς Ἰβηρίας στρατηγὸς, καταρτίσας ἐν τῇ παραχειμασίᾳ τὰς ὑπὸ τἀδελφοῦ καταλειφθείσας τριάκοντα ναῦς, καὶ δέκα προσαναπληρώσας ἄλλας, ἀνήχθη τετταράκοντα ναυσί. Significat etiā ἀπαρτίζω, hoc eſt perficio, abſoluo. Chryſoſt. enarrans illud ad Rom. IX, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, σκεῦος (inquit) ὀργῆς ἐκάλεσε τὸν ἀπηρτισμένον οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ εἰς ἀπώλειαν, id eſt conſummatæ iniquitatis effectum. Καταρτίζω, ex multis vnum compono. ex quo etiam ſignificat ad concordiā atque vnanimitatem deduco vel reduco. Dioſcor. in præfatione libri ſexti, Ὅθεν τὸν ὑποπτεύοντα δεῖ παραιτεῖσθαι τὰ κατηρτισμένα τῶν ἐδεσμάτων, καὶ πᾶσαν ἐπιτεταμένην ποιότητα γεύσεων ὅσαι εἰσὶ διὰ τῶν γλυκέων ἢ δριμέων ἢ ὀξέων διαφυλάττεσθαι. Quare eū qui ſibi metuit à veneficio, vitare oportet omnia edulia è multis rebus concinnata & compoſita. Herodot. in Terpſichore, Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἡ Μίλητος αὐτή τε ἑωυτῆς μάλιστα δὴ τότε ἀκμάσασα, καὶ δὴ καὶ τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα. κατύπερθε δὲ τουτέων ἐπὶ δύο γενεὰς ἀνδρῶν νοσήσασα ἐς τὰ μάλιστα στάσι, μέχρι οὗ μιν Πάριοι κατήρτισαν. τούτους γὰρ καταρτιστῆρας ἐκ πάντων τῶν Ἑλλήνων εἵλοντο οἱ Μιλήσιοι. κατήλλαξαν δέ σφεας ὧδε Πάριοι. καταρτίζειν pro καταλλάττειν dixit, id eſt diremptos conſociare, & diſſidentes cōciliare, perturbatos & ſeditionem agitantes ſedare & componere. Paulus ad Galatas vltimo, Ἀδελφοὶ, ἐὰν τε προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πρᾳότητος, Si occupatus fuerit homo in aliqua offenſione, vos qui ſpirituales eſtis, cōponite hominē huiuſcemodi in ſpiritu clemētiæ. Trāſlatio eſt ἀπὸ τοῦ ἐξαρθρήματος, ὅταν τὰ ἐξηρθρηκότα μέλη εἰς τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανέλθῃ, cū luxati art' ſibi reſtituūtur. Quare ad luxatas animi partes trāſfertur, cū homo animi perturbatione affectus cōponitur, ac ſibi reſtituitur. Exire enim vehemēter irati aut aliter perturbati è poteſtate dicūtur, vt Cic. dixit in Tuſc. vt ad ſeſe redire, ὅταν καταστῇ τὸ κεκινηκὸς, καὶ τὸ πάθος. Baſil. περὶ ταπεινοφροσύνης, Μὴ βαρὺς ἐν ἐπιτιμήσεσι γίνου, μηδὲ ἐμπαθῶς ἐξελέγχων, μηδὲ ἐπὶ μικροῖς καταδικάζων, ὡς ἀκριβοδίκαιος αὐτὸς ὑπάρχων. τοὺς ἐν παραπτώματι αὐτὸς προσλαμβανόμενος, καὶ πνευματικῶς καταρτίζων αὐτοὺς, ὡς ὁ ἀπόστολός φησι, & ſpiritualiter cōponēs, & ſibi

Ἀρτιάζω.

Ἀρτιασμός.

Ἀρτίφρων.

Καταρτίζω.

Καταρτισμός.

reſtituens. AEgineta περὶ τῶν κυφουμένων loquens, Επὶ δὲ τῆς ἄρτι γινομένης κυφώσεως ἀπὸ πτώματος, μόνος ὁ τοῦ Ἱπποκράτους ἀρκέσει καταρτισμός, hoc eſt reſtitutio in naturalem ſitum legitimúmque. Inde lingua vernacula reponere appellat, hominem commotum & immodicè perturbatum ſedare, ac componere eius animum. Καταρτίζω etiam eſt omnibus numeris partibúſque abſoluo, & abſolutè compono, vt Lucæ ſexto, Κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. Greg. εἰς Βασίλειον, Καὶ δὴ λεοντοκόμος τις ἦν, τέχνῃ τιθασεύων τὸν δυναστεύοντα. καὶ γὰρ ἐδεῖτο, νεωστὶ μὲν ἐπὶ τὴν καθέδραν τεθεὶς, ἔτι δὲ τῆς κοσμικῆς ὕλης τι πνέων. οὔπω δὲ κατηρτισμένος ἐν τοῖς τοῦ πνεύματος. Alibi de Ezechiele, vt opinor, propheta, ὃς εἶδεν ἑαυτὸν τῷ ἄνθρακι καθαιρόμενον, καὶ εἰς τὴν προφητείαν καταρτιζόμενον, compoſitum animo, & veluti concinnatum ad prophetiæ donum accipiendum. Quo ſignificatur ſumma animi tranquillitas, à rebus humanis vacationem habens, & contemplandis diuinis feriata. Polyb. in v. hiſtor. ἠθροισμένων δὲ τῶν πλοίων, καὶ τῶν μακεδόνων ἤδη ταῖς εἰρεσίαις κατηρτισμένων, σιτομετρήσας καὶ μισθοδοτήσας ὁ βασιλεὺς τὴν δύναμιν, ἀνήχθη, cum Macedones rei nauticæ exercẽdo accommodaſſet. Suprà enim dixerat, ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ τῶν μακεδόνων πλῆθος ἐν τῇ κορίνθῳ διέτριβε, περὶ τὴν κατὰ θάλατταν ἄσκησιν γινόμενος. Sic illud acceptũ eſt ab Apoſtolo ab Hebr. x, Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, corpus autem accommodaſti mihi, & cõcinnè aptaſti. Greg. ἐν τῷ εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν ἐπιταφίῳ, Καὶ ἅμα τοὺς πολλοὺς εἰς ζῆλον τῆς αὐτῆς ἀρετῆς ἐκπαιδεύσομεν, ἐπειδὴ τοῦτο ἡμῖν ἐν παντὶ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ σπουδάζεται, καταρτίζειν οὓς ἐπιστεύθημεν, id eſt abſoluere, & doctrina conſummatos reddere. In loco autem Lucæ puto ſignificari compoſitum ani-

Πᾶς ἀντὶ τοῦ ὅλος. mo, vbi fortaſſe πᾶς ἀντὶ τοῦ ὅλος intelligendum. vt ſit, Compoſitus autem totus erit, vt præceptor eius. Greg. Πόθεν ἥλιος πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ φρυκτωρεῖ, toti orbi. Plutarch. Ανάγκη πᾶσαν εἶναι ἀντικρὺ ἡλίου φανεράν. Ad Coloſſenſes 2, Εξ οὗ πᾶν σῶμα διὰ τῶν ἀφῶν ἐπιχορηγούμενον. Baſil. homil. i x. in Hexaëm. δοξάσω τὸν μὴ ἀπασχολήσαντα τὸν νοῦν ἡμῶν ἐπὶ τὰ μάταια, ἀλλὰ πάντα εἰς οἰκοδομὴν καὶ καταρτισμὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν γραφῆναι οἰκονομήσαντα. Idem εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν παροιμιῶν, de ætatibus interioris hominis loquens, Νεανίσκος δὲ κατὰ ψυχήν ἐστιν ὁ πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς κατηρτισμένος πρὸς τὸ τέλειον. ὁ τῷ πνεύματι ζέων, καὶ ἀκμάζων πρὸς πᾶσαν εὐτονίαν ἀγαθῶν ἔργων, omnibus numeris virtutis coagmẽtatus & abſolutus. Idem in eodem tractatu, enarrãs illud, Φάγε μέλι υἱέ, ἵνα γλυκανθῇ ὁ φάρυγξ σου, μέλι τροπικῶς ὀνομάζει τὴν θείαν διδασκαλίαν. ὡς γλυκέα γάρ φησι τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. διὰ τῆς παραινέσεως ταύτης τὴν πνευματικὴν γεῦσιν τῆς ψυχῆς καταρτίζει, περὶ ἧς εἴρηται, γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. καταρτίζει dixit pro fingit, format, aptat & accommodat, & ἀρτίαν ποιεῖ καὶ

Εξαρτῶ. ἁρμόζουσαν. Εξαρτῶ, eleuo, tollo ſurſum, καὶ μετεωρίζω. & ſuſpendo, alligo & adnecto. Herodian. Εξαρτήσας ἧς ἐπεφέρετο ζώνης τὸν τράχηλον ἐν βρόχῳ, τοῦ βίου ἀνεπαύσατο, laqueo de zona ſe ſuſpendit. Syneſ. Τοσούτων ἡμᾶς ἐξαρτῶσι κριτῶν οἱ πρὸς δόξαν τὴν ἔξω ζῆν ἀναγκάζοντες, Adeo pendere nos ex tot hominum iudicio faciunt. Εξαρτῶ etiam τὸ καθάπτω, deuincio, amicitia coniũgo. Idem, Αμφω γὰρ ἑνός ἐστε φίλοι. δεῖ δὴ καὶ ἀλλήλων ὑμᾶς ἐξηρτῆσθαι, καθάπερ ἐμοῦ

Εξαρτῶμαι. τοῦ μέσου. καθάπτω τοιγαροῦν ὑμᾶς διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Εξαρτῶμαι, dependeo, pẽ-



deo, id eſt ſuſpẽſus ſum. & pendeo, id eſt magnopere deditus ſum. Athen. lib. x i i, Οὕτω δὲ ἐξήρτηντο τῶν ἡδυπαθειῶν οἱ τότε, ὡς καὶ καλλιπύγου Αφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσασθαι. Quod etiam ἐξάπτομαι dicitur, vt alibi dixi. & Εξέχομαι. οἷον, Εξέχομαι.

ἐξέχομαι τῆς φιλίας τοῦ δεῖνος, ἀντὶ ἐκκρέμαμαι. Εξήρτηται, dependet, id eſt appẽdix eſt & conſequens. Ariſtid. in Panath. ὃ δὲ τούτου ἐξήρτηται, πάλιν σκεψώμεθα. ἀντὶ ὃ τούτου ἐχόμενόν ἐστι. Εξαρτῶμαι ἐμαυτοῦ cum genitiuo & accuſatiuo ſignificationem habet actiuam, quaſi ἐξ ἐμαυτοῦ κρεμῶ, deuincio mihi amicitia & aſciſco, vt ἀναρτῶμαι. Syneſ. Olympio, Καὶ ἐφ᾽ οἷς οὕτω γράφων τιμᾷς, ἐξηρτήσω σαυτοῦ, ὃ ἐποίησας εἶναι σοῖς. Idem Diogeni, Εως ἔτι περιῆν ὁ μακαρίτης Θεόδωρος, κοινὸς μὲν ἦν ἁπάντων πενταπολιτῶν πρόξενος, διαφερόντως δὲ τοὺς ἡμετέρους γονέας ἐξήρτητο, τῇ τε εἰς ἅπαντα σπουδῇ, καὶ τῇ τῆς γλώττης εὐστομίᾳ καὶ χάριτι. Εξήρτημαι, coniunctus & connexus ſum, & coniunctam habeo rationem. Plato in. i. de Legib. Ταῦτ᾽ οὖν πρὸς τὸν πόλεμον ἡμῖν ἅπαντα ἐξήρτηται, καὶ πάντως ὁ νομοθέτης ὥς γ᾽ ἐμοὶ φαίνεται, πρὸς τοῦτο βλέπων συνετάττετο. Plut. in Antonio, Υπ᾽ ἐκείνοις ἔφη λόφοις παντοστρατιᾷ Πάρθοι ὑμᾶς λοχῶσι. τὰ γὰρ μεγάλα πεδία τῶν λόφων τούτων ἐξήρτηται, id eſt ingens planicies his collibus continuo ſubiacet, adhærétque. Εξήρτηται ἀντὶ μετέωρός ἐστι, aſſurgit, attollitur. Strabo lib. v i i. de Germania loquens, ἐξήρτηται γὰρ ἡ χώρα πρὸς νότον, καὶ συνεχῆ ταῖς ἄλπεσι ποιεῖ ῥάχιν τινὰ πρὸς ἕω τεταμένην. Εξήρτημαι τούτου, ſum comes, ſum aſſectator, cingo & δορυφορῶ. Plutarch. Εξηρτημένον ὁρῶντες αὐτοῦ τὸ πλῆθος, Videntes plebem eum cingẽtem & conſectantem. Idem in Cæſare, Εκάλιζον οὖν τὸν Πομπήιον, ὡς φιλαρχοῦντα, καὶ βασιλέα βασιλέων ἀποκαλοῦντες, ὡς δὴ ἀγαλλόμενον ἡγεμόνων τοσούτων ἐξηρτημένων αὐτοῦ, καὶ ἐπιφοιτώντων ἐπὶ τὴν σκηνήν, hoc eſt δορυφορούντων. Poteſt & conuerſa conſtructione ſic efferri, ὡς δὴ ἀγαλλόμενον, καὶ ἡγεμόνας τοσούτους ἐξηρτημένον, poſt ſe trahẽtem. Baſil. περὶ ταπεινοφροσύνης, Οἴκων μεγέθη κατασκευάζοντες. οἰκετῶν ἀκολούθων πλήθη, καὶ κολάκων ἀναριθμήτων ἐξηρτημένοι συστήματα. de ambitioſis magiſtratibus loquens. Lucan. in v i i. de Pompeio, -ſegnis pauidúſque vocatur Ac nimium patiens ſoceri Pompeius, & orbis Indulgens regno, qui tot ſimul vndique gentes Iuris habere ſui vel-

let, pacémq; timeret. Δορυφορῶ ſtipo, aſſector, προπέμπω. Athen. Δορυφο- Δορυφορῶ.

ρούμενος ὑπὸ τῶν εὐδοκιμεῖν παρὰ τῷ δήμῳ δοκούντων. Iſocr. de Theſeo, Τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ δορυφορούμενος. Significat etiã tueor, protego, περιέπω, ſartum tectum ab omni violentia iniuriáque præbeo. Demoſth. κατὰ Τιμοκράτ. Εἰ μὴ τούτῳ πᾶσι ψηφιούμεθα ταῦτα, λήσομεν ὡς ἔοικε μισθοφόρων ἔργον ἀνθρώπων ποιοῦντες, τὴν ἑκάστου σωτηρίαν τούτων δορυφοροῦντες. Xenoph. Καὶ γὰρ δορυφοροῦσι μὲν ἀλλήλους ἄνευ μισθοῦ ἐπὶ τοὺς δούλους. δορυφοροῦσι δὲ ἐπὶ τοὺς κακούργους, ὑπὲρ τοῦ μηδένα βιαίῳ θανάτῳ ἀποθνήσκειν. Iulianus Serapioni, de ficis loquens quæ ad ſolem ſiccantur, Επειτα ὄρπηξιν ἢ ῥάβδοις ἀκανθώδεσι τῶν τοίχων ἀπαρτῶσιν, ἵνα λεαίνηται μὲν ἡλίῳ καθαρῷ προσομιλοῦντα, μένῃ δὲ ἀνεπιβούλευτα τῶν ζώων τε καὶ ὀρνίθων, οἱονεὶ τῶν κέντρων τῇ ἀλεξήσει δορυφορούμενα. Διαρτῶ, diduco, dirimo, interuallo Διαρτῶ.

quodã intercipio. Plut. in Timol. ὡς μαινομένου Τιμολέοντος, καὶ πρὸς ἑπτὰ μυριάδας τῶν πολεμίων μετὰ πεντακισχιλίων πεζῶν, καὶ χιλίων ἱππέων βαδίζοντος, καὶ διαρτῶντος ὁδὸν ἡμερῶν ὀκτὼ τὴν δύναμιν ἀπὸ τῆς συρακουσῶν. ὅθεν οὐδὲ σωθῆναι τοῖς φεύγουσιν ὑπάρξει. Philo περὶ κόσμου, ἔπειτα ἀμήχανόν τι σῶμα τοῦ ὅλου διαρτηθὲν τῆς συμφυίας, σκεδασθῆναι,

id eſt diductum & non cohærens. Ἐξαρτᾶν χρυσίον dicuntur qui torquem collo circundant. Syneſ. Εὐοπτίῳ, Εἶτα κηρύττει τις ἐξαρτᾶσθαι χρυσίον οἷς ἐστὶ. καὶ οἷς ἦν, ἐξήρτητο καὶ χρυσίον, καὶ ὅ,τι ἄξιον χρυσίου, vt aurum collo appenderet, tanquam naufragi ſcilicet. Lucianus ſynecdochicos dixit, Οὗτος ὁ αὐχμῶν, ὁ τὴν πήραν ἐξηρτημένος.

Ἐπαρτῶ. Ἐπαρτῶ τὸ ἐπικρεμάννυμι, καὶ ἐπαρτώμενον τὸ ἐπαιωρούμενον. vt ἐπηρτημένος κίνδυνος apud Herodianum impendens. Et ἀπαλλαγὴ τῶν ἐπηρτημένων κακῶν apud Demoſthenē. Ἐπαρτῶ etiam inquit Pollux ἐπὶ τοῦ ἐκφοβῶ. quo modo accipitur apud AEſchinem κατὰ Τιμάρχου, Ἀπαγαγὼν γὰρ τοὺς δικαστὰς ἀπὸ τῶν περὶ Τίμαρχον αἰτιῶν, ἐπέστησα φέρων ἐπὶ τὸν κατήγορον, καὶ Φίλιππον καὶ Φωκέας, καὶ φόβους ἐπήρτησα τοῖς ἀκροωμένοις, metum inieci, terroribus perculi, id eſt periculum imminere dixi, hoc eſt ἐπηρτῆσθαι τοὺς φόβους ἀπέδειξα, & inde metuendum eſſe docui, & ſic iudices ab intentione criminum & animaduerſione rei abduxi. Verba ſunt AEſchinis ſub perſona Demoſthenis dicta, gloriantis ſcilicet quòd iudices hac arte eluſerit.

Παραρτῶ. Παραρτῶ, è cingulo ſuſpendo, vel ſuccingo vt enſem. Lucian. de Hercule, Καὶ τὸν γωρυτὸν παρήρτηται, καὶ ἡ ἀριστερὰ τὸ τόξον προδείκνυσι. Et Παράρτημα, quicquid ſic geſtatur, & quicquid ab alio dependet & adnexum eſt vt appēdix, & quicquid applicatur & admotum ſuſpēditur, vt τὰ περιαπτόμενα. Lucian. Οἴεσθε γὰρ ἔφην ἐπαοιδαῖς τισὶ τὰ τοιαῦτα παύεσθαι, ἢ τοῖς ἔξωθεν παραρτήμασι; Προσαρτῶμαι idē ferè quod ἐξαρτῶμαι. Theophr. in III. de Cauſis, de perpurgatione inutilium germinū loquēs, τὰ γὰρ αὖα ἀφαιρεθέντα, οὔτε πόνον ποιεῖ τῇ φύσει, κωλύει δὲ προσηρτημένα τὰς τροφάς, id eſt adhærētia. Lucian. ἡδονῆς τε αὖ σχεδὸν ἅπαντας κατηγορῶντας, ἰδίᾳ δὲ μόνῃ ταύτῃ προσηρτημένους, deditos voluptati, & ex ea pendētes. Plut. in Pomp. ἐκπίπτων δὲ καὶ περιωθούμενος ὁ Πομπήιος, ἐνεδύετο δημαρχοῦσι προσφθείρων, καὶ προσαρτᾶσθαι μειρακίοις, id eſt ſociare ſe iuuenibus factioſis, & ab eis nō diſcedere.

Ἑστιῶ. Ἑστιῶ σε vt εὐωχῶ σε, ἑστιῶμαι δὲ ἐγὼ καὶ εὐωχοῦμαι. Quibus verbis Plato & ſummi auctores metaphoricè vti ſolent. & genitiuo iungit Plato in libro nono de Repub. Ὅταν δέ γε οἶμαι ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ, τὸ λογιστικὸν μὲν ἐγείρας ἑαυτοῦ, καὶ ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, εἰς σύννοιαν αὐτὸς αὑτῷ ἀφικόμενος. ἑστιᾶν λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, reficere, paſcere, & ſatiare animum dixit diſputationibus honeſtis & cōmentationibus. Et in Phædro, Τίς οὖν δὴ ἦν ἡ διατριβή; ἢ δηλονότι τῶν λόγων ὑμᾶς Λυσίας εἱστία; Idē lib. v. de Repub. Τοσόνδε μέντοι χάρισαί μοι. ἔασόν με ἑορτάσαι, ὥσπερ οἱ ἀργοὶ τὴν διάνοιαν εἰώθασιν ἑστιᾶσθαι ὑφ' ἑαυτῶν, ὅταν μόνοι πορεύωνται, id eſt oblectari animo ſolent, & fructu cogitationis paſci, καὶ καρποῦσθαι τὸ διανόημα καὶ τὴν σύννοιαν. vt liquet ex eo quod ſequitur, Καὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοί που πρὶν ἐξευρεῖν ᾗτινα τρόπον ἔσται τι ὧν ἐπιθυμοῦσι, τοῦτο παρέντες ἵνα μὴ κάμνωσι βουλευόμενοι περὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ μή, θέντες ὡς ὑπάρχον ὃ βούλονται, ἤδη τὰ λοιπὰ διατάττουσι, διεξιόντες οἷα δράσουσι γενομένου, ἀργὸν καὶ ἄλλως ψυχὴν ἔτι ἀργοτέραν ποιοῦντες, Etenim huiuſcemodi homines, antequam inuenerint quonam modo id futurum ſit quod cōcupierint, id cogitando tranſmittunt, ne ſibi faceſſant ſcilicet negocium ſtatuendo quid fieri & quid minime poſſit: ponentéſque vt iam factum quod fieri volunt, ad reliqua arbitranda tranſeunt, ſecum ipſi animo percenſentes quid eo facto acturi ſunt, inertem ſuapte natura animū, iner-



tiorem hoc more reddentes. Vulgo dicūt, Sine me interim hac inani cogitatione frui. Tranſlatio eſt à ferculis, vt ex eodem patet libro primo in fine, Ταῦτα δή σοι ἔφη ὦ Σώκρατες εἱστιάσθω ἐν τοῖς Βενδιδείοις. Ὑπὸ σοῦ γε δή, ἦν δ' ἐγὼ ὦ Θρασύμαχε, ἐπειδή μοι πρᾶος ἐγένου, καὶ χαλεπαίνων ἐπαύσω. οὐ μέντοι καλῶς γε εἱστίαμαι δι' ἐμαυτόν, ἀλλ' οὐ διὰ σέ. ἀλλ' ὥσπερ οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες, πρὶν τοῦ προτέρου μετρίως ἀπολαῦσαι, καὶ ἐγώ μοι δοκῶ οὕτω, πρὶν ὃ τὸ πρῶτον ἐσκοποῦμεν εὑρεῖν, ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ σκέψασθαι περὶ αὐτοῦ. Hoc Cicero imitādum duxit in Topicis, his verbis ad Trebatium ſcribens, Sed quoniam auidum hominem ad has diſcēdi epulas recepi: ſic accipiam, vt reliquiarum ſit potius aliquid, quàm te hinc patiar non ſatiatum diſcedere. Ἑστιᾶν autem Plato cum genitiuo iunxit, vt γεύειν cum genitiuo iūgitur. Syneſ. datiuo, Πυλαιμένει ſcribens, Γράφε οὖν ὁσάκις ἂν ἐγχωρῇ, καὶ ἑστία Κυρηναίους τῶν λόγων. ὡς οὐδὲν ἂν αὐτοῖς ἥδιον ἀνάγνωσμα τῶν Πυλαιμένους γραμμάτων. ἑστία dixit pro oblecta eorum animum, fac vt fruantur. Suprà autē dixerat, Καὶ δῆτα παρεσκεύασά σοι θέατρον ἐπὶ Λιβύης ἡγεμονικόν, ἀπαγγείλας ἥκειν ἀκροασομένους ἡγεμόνων γραμμάτων. Idem Anaſtaſio de tyranno loquens, Ὅταν δὲ προφάσεως ἀπορῇ δυναμένης αὐτὸν ἑστιάσαι, Μαξιμῖνος καὶ Κληνίας ἔφεδροι, ἐν ἐκείνοις γυμνάζεται τὰ πάθη, At cū deeſt ſæuiendi materia, qua animus eius paſcatur, hi duo ſubſtituūtur. Hoc enim hîc ἔφεδρος ſignificat, quod mox docebimus. Plutarchus etiam datiuo iunxit ἑστιᾶν, ἐν τῷ περὶ μουσικῆς, Ὁ μὲν γὰρ Λυσίας ὅσα μόνον χειρουργοῦντι κιθαρῳδῷ προσῆκεν εἰδέναι, τούτοις ἡμᾶς εἱστίασεν. ὁ δὲ Σωτήριχος ὅσα καὶ πρὸς ὠφέλειαν καὶ πρὸς θεωρίαν καὶ χρῆσιν μουσικῆς συντείνει, διδάσκων ἡμᾶς ἐπεδαψιλεύσατο. Baſil. in Hexaëm. homil. IIII, Εἰσί τινες πολλοὺς παντοδαποῖς θεάμασι θαυματοποιῶν ἀπὸ βαθέος ὄρθρου μέχρις ἑσπέρας αὐτῆς ἑστιῶσαι τὰς ὄψεις, oculos ſpectaculis variis paſcentes. & Ἑστίασις huiuſmodi pabulum animi, & veluti philoſophica epulatio. Ἑστίασις. Idem in tertia, Καὶ καθαρᾷ μεριμνῶν τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν ἑσπερινὴν τῶν λόγων ἑστίασιν ἀπαντῆσαι. Idē eſt vſus & eadē ſignificatio τοῦ εὐωχῶ. Plato in Gorg. Εὐωχῶ καὶ Εὐωχοῦμαι. Σὺ δὲ ἐγκωμιάζεις ἀνθρώπους, εἱ τούτους εἱστιάκασιν, εὐωχοῦντες ὧν ἐπεθύμουν. Alibi cum duobus accuſatiuis iunxit, Πικρὰ πόματα διδούς, καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀναγκάζων, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εὐώχουν ὑμᾶς. Sic Xenophon in ſexto παιδείας, Εὐωχοῦμαι δὲ τὰ ἐκείνων, πίνω δὲ τὰ τῶν πολεμίων. Plato rurſus genitiuo in I. de Repub. Εὐωχοῦ τοῦ λόγου ἔφη θαρρῶν. οὐ γὰρ ἔγωγέ σοι ἐναντιώσομαι, ἵνα μὴ τοῖσδε ἀπέχθωμαι, fruere ex animi tui ſentētia, & ſatiare. Ἴθι δή, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὰ λοιπά μοι τῆς ἑστιάσεως ἀποπλήρωσον, ἀποκρινόμενος ὥσπερ καὶ νῦν. Ariſtot. in VIII. de animal. de ſaginandis ſuibus loquens, Πιαίνεται δὲ προλιμοκτονηθεῖσα ἡμέρας τρεῖς. μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας εὐωχοῦσιν τὰς ἐκ πιαίνοντες, id eſt ſatiant. Athenæus vt Plato metaphoricè vſus eſt pro oblecto, libro nono in fine, Κατὰ γὰρ τὸν Μεταγένους Θουριοπέρσας, κατ' ἐπεισόδιον μεταβαλῶ τὸν λόγον, ὡς ἂν καιναῖς παροψίσι καὶ πολλαῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον, περὶ τῶν ἐκπωμάτων τὸν λόγον ἑξῆς ποιούμενος. Ambroſ. in lib. de bono mortis, enarrans principium capitis quinti Canticorum, vbi mentio fit horti & pomorum, Hinc hortum (inquit) illum ſibi Plato compoſuit, quem nunc Iouis hortum: nunc mentis hortum appellat. Iouem enim, & deum, & mētem totius mundi dixit. in hunc introiſſe animam, quam Venerem nuncupat: vt ſe abundantia & diuitiis horti reple-

ret. quod è libro Canticorũ cõpoſuiſſe eũ (inquit) nemo ignorat, & è paradiſo quẽ in Geneſi legimus, abũdantiã virtutũ tranſtuliſſe, & in horto mẽtis plantaſſe. quẽ in Cãticis Solomon hortum eſſe animæ ſignificauit, vel ipſam animã. & inferius poſt loci explanationẽ, Hinc epulatores (inquit) illi Platonici, hinc nectar illud ex vino & melle prophetico. Idẽ, Sermones autẽ cibos eſſe (inquit) docet alibi Solomon dicens, Faui mellis, ſermones boni.

Ἔφεδρος. Ἔφεδρος eſt athleta recẽs, & ſpectator certaminis, ad hoc ſedens ἵνα τῷ νικήσαντι ἀνταίρῃ, quaſi ſuccẽturiatus ἀντίπαλος. quo verbo Plutarchus in Sylla metaphoricè vſus eſt, his verbis, Τὸν μέντοι τελευταῖον ἀγῶνα, καθάπερ ἔφεδρος ἀθλητὴς καταπόνῳ προσενεχθεὶς ὁ Σαυνίτης Τελεσῖνος, ἐγγὺς ἦλθεν τοῦ σφῆλαι καὶ καταβαλεῖν ἐπὶ θύραις τῆς Ῥώμης, Extremo autem certamine Teleſinus Samnis ſic Syllam tot præliis victorem, & iam feſſum adortus, vt athleta aſſurgens integer in labore iam confectũ, non multum abfuit quin ad portas vrbis Romæ euerteret ac ſterneret. ἔφεδρος etiam eſt ὁ ἐπικαθήμενος, vt ἔφεδρος τοῦ ἵππου, eques, ὁ ἔποχος. Ἔφεδροι etiam ſunt milites in ſubſidiis collocati.

Ἐφεδρεῖαι. & Ἐφεδρεῖαι appellantur ſubſidia. Diodor. Ὁ δὲ βασιλεὺς καταμονώσας τὸ γινόμενον, τοὺς μὲν προμάχους τῶν Μακεδόνων πρώτους ἔταξε, τοὺς δὲ ἐφέδρους ἔστησε τοὺς ἐπιλέκτους. Idem, Ὁρῶν δὲ τοὺς Μακεδόνας κάμνοντας τῇ μάχῃ, προσέταξε τοὺς ἐπὶ τῆς ἐφεδρείας τεταγμένους διαδέξασθαι τὸν ἀγῶνα, id eſt τοὺς ἐπιτεταγμένους. Ἐφεδρεία etiã eſt ſtatio, & οἱ ἐπὶ ἐφεδρείας ſunt ſtationarii. Polyb. in 1, Τὸ γὰρ πρόστιμον τοῖς Ῥωμαίοις θάνατός ἐστι τῷ προεμένῳ τὸν τόπον, καὶ φυγόντι τὸ παράπαν ἐξ ἐφεδρείας. Quare Ἔφεδρος dicitur cuius aggreſſio ſuſpecta eſt. Plut. de Craſſo mortuo, Ἐπεὶ δὲ ἀνεῖλεν ἡ τύχη τὸν ἔφεδρον τοῦ ἀγῶνος, εὐθὺς ἦν εἰπεῖν τὸ κωμικόν, ὡς ἅτερος πρὸς τὸν ἅτερον ὑπαλείφεται, τὼ χεῖρέ τε ἐπικονίεται. ἔφεδρον Κράσσον belli ciuilis, id eſt Cæſariani & Pompeiani vocat, ideo quòd vterque iamdiu malè alteri cogitans, ſibi à Craſſo metuebat adhuc ſuperſtite, vt in victorem confeſtim aſſurrecturo, integríſque viribus oppugnaturo. Nam ſola futuri Craſſus erat belli medius mora, qualiter vndas Qui ſecat, & geminum gracilis mare ſeparat iſthmos. Xenoph. in 2. ἀναβάσεως, Εἰ δὲ καὶ μανέντες σὲ κατακτείναιμεν, ἄλλο τι ἂν ἢ τὸν εὐεργέτην κατακτείναντες, πρὸς βασιλέα τὸν μέγιστον ἔφεδρον ἀγωνιζοίμεθα; Verba ſunt Clearchi ad Tiſſaphernem, deducere eum à ſuſpicione cupientis, Te (inquit) è medio ſublato, quid aliud quàm ſupereſſet nobis certamen cum rege Perſarum? ἔφεδρος etiã dicitur captator & obſeruator occaſionis. Polyb. in III, Ὥστε μὴ λανθάνειν τὰς προαιρέσεις τῶν διαλυομένων τὰς ἔχθρας, πότε τοῖς καιροῖς εἴκοντες, καὶ πότε ταῖς ψυχαῖς ἡττώμενοι, ποιοῦνται τὰς συνθήκας, ἵνα τοὺς μὲν ἐφέδρους νομίζοντες εἶναι τῶν καιρῶν, ἀεὶ φυλάττωνται· τοῖς δὲ πιστεύοντες ὡς φίλοις ἀληθινοῖς, πᾶν τὸ παραπῖπτον ἐξ ἑτοίμου παραγγέλλωσι. Et ἐφεδρεύειν captare. Idem in eodem de Fabio cunctatore, ἀθρόους δ' ἀεὶ στρατιώτας καὶ συνεστραμμένους τηρῶν, ἐφήδρευε τοῖς τόποις καὶ καιροῖς, captabat occaſiones ex locis & tẽporibus.

Παρεφεδρεύω. Παρεφεδρεύω σοι, ſum in ſtatione ad te protegendum. Idem, τῷ δὲ τρίτῳ μέρει τῆς δυνάμεως τήν τε στρατοπεδείαν ἐτήρει, καὶ τοῖς σιτολογοῦσι παρεφήδρευε κατὰ τόπους. quod ipſe paulo poſt τοῖς σιτολογοῦσι τὴν ἀσφάλειαν παρασκευάζειν vocat. id vulgus nunc ſcortam præbere appellat. Et in primo, Βουλόμενος ἐφεδρεῦσαι τοῖς τῶν συμμάχων καρποῖς ἀκμαζούσης τῆς συγκομιδῆς, id eſt præſidio



eſſe. Et Ἐφεδρεύω, victori immineo, vt cum eo quamprimum congrediar. Ἐφεδρεύω. Iſocr. περὶ εἰρήνης. Πολλὴν γὰρ ἐξουσίαν ἕξουσιν ὅταν ἴδωσιν ἐφεδρεύουσαν τὴν ἡμετέραν πόλιν, καὶ παρεσκευασμένην τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν. Et pro immineo in occaſionem, & in calamitatẽ, & in res afflictas alterius. Ariſtot. in 2. Politic. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς Λάκωσιν οἱ εἵλωτες, ὥσπερ ἐφεδρεύοντες τοῖς ἀτυχήμασι διατελοῦσιν, vt ſcilicet, ſi illi aliquo prælio aduerſo fracti fuerint, in libertatem ipſi ſeſe vindicent. Polyb. in v. de regibus AEgypti, Ἐφήδρευον δὲ τοῖς ἐν τῇ Θράκῃ καὶ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ πράγμασι, τῶν κατ' Αἶνον καὶ Μαρώνειαν, καὶ πορρώτερον ἔτι πόλεων κυριεύοντες. Significat etiam ἐπικάθημαι, inſideo, ſedeo ſuper re aliqua. Idẽ, Ἔχει γὰρ ὄνυχας ὁ δρυοκολάπτης βελτίους τῶν κολοιῶν, πεφυκότας πρὸς τὴν ἀσφάλειαν τῆς ἐπὶ τοῖς δένδρεσιν ἐφεδρείας. Ἐφέδρα autem vt ἕδρα dicitur, & καθέδρα, & ἐξέδρα, ἀπὸ τοῦ ἐφέζομαι. Ἐφέδρα. Plato in Politic. ἓν δὲ ὄνομα ἔχον, διότι πᾶν ἕνεκά τινος ἐφέδρας ἐστί, θᾶκος ἀεί τινι γιγνόμενον. Σωκράτης. τὸ ποῖον; Ξένος. ὄχημα αὐτό που λεγόμενον. Ἔφεδρος, ſubſidiarius & ſubſtitutus, vt in loco Syneſii ſuprà citato.

Βουλεύω, conſulo, id eſt cenſeo, & ſum auctor. Demoſth. περὶ παραπρ. Τῷ Βουλεύω. θεῷ δὲ τὰ χρήματα εἰσπραττόμενα, οὐ παρὰ Φωκέων, ἀλλὰ παρὰ Θηβαίων τῶν βουλευσάντων τὴν κατάληψιν τοῦ θεοῦ. Βουλεύω τὴν βουλὴν ταύτην, ſum auctor huius conſilii, & ſum conſiliarius huius conſilii. Et Βουλευτής, conſiliarius, ſenator, decurio. Lyſ. κατὰ Ἀγοράτου, Οἱ γὰρ πολλοὶ ἐξ ἐκείνης τῆς βουλῆς τὴν ὑμετέραν βουλὴν ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἐβούλευον. Idem, Ἡ δὲ βουλὴ πρὸς τῶν τριάκοντα βουλεύουσα διέφθαρτο. Βουλεύομαι τὸ σκέπτομαι, conſulo, conſiliũ agito, & ſtatuo, vt Βουλεύομαι. Latinè. Lyſ. κατὰ Ἀλκιβιάδου, Καὶ περὶ τῶν σφετέρων αὐτῶν κακῶς βουλευσάμενοι, περὶ τῶν ὑμετέρων δημηγοροῦσι, qui male de ſuis conſuluerunt. Greg. in 2. κατὰ Ἰουλ. Καὶ μία ψῆφος ἦν εἰς ἀρχήν, ἡ παράβασις, καὶ τὸ τυχεῖν τῶν παρ' ἐκείνου δωρεῶν τοὺς τὰ κάκιστα περὶ ἑαυτῶν βουλευσαμένους, qui peſſimè de ſe conſuluerant & ſtatuerãt. qui à Chriſtiana religione deſciuerant. Liuius de Maſiniſſa, Quod vbi nũciatum eſt Scipioni, ne quid æger animo ferox iuuenis grauius conſule- Conſulo & ſtatuo. ret, accitum eum conſolatur. ἀντὶ τοῦ ἵνα μὴ δεινόν τι εἰς ἑαυτὸν ἐργάζοιτο. Quod etiã ſtatuere dicitur. Cæſ. Diuitiacus Cæſarem cõplecti multis cũ lachrymis, obſecrare ne quid grauius in fratrẽ ſtatueret, ὅπως μὴ διαγιγνώσκοι. Chryſ. περὶ ἱερωσ. Ἐπειδὴ ᾔσθετο ταῦτά με βουλευόμενον, hoc me iam ſtatuere, & decretum mihi hoc eſſe. Iſocrat. Ὁσιώτερον βουλεύσασθαι περὶ τῆς τῶν τετελευτηκότων ἀναιρέσεως. Syneſ. Ἐμέμψω τὴν τύχην, ὡς οὐδὲν περὶ σοῦ βεβουλευμένην φιλανθρωπότερον. Τὰ βεβουλευμένα dicuntur τὰ ἐσκεμμένα, cõſulta, decreta, apud Demoſthenem. Βουλεύω etiam ἀντὶ τοῦ βουλεύομαι, apud Thucydidem in III, Ποιοῦνται κοινῇ ὁμολογίαν, ὥστε Ἀθηναίοις ἐξεῖναι βουλεῦσαι περὶ Μιτυληναίων ὁποῖον ἄν τι βούλωνται. Συμβουλεύω σοι vt βουλεύω, ſum auctor καὶ εἰσηγοῦμαι. Συμ- Συμβουλεύω. Συμβουλεύομαι. βουλεύομαί σοι, τὸ ἀνακοινοῦμαι, καὶ συσκέπτομαι, συμπραγματεύομαι, tecum commentor de re agenda. Et Συμβουλεύομαί σοι, cõſulo te. Xenoph. in ſecũdo ἀναβάσ. Ἐν τοιούτοις τε ὄντες πράγμασι, συμβουλευόμεθά σοι τί χρὴ ποιεῖν περὶ ὧν λέγεις. σὺ οὖν πρὸς θεῶν συμβούλευσον ἡμῖν ὅ,τι σοὶ δοκεῖ κάλλιστον καὶ ἄριστον εἶναι, καὶ ὅ σοι τιμὴν οἴσει εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀναλεγόμενον. Iſocrat. περὶ εἰρήνης, Οἷς δ' οὐδεὶς ἂν οὔτε περὶ τῶν ἰδίων, οὔτε περὶ τῶν κοινῶν συμβουλεύσαιτο, τούτοις δ' αὐτοκράτορας ἐκπέμπομεν. Συμβούλευμα, conſilium. Κάλλιστον δὲ συμβούλευμα τὸ ἄγαν θυμοῦσθαι ἴσ- Συμβούλευμα.

Συμβουλή. που μὴ κτᾶσθαι εἰς πολέμους. Συμβουλή, conſilium & conſultatio, & admonitio. Plato in Protag. Καὶ εἰς συμβουλὴν τούς τε φίλους ἂν παρεκάλεις καὶ οἰκείους, σκεπτούμενος ἡμέρας συχνάς, id eſt ſenatum amicorum & neceſſariorum cogeres. Idem, Περὶ τούτου οὐδένα λόγον οὐδὲ συμβουλὴν ποιῇ. Demoſth. περὶ στεφάνου, Εἶτα ἐγὼ τεθεωρηκὼς ἐν τοσούτοις καὶ τοιούτοις τὴν πόλιν ὑπὲρ τῶν τοῖς ἄλλοις συμφερόντων ἐθέλουσαν ἀγωνίζεσθαι, ὑπὲρ αὐτῆς τρόπον τινὰ τῆς συμβουλῆς οὔσης, τί ἔμελλον κελεύσειν, ἢ τί συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν. Συμβουλευτικός. Συμβουλευτικὸς eſt oratio conſultoria, in qua conſilium datur alicui. Cic. ad Atticum, Συμβουλευτικὸν ſæpe conor, ſed nihil reperio: Διαβούλιον. at eſt Ἀριστοτέλους πρὸς Ἀλέξανδρον. Sed quid ſimile? Διαβούλιον eſt conſultatio, deliberatio. Polyb. in v, Διὸ καὶ συναθροίσας εἰς ἀπάμειαν τὰς δυνάμεις ὑπὸ τὴν ἐαρινὴν ὥραν, ἐνέδωκε τοῖς φίλοις διαβούλιον πῶς χρηστέον ἐστὶ ταῖς εἰς τὴν κοίλην συρίαν Ἀβουλεῖν. εἰσβολαῖς, id eſt συνέδριον, vt ipſe alibi dixit. Ἀβουλεῖν autẽ ἀπὸ τοῦ βούλομαι deductum eſt, quod pro nolle ponitur. Demoſth. Athenienſibus, Ἐπεὶ δ᾽ οὐδ᾽ ὑμᾶς ἐνόμιζον ἀβουλεῖν ἔξω με πραγμάτων γενέσθαι, ὃς οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελεῖν ἐμὲ ἀπώλλυεν. Verba ſunt excuſantis fugam ante iudicium, vt vincula vitaret. Φημὶ & φαμαί. Plato lib. IIII. de Repub. Τί δὲ τὸ ἀβουλεῖν, καὶ μὴ ἐθέλειν, μηδ᾽ ἐπιθυμεῖν; Φημὶ & φαμαι pro eodem dicunt, aio, cenſeo, exiſtimo. Inde φημ᾽ ἐγώ, pro ſic aio. vnde illud Arceſilæ, φημ᾽ ἐγώ. & ſignificat ſanè inquam, ita cẽſeo, apud Lucianum. Reſponſio eſt ad interrogationem, Ariſtoph. Pluto, Φεύγεις ἂν ἤδη τοὺς πονηρούς; Πλ. φημ᾽ ἐγώ. Xenoph. in VI. παιδείας, Ἄλλην δὲ μηχανὴν αὐτὸς ἔφατο ὁ Κῦρος ποιήσασθαι, dixit. Syneſ. Τοιοῦτοί τινες ἐφοίτων λογοποιοί, ἄλλος ἄλλοθεν ἥκειν φάμενοι. Et οὐ φάμενος, negans. Xenoph. Οὐ φαμένου Λυσάνδρου πολυπραγμονεῖν ἄλλου ἄρχοντος, negãte ſe ſolicitum eſſe. Φαμὲν apud Platonem ἀργὸν καὶ παρέλκον poſitũ eſt interdũ, vt φασί, vt οἶμαι, & alia de quibus diximus, lib. X. τῆς πολιτείας, ὧδε δὴ προθώμεθα. πράττουσάς φαμεν ἀνθρώπους μιμεῖται ἡ μιμητικὴ βιαίους ἢ ἑκουσίας πράξεις. Ponitur & pro inquam in eodem, vt ἔφην.

Παραμείβω. Παραμείβομαι. Παραμείβω, παραμείβομαι etiam pro eodem. Syneſ. de Hercule, Παραμεῖψαι τὰς Σειρῆνας, præterire. Plut. Παραμειψάμενος δ᾽ Ἀδριατικήν, ἦλθεν ἐπὶ τὰ Τέμπη. Baſil. Iuliano, Σὲ δὲ τοσοῦτον ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἰδεῖν ἐπεβαπτισμένον, ὅσον οἱ ἐν πελάγει ἀλλήλους παραμειβόμενοι. Sic παραμειβόμενοι ποταμοὶ Luciano. Καλλιερῶ. Καλλιεροῦμαι. Καλλιερῶ, καλλιεροῦμαι. Xenoph. datiuo, Ὅπως καλλιερήσει τοῖς θεοῖς ὑπὲρ ἱππικοῦ, vt Latinè litare diis. Idem, Ἐπειδὴ τὰ ἱερὰ θυομένῳ αὐτῷ οὐκ ἐκαλλιερεῖτο. Idem in 2. ἀναβάσ. Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ὁ Ξενοφῶν εἰς Ὀφρύνιον ἐθύετο, καὶ ὡλοκαύτει χοίρους τῷ πατρίῳ νόμῳ, καὶ καλλιερεῖται. Latinè etiã litare cum datiuo & accuſatiuo iungitur. Lucanus, Neq; enim tibi ſumme litaui Iuppiter hoc ſacrum. Tranq. Nã victimas Diti patri cæſas litauit, cum tali ſacrificio contraria exta potiora ſint. Dicunt etiam litare hac victima, quod frequentius eſt. Sacra etiam litata à Virgilio dicta ſunt καλλιερούμενα, ſacríſq; litatis Indulge auſpicio, cauſáſque innecte morandi. Xenoph. Ἐπεὶ θυομένῳ αὐτῷ οὐκ ἐγίνετο τὰ ἱερὰ τῇ πρώτῃ, τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν ἐθύετο. ὡς δ᾽ οὐδὲ ταῦτα ἐκαλλιερεῖτο, πάλιν τῇ τρίτῃ, non litabantur. Plut. in Alexand. de Calano, Ὁ δ᾽ οὐκ ἐκινήθη τοῦ πυρὸς πλησιάζοντος, ἀλλ᾽ ἐν ᾧ κατεκλίθη σχήματι, τοῦτο διατηρῶν, ἐκαλλιέρησεν ἑαυτὸν τῷ πατρίῳ νόμῳ τῶν σοφιστῶν, ſemet ipſum litauit. Δωροδοκῶ. Δωροδοκοῦμαι. Δωροδοκῶ, δωροδοκοῦμαι. Δωροδοκῶ γὰρ τὸ δῶρα λαμβάνω. vt Demoſth. ἐν τῷ περὶ παραπρ. Οἱ δωροδοκοῦντες καὶ χρήματα λαμ-



βάνοντες, ἀδικοῦσι. Et ſic ſæpe. Lyſ. ἐν τῇ ἀπολογίᾳ δωροδ. Μαινοίμην γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ τὴν μὲν πατρῴαν οὐσίαν φιλοτιμούμενος εἰς ὑμᾶς ἀναλίσκοιμι, ἐπὶ δὲ τοῖς τῆς πόλεως κακοῖς παρὰ τῶν ἄλλων δωροδοκοίην. Et Δωροδοκία, crimen & iudiciũ contra iudices nummarios & ſordidos apud Lyſiam. Δωροδοκεῖν etiam is dicitur qui corrumpit muneribus, id eſt ὁ δεκάζων. Laërt. in Xenocr. Τοὺς μὲν γὰρ ἤδη ἐδωροδόκησεν ὁ Φίλιππος, ἐμὲ δ᾽ μηδενὶ λόγῳ ἐπηγάγετο. Δωροδοκοῦμαι etiã τὸ δεκάζομαι, accipio munera corrũpentia & ſordida. Demoſth. περὶ τῆς παραπρ. Οὗτοι δὲ χρήματα ἔχουσιν ἐπὶ τούτοις, καὶ μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας δίκην οὐ δεδώκασιν. ὅτι δὲ τοῦθ᾽ ἁπλῶς δεδωροδόκηνται, καὶ τιμὴν ἔχουσιν ἁπάντων τούτων οὗτοι, πολλαχόθεν μὲν ἔγωγ᾽ οἶμαι δῆλον ὑμῖν εἶναι πάλαι. Et Καταδωροδοκῶ, corrũpo ſordidis muneribus. Ariſtoteles in 2. Politic. περὶ τῶν γερόντων τῶν Λακεδαιμονίων loquens, φαίνονται δὲ καὶ καταδωροδοκούμενοι καὶ καταχαριζόμενοι πολλὰ τῶν κοινῶν οἱ κεκοινωνηκότες τῆς ἀρχῆς ταύτης. Dinarchus κατὰ Δημοσθ. δωροδοκούμενον vocat quod ſordidè acceptũ eſt, Ἀπολελυκότες μὲν τὴν προδότην, τὴν προφῦτον εἰς τὸν ἴδιον εἰσενηνεγμένον τὸ δεδωροδοκημένον χρυσίον. Xenophõ in 2. ἀναβάσ. vt Demoſthenes vſus eſt, Δῆλον γὰρ ὅτι Σεύθης εἰ ἔχω τι ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἀπαιτήσει μέν τε δικαίως, ἐὰν μὴ βεβαιῶ τὴν πρᾶξιν αὐτῷ, ἐφ᾽ ᾗ ἐδωροδοκούμην, Clarũ eſt enim quòd Seuthes, ſiquid ab eo acceperim, protinus id iure repoſciturus eſt, niſi ipſe hoc præſtitero, vt ab ipſo nemo eo nomine quicquã petat. Quod ideo ab eo exegi, vt promiſſo ſtipẽdii liberaretur. Hoc enim verbũ βεβαιῶ ſignificat. eſtq; βεβαιῶσαι id quod Iuriſcõſulti dicunt, præſtare vt habere liceat ei, cui ſtipulatione & ſpõſione euictionis cautũ eſt. Vlpian. in tractatu de Euictionibus, Et ſicut obligatus eſt vẽditor, vt præſtet licere habere hominẽ quem vendidit, ita ea quoq; quæ per eũ acquiri potuerũt, præſtare debet emptori, vt habeat. βεβαιοῦν δεῖν ὀφείλει ὁ πράτης τῷ ἀγοραστῇ τὸ πεπραμένον χωρίον, id eſt ratã prædii vẽditi poſſeſſionẽ præſtare debet. Καὶ ὁ ὑποθεὶς ὁμοίως τῷ ὑποθεμένῳ βεβαιώσει (ἐνέχει) τὴν ὑποθήκης. quod etiã dici poteſt, προΐστασθαι τῆς ἀμφισβητήσεως (ἀναγκάζεται), de quo ſuprà diximus. & debitor qui rẽ pignori oppoſuit, opponere ſe liti tenetur cõtra pignus vendicantes, ratámq; pignoris obligationẽ præſtare creditori. Inde illud Baſilii de Iulitta, Καὶ συνηγόρει εὐπρεπεῖς ἀρχομένην διδάσκειν τοῦ ἀνδρὸς τὴν τυραννίδα, καὶ διηγεῖσθαι μνήμονες τὸν τρόπον τῆς ἐν ἀρχῇ κτήσεως, καὶ τοῦ χρόνου τὸ μῆκος τοῦ βεβαιοῦντος τὴν δεσποτείαν, & tẽporis ſpatiũ quod ei quæſiti lõga poſſeſſione dominii auctoritatẽ pepererat. Iſæus περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου, Καὶ γὰρ Μυκίωνα κελεύοντος Δικαιογένους, καὶ φάσκοντος μὴ βεβαιώσειν, ἐξάγοντες ἐκ τοῦ βαλανείου, ὠφλομεν τετταράκοντα μνᾶς διὰ Δικαιογένην, ὦ ἄνδρες. ἡγούμενοι γὰρ οὐκ ἂν αὐτὸν βεβαιώσειν οὐδὲν ὧν ἡμῖν ἀπέστη ἐν τῷ δικαστηρίῳ, διισχυριζόμεθα ἐναντίον τῶν δικαστῶν, ἐθέλοντες ὁτιοῦν παθεῖν εἰ βεβαιώσειεν αὐτῷ Δικαιογένης τὸ βαλανεῖον, οὐκ ἄν ποτε οἰόμενοι ἐναντία οἷς ὡμολόγησε πράξειν, Etenim Mucionem è balneis eiecimus Dicæogene auctore, negantéque ſe auctoritatẽ Mucioni earum balnearũ nomine præſtaturum. exiſtimantes enim eum nũquam auctorẽ ſe oblaturum contrà quàm ſpoponderat, eius rei qua nobis in iudicio ceſſerat, contendimus apud iudices, quamuis mulctam pati non recuſantes ſi Dicæogenes auctoritatem ei accommodaret. Auctor eſt ὁ βεβαιῶν ἢ βεβαιῶσαί γε ὀφείλων. Et auctoritas eſt cauſa ab eo manans, à quo res quæ-

Βεβαιῶ. Præſtatio habere licere.

ſita eſt, & accepta. de qua dictione ſatis multa nos in Annotationibus diximus. Venuleius de Euictionibus, Si alienam rem mihi tradideris, & eam pro derelicto habuero, amitti auctoritatem, id eſt actionem pro euictione placet, id eſt τὸ τῆς βεβαιώσεως σύγκλημα. Auctorem ſuum laudare eſt τὸν βεβαιώσοντα παρέχεσθαι. Βεβαιώσεως autem δίκη eſt actio ob euictionem.

Προπωλῶν. Auctor etiam ὁ προπωλῶν dicitur. Plato lib. XII. de Legibus, ἐγγυητὴς μὲν δὴ καὶ ὁ προπωλῶν τοῦ μὴ ἐνδίκως πωλοῦντος, ἢ καὶ μηδαμῶς ἀξιοχρέω. ὑπόδικος δ' ἔστω καὶ ὁ προπωλῶν καθάπερ ὁ ἀποδόμενος, Qui quippiam (inquit) vendidit, ſponſor eſto & repromiſſor pro emptore: vt ſi is nõ iure poſtea alii eam rem vendiderit, id eſt mancipio tradere nequiuerit, non minus ille prior venditor auctórque quàm poſterior teneatur. Προπωλῶν à quibuſdam προπράτωρ dictus eſt: quẽ Ariſtophanes προπώλην appellauit: Plato autem προπωλοῦντα, vt inquit Pollux. Cicero tamen in Piſonem, vinum à propola dixit. quaſi προπώλης ſit παλιγκάπηλος, & ἀναπράτης.

Βέβαιος. Eſt autem Βέβαιον certum & compertum, & de quo fiduciam habemus. Thucydid. in tertio, Καὶ εἰ μὲν αὐτόνομοι ἔτι ἦμεν ἅπαντες, βεβαιότεροι ἂν ἦσαν μηδὲν νεωτεριεῖν, maiore ſecuritate confideremus eos nihil rerum nouarum molituros. Verba ſunt Mitylenenſium de Athenienſibus.

Βεβαιοῦμαι. Βεβαιοῦμαι paſſiuè, τὸ πιστοῦμαι ἀττικῶς, hoc eſt pro comperto perhibeo, affirmo, fidem facio, vt in ſuperioribus dictum eſt. Pauſanias in Meſſen. Τοῖς δὲ καὶ μάλιστα ἤδη βεβαιοῦνται τὸν ἐς τοὺς ἀσκληπιάδας λόγον, ἀποφαίνοντες ἐν γερηνίᾳ τὸ μαχάονος μνῆμα. Plato pro confirmo, lib. Legum XII, Τὰ μὲν βεβαιούμενος τῶν νομίμων ὅσα καλῶς αὐτοῖς κεῖται, τὰ δ' ἐπανορθούμενος, εἴ τι παραλείπεται.

Πληροφοροῦμαι. Πληροφοροῦμαι etiam dicitur pro eo quod eſt compertum habeo, & certiſſimè noui. Iſocrat. Trapez. Ἐμὲ πολλῶν ἀκουόντων ἔξαρνον πληροφορηθεὶς γεγενῆσθαι, μηδὲν κεκτῆσθαι, Cum comperiſſet me, & certo ſciret pluribus audientibus negaſſe quicquam me poſſidere. Paulus ad Rom. XIIII, Ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω, Vnuſquiſque certus ſit mentis ſuæ, vnuſquiſque compertum habeat quod mente concipit. Chryſoſt. ad Rom. quarto, ἐννόησον ἡλίκον ἐστὶ πεισθῆναι, καὶ πληροφορηθῆναι ὅτι δύναται ὁ θεὸς τὸν ἐν ἀσεβείᾳ βεβιωκότα, τοῦτον ἐξαίφνης οὐχὶ κολάσεως ἀπαλλάξαι μόνον, ἀλλὰ καὶ δίκαιον ποιῆσαι.

Διαβεβαιοῦμαι. Διαβεβαιοῦμαι, vt βεβαιοῦμαι ἀττικῶς paſſiue enũciatur pro affirmo. Phalaris Λεωσθένει, Ταῦτά φασι τὴν μητέρα σου καὶ τὴν γυναῖκα πρὸς πολλοὺς τῶν Σικελιωτῶν διαβεβαιοῦσθαι.

Λύω. Λύω, ſoluo, & crimen diluo, hoc eſt ἀπολογοῦμαι. AEſchin. Κατεπαγγελλόμενος ὡς ἐπὶ τελευτῇ τῆς ἀπολογίας λύσει τὸ παράνομον. Idem, Ἐπειδὰν τῇ πρώτῃ ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον, Cum primo ſuffragio non abſolutus fuerit reus τῶν παρανόμων.

Λύομαι. Λύομαι, luo, redimo, & ſeruo. Demoſth. Οἶσθε γὰρ ὅτι καὶ οἱ νόμοι κελεύουσι τοῦ λυσαμένου ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι τὸν λυθέντα, ἐὰν μὴ ἀποδῷ τὰ λύτρα. Xenoph. κυνηγετ. de heroibus loquens, Οὗτοι τοιοῦτοι ἐκ τῆς ἐπιμελείας τῆς παρὰ χείρωνος, ὥστ' ἐν μὲν τῇ Ἑλλάδι εἴτῳ συμφοραὶ ἐγίγνοντο, ἢ πόλει ἢ βασιλεῖ, ἐλύοντο αὐτούς, ſeruabant, & à calamitate recipiebant. Διαλύεσθαι & ἀπολύεσθαι ſuprà enarrata fuerunt.

Ανακοινῶ. Ανακοινοῦμαι. Ἀνακοινῶ ἀνακοινοῦμαι, conſulo aliquem, & communico. Xenoph. in tertio ἀναβάσ. Συμβουλεύει τῷ Ξενοφῶντι, ἐλθόντι εἰς Δελφούς, ἀνακοινῶσαι τῷ θεῷ περὶ τῆς πορείας. Ibidem, Ὁ μέντοι Ξενοφῶν ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολήν, ἀνακοινοῦται Σωκράτει τῷ Ἀθηναίῳ περὶ τῆς πορείας, conſulit Socratem. Ariſtoph. νεφελ. Βουλόμενοι ἀνακοινοῦσθαί τε καὶ ἐς λόγον ἐλθεῖν. Pauſan. in primo Eliacôn de Alpheo & Arethuſa loquens, Τὸ δὲ διὰ τῆς θαλάσσης ἰόντα, ἐνταῦθα ἀνακοινοῦσθαι τὸ ὕδωρ πρὸς τὴν πηγήν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἀπιστήσω.



Ἐξαίρω. Ἐξαίρομαι. Ἐξαίρω ἐξαίρομαι. Plato, Σωκράτη δ' ἐξαίρω τοῦ λόγου. Et in Phædro, Σιμμίαν μόνον ἐξαίρω λόγου, τῶν δ' ἄλλων πάμπολυ κρατεῖς. Vnum tantùm Socratem eximo ab hoc ſermone. hoc eſt Socratem tantùm excipio. Baſil. Ἐξῆρται χαρὰ καὶ εὐφροσύνη ἡ πνευματική, ſublatũ eſt gaudium. Opponitur τῷ ἐμβαλεῖν, vt apud Xenophontem, Ἐξαίρειν τῷ ἵππῳ τὸν χαλινόν, καὶ ἐμβαλεῖν τὸν χαλινόν. Idem Plato in Protagora voce paſſiua vſus eſt, Ἀλλὰ καταγελῶσι καὶ θορυβοῦσιν ἕως ἂν ἢ αὐτὸς ἀποστῇ ὁ ἐπιχειρῶν λέγειν καταθορυβηθείς, ἢ οἱ τοξόται αὐτὸν ἀφελκύσωσιν, ἢ ἐξαίρωνται κελευόντων τῶν πρυτάνεων, de medio tollant, inde auferãt. Ἐξαίρω etiam moueo caſtra ſignificat. Polyb. in ſecundo hiſtor. Αὐτοὶ οὖν ἐξάραντες παντὶ τῷ στρατεύματι κατατεθαρρηκότως ὥρμησαν, ποιούμενοι τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τυρρηνίας.

Καταίρω. Καταίρω eſt redeo & applico, & aduenio, & deſcendo, apud Polybium ſæpe. Alciphr. Οἶσθα τὸν μείρακα ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τῆς συρίας δεῦρο καταίραντα, μεθ' ὅσης θεραπείας καὶ παρασκευῆς ἐσθῆτος, huc applicantem. Xenoph. Καὶ τείχη ὑπεραχρίζειν, καὶ ἀπ' ὀχθῶν καταίρειν, καὶ ἀκοντίζειν ἱκανῶς, deſilire. Plutarch. in Romulo de vulturibus, Ἀφ' ἑτέρας τινὸς γῆς καταίρειν ἐνταῦθα aduenire.

Ἐπικαταίρειν. ὅθεν Ἐπικαταίρω. Idem in Pompeio, Ἀμυνόμενος δὲ λεύκουλλος εἰδώλῳ καὶ σκιᾷ πολέμου τὸν πομπήϊον ἔφη μαχούμενον βαδίζειν, εἰθισμένον ἀλλοτρίοις νεκροῖς ὥσπερ ὄρνιν ἀργὸν ἐπικαταίρειν, καὶ λείψανα πολέμου σπαράττειν, vt inertem auem alienis cadaueribus inſidentem, in aliena cadauera decumbentem. Polyb. Οἱ δὲ κελτοὶ καταίραντες εἰς τὴν τυρρηνίαν, ἀπεπορεύοντο τὴν χώραν πορθοῦντες ἀδεῶς, deſcendentes, profecti. Et in tertio de Annibale, Καὶ τίνας καὶ ποίους διελθὼν τόπους, εἰς ποῖα μέρη κατῆρε τῆς ἰταλίας.

Διαίρω. Διαίρω verò traiicio ſignificat. Polyb. in primo hiſtor. Ἐὰν δὲ τηρῶν τὴν εὐδίαν καὶ καταμελλῶν, ἐάσῃ διᾶραι καὶ συμμῖξαι τοῖς στρατοπέδοις τοὺς πολεμίους, πρὸς τὰς ναῦς εὐκινήτους καὶ κεκουφισμένας ἀγωνιεῖται.

Ὑπεξαίρομαι. Et Ὑπεξαίρομαι, clam de medio tollo. Xenophon de tyrannis, Ὅταν δὲ τοὺς δικαίους καὶ ἀνδρείους διὰ τὸν φόβον ὑπεξαίρωνται, τίνες ἄλλοι αὐτοῖς καταλείπονται χρῆσθαι. Plato pro reiicio in Theæteto, Ἐὰν ἄρα σκοπούμενός τι ὧν λέγεις, ἡγήσωμαι μὴ ἀληθές, εἶτα ὑπεξαίρωμαι καὶ ἀποβάλλω, μὴ ἀγρίαινε.

Ὑπεξαιροῦμαι. Ὑπεξαιροῦμαι περιαιρούμενον eſt ſubduco, interuerto. Lucianus de Prometheo, ὃς τὴν νομὴν τῶν κρεῶν ἐγχειρισθείς, οὕτως ἀπατηλὴν ἐποιήσω, ὡς αὐτῷ μὲν τὰ κάλλιστα ὑπεξελέσθαι, τὸν Δία δὲ παραλογίσασθαι.

Καλλωπίζω. Καλλωπίζω, honeſto, orno. Gregorius in ſecundo κατὰ Ἰουλ. Μὴ ἄνθεσι στέψωμεν ἀγυιάς, μηδὲ μύρων αἰχμαῖς τραπέζας, μηδὲ πρόθυρα καλλωπίσωμεν.

Καλλωπίζομαι. Καλλωπίζομαι, efferor, glorior, mihi placeo. Xenophon de equo feroci, Σκέλη ὑγρὰ μετεωρίζει, ἀνατείνει ἄνω τὴν οὐράν, ὅταν καλλωπίζηται. Plutarchus in conuiuio ſapientum, Τότε δὲ Περίανδρος ἐκαλλωπίζετο λιτότητι καὶ σωφροσύνῃ δαπάνης, id eſt plauſum & gloriam captabat atque aucupabatur. Ponitur & pro ἐνδείκνυμαι, id eſt artem oſtento. Plato in Protagora, Ὑπώπτευσα γὰρ βούλεσθαι αὐτὸν τῷ τε Προδίκῳ καὶ τῷ Ἱππίᾳ ἐνδείξασθαι, καὶ καλλωπίσασθαι, ὅτι ἐρασταὶ αὐτοῦ ἀφιγμένοι εἴημεν. In Sympoſio pro ornari & excoli dixit, Ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην, ἵνα καλὸς παρὰ καλὸν ἴω, Itaque veſtitu me exornaui, & honeſtaui.

Καλλωπιστής. Inde Καλλωπιστής, cultus & elegantiæ

in veſtitu nimium ſtudioſus. Iſocrat. πρὸς Δημον. Εἶναι βούλου περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος, ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής. ἔστι γὰρ φιλοκάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπές, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον. Καλλώπισμα. Καλλώπισμα decus & ornamentum, καὶ τὸ πρόσχημα καὶ ἐπιπρεπές. Ponitur tamen καλλώπισμα in cultu ſuperfluo. Eſt enim καλλωπιστὴς περιεργίας σπουδαστικός. Sed φιλοκάλλημα honeſtamentũ eſt non improbandum. Baſil. Ὥστε καλλωπιστὴν εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, ὁμοίως αἰσχρὸν ἡγεῖσθαι φημὶ δεῖν, ἢ ἑταιρεῖν, ἢ ἀλλοτρίοις γάμοις ἐπιβουλεύειν. Ἐγκαλλωπίζομαι. Inde fit Ἐγκαλλωπίζομαι. Plutarchus in Antonio, Ἀγαθὸς ὢν ἐγκαλλωπίσασθαι τοῖς αἰσχροῖς, in rebus turpibus ſibi placere, ac ſeſe oſtentare. Idem ἐν τῷ, πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ, Ἀνδρὶ δὲ νέῳ βελτιουμένῳ τὸ ἦθος, οὐδενὸς ἔρως ἐμφύεται μᾶλλον, ἢ καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐγκαλλωπίσασθαι, id eſt inter bonos & graues ſpectandum ſe præbere. Gregorius, Ἀπολαυέτωσαν οὖν τῆς ἑαυτῶν εὐηθείας, καὶ τοῖς αἰσχίστοις ἐγκαλλωπιζέσθωσαν.

Ὡραΐζομαι. Idem propemodum per Ὡραΐζομαι ſignificatur. Athen. Πηνίκα τε εἰσακτέον τοὺς ὡραίους καὶ τὰς ὡραίας εἰς τὸ συμπόσιον, καὶ πότε αὖθις προσδεκτέον ὡραϊζομένους, decore conſpicuos, decorem oſtentantes. Greg. Νῦν δὲ ὑψαύχην ἵππος τοῖς οἴκοις δυσχεραίνων, καὶ τὰ δεσμὰ τυραννήσας, κροαίνει κατὰ πεδίων, καὶ ποταμοῖς ὡραΐζεται, effertur pulchritudine. Ἐνωραΐζομαι. Et Ἐνωραΐζομαι vt ἐγκαλλωπίζομαι. Lucian. Ἐπαγλαΐζομαι. Γυναίοις ἐνωραϊζόμενος. Homerus Iliad. v 1. Ἐπαγλαΐζεσθαι vocat, de armis Patrocli loquens, Τὰ μὲν κορυθαίολος Ἕκτωρ Αὐτὸς ἔχων ὤμοισιν ἀγάλλεται. οὐδέ ἕ φημι Δηρὸν ἐπαγλαϊεῖσθαι, ἐπεὶ φόνος ἐγγύθεν αὐτῷ. Non longè abeſt ab his Καλλύνομαι. Καλλύνομαι. Plato in Apologia, Ἐγὼ γοῦν καὶ αὐτὸς ἐκαλλυνόμην τε καὶ ἡβρυνόμην ἂν εἰ ἠπιστάμην ταῦτα. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπίσταμαι, Ego quoque, ſi hæc ſcirem, nitidè Καλλύνω. elegantérque me haberem, & gloriarer, mihique ipſi placerem. Καλλύνειν autem eſt verrere. καὶ Συγκαλλύνειν conuerrere. Ariſtoteles in Problematis, Διὸ ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ καλλύνοντες κερδαίνουσι. τὸ γὰρ διαρριπτούμενον συγκαλλύνοντες λαμβάνουσι τὰ λείψανα. Polybius de platea loquens, Ὡς ῥαίνηται καὶ καλλύνηται σφίσιν ἐπιμελῶς. Significat etiam comere, & venuſtare, honeſtaréque. Καλλυντήριον. ὅθεν Καλλυντήριον, omne inſtrumentum comptorium, vt ſi dicas κτένιον καλλυντήριον ἐπὶ τῶν τριχῶν. Κόρημα. Scopæ etiam hoc eſt Κόρημα eo nomine ſignificãtur. Κόρυθρον. Σάρωθρον. quod & Κόρυθρον & Σάρωθρον etiam appellatur. Lucian. Λαβὼν τὸν μοχλὸν τῆς θύρας, ἢ τὸ κόρυθρον, ἢ καὶ ὕπερον περιβαλὼν ἱματίοις. Sic autem vocabantur σπάθαι φοίνικος, quia vſum præbebant ſcoparum. Κορῶ καὶ Ἐκκορῶ. Κορῶ δὲ τὸ καλλύνω, καὶ σαρῶ τὸ ἔδαφος, καὶ καθαίρω. ὅθεν Σηκοκόρος. καὶ Ἐκκορῶ, euerro, excutio. Syneſ. Εἰ ἐκκορήσειας καὶ θυμιάσειας. Alciphr. Βοηθήματος δεόμεθα, ὃ τὸν πολὺν αὐτοῦ τῦφον, ἀλλ' οὖν καὶ τὴν κραιπάλην ἐκκορήσειεν. Κόρημα etiam τὸ κορούμενον, id eſt ſcobem & ramenta ſignificat, quæ conuerruntur, vt inquit Pollux. Πονῶ. Πονοῦμαι. Πονῶ & πονοῦμαι doleo & laſſeſco. Ariſtoteles in Problem. Διὰ τί ποτε ἐν ταῖς ὁδοῖς τῶν μηρῶν τὸ μέσον μάλιστα πονοῦμεν; Thucydid. Ἐπιπλεῖστον δὲ ὅμως τόν τε θνήσκοντα καὶ τὸν πονούμενον ᾠκτίζοντο, ægrotantem. Πονῶ etiam frangor, & fatiſco, non duro, οὐκ ἀντέχω. Plato in Phædro, Δοὺς δὲ οὕτω φύσει ἰσχυρὸν εἶναι, ὥστε πολλάκις γιγνομένην ψυχὴν ἀντέχειν, μηκέτι ἐκεῖνο συγχωρεῖν, μὴ οὐ πονεῖν αὐτὴν ἐν ταῖς πολλαῖς γενέσεσι. καὶ τελευτῶσάν γε ἔν τινι τῶν θανάτων ἀπόλλυσθαι. Lucian. Πεπονηκέναι γὰρ αὐτοῖς τὰ σώματα ὑπὸ νόσου ἢ ὑπὸ γήρως. Significat etiam πονῶ exerceor & γυμνάζομαι. & πεπονηκὼς τὸν γεγυμνασμένον ſignificat. Ariſtotel. in quinto



Politicôn; Νῦν δ' ἐν μὲν ταῖς ὀλιγαρχίαις οἱ τῶν ἀρχόντων υἱοὶ τρυφῶσιν. οἱ δὲ τῶν ἀπόρων γίγνονται γεγυμνασμένοι καὶ πεπονηκότες. Libro ſeptimo voce paſſiua vſus eſt. Πεπονημένην μὲν οὖν ἔχειν δεῖ τὴν ἕξιν, πεπονημένην δὲ πόνοις μὴ βιαίοις. Baſil. homil. vi. in Hexaëm. Γεωργοὶ δὲ καὶ οἱ περὶ τὰ σπέρματα καὶ τὰς τῶν φυτῶν θεραπείας πονούμενοι, πάσας ἐντεῦθεν εὑρίσκουσι τὰς εὐκαιρίας τῶν ἔργων, id eſt laborantes & exercitati. Idem Ariſtoteles in primo τῶν ἠθικῶν, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις, id eſt exercitatis, & qui in ea re elaborauerũt. Gregorius πονεῖσθαι pro dolere mihi dixiſſe videtur, ἐν τῷ εἰς Βασιλ. Καὶ τὸ ἥδιστον δεῖπνον καὶ ὄψον ὁ ἄρτος καὶ οἱ ἅλες, καὶ ἡ καινὴ καρυκεία. καὶ ποτὸν νηφάλιόν τε καὶ ἄφθονον, ὃ γεωργοῦσι πηγαὶ μηδὲν πονουμένοις, ἐξ ὧν νοσοκομίαι καὶ ἰατρεῖαι, τὸ κοινὸν ἡμῶν ἐμφιλοσόφημα, nequaquam doloribus iis laborantibus, è quibus medicationes, & ægrorum curationes natæ ſunt, in quibus diſciplinis vulgo philoſophamur, hoc eſt ſtudemus & philoſophandi tempora conterimus. πονοῦμαι, labore conficior, & laſſeſco. Χίων μάτειδι, Πεπονημένοι γὰρ οἱ Ἕλληνες πολυχρονίῳ καὶ χαλεπῇ στρατείᾳ, δεξαμένων αὐτοὺς τῶν Βυζαντίων, ἔγνωσαν διαρπάσαι τὴν πόλιν. de iis loquens qui cum Xenophonte è Perſide redierunt. Πονῶ etiam laboro, id eſt labore & diligentia cõficio. Idem Greg. de eodẽ Baſilio, Καὶ τὰ πάρεργα τοῦ ἀνδρὸς, τῶν πονουμένων ἑτέροις πολὺ τιμιώτερα, hoc eſt, opera eius illaborata, & obiter aliúdque agendo facta, aliorum elaboratis erant præſtantiora. Gorgias, Τοὺς ἐν τῷ παροιχομένῳ βίῳ πόνους ἐπ' ἀρετῇ πεπονημένους ἀπορρίψαι, labores exhauſtos. ſic Lucianus, Ὑπέφαινε γοῦν τεσσάρων δακτύλων αὐτοῖς εἵνεκα πάντα πονεῖσθαι τὸν πόνον τοῦτον. Verùm in verbis Gregorii ſuprà ſcriptis, ποτὸν νηφάλιον καὶ ἄφθονον ὃ γεωργοῦσι πηγαί, γεωργοῦσιν ἀντὶ τοῦ ἐκφύεσθαι ποιοῦσι ſignificare cenſeo. Qui Γεωργῶ. enim ſemen aliquod aut frugem excolit, enaſci eam facit, & quaſi producit. Sic fontes oriri faciunt aquas ſcaturigine ſua abſtemiis hominibus & victu parabili contentis, quibus ſcilicet ἀνήροτα πάντα φύεται. Ipſe Gregorius alibi in eadem oratione de negociatoribus ſceleſtis loquens, qui penuriam annonæ negociando moliuntur ac machinantur, Τηροῦσι γὰρ τοὺς καιρούς, καὶ καταπραγματεύονται τῆς ἐνδείας (vel fortaſſe τὴν ἔνδειαν) καὶ γεωργοῦσι τὰς συμφοράς. ac ſi diceret, colunt calamitates, meſſémque è ſterilitate faciũt. Hippocrates aliter ad Demagetũ ſcribens, Ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νόσος ἐστί. τρεφόμενος ἄχρηστος ἱκέτης βοηθείας, αὐξανόμενος ἀπάθαλος, ἄφρων δεόμενος χρεὸς παιδαγωγίης, θρασὺς ἀκμάζων, παρακμάζων οἰκτρός. τοὺς ἰδίους χρόνους ἀλογιστίῃ γεωργήσας, tẽpora vitæ ſuæ colens & poſſidens. vel, vita potiens temeritati rationis exſorti. hoc eſt, meſſem faciẽs non rationi ſed ſenſibus, τὴν ζωὴν καρπούμενος ἀλογίστως. Cicero in hoc verbo, vt in aliis quibuſdam, calumniandi linguã Græcam vt inopem, materiam nactus eſt: vel arripuit potius. Sic enim ſcribit in 2. Tuſcul. Intereſt aliquid inter laborẽ & dolorẽ. ſunt finitima omnino, ſed tamen aliquid differunt. hæc duo Græci illi, quorum copioſior eſt lingua quàm noſtra, vno nomine appellant. itaque induſtrios homines illi ſtudioſos vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laborioſos. aliud eſt enim laborare: aliud dolere. O verborum inops interdum, quibus abundare te ſemper putas, Græcia! aliud inquam dolere, aliud labo-

rare. Quibus verbis Cicero improbat φιλόπονον & φιλοπονεῖν verba Græca: quaſi Græci nullum verbum habeant quo dolere ſignificēt, niſi πονεῖν: aut quaſi laborare aliter dicere non poſſint quàm πονεῖν. Quod ſi hoc improbādum eſt vtrunque vno verbo ſignificari apud eos: cur laborare apud nos vtrunque ſignificat? Idē ipſe Cicero eodémque in libro, de Dionyſio Heracleote, Nam cū è renibus (inquit) laboraret, ipſo in eiulatu clamitabat falſa eſſe illa quæ antea de dolore ſenſiſſet ipſe. Idē paulo pòſt de Poſidonio, Sed cum audiret eū grauiter eſſe ægrum, quòd vehemēter eius artus laborarēt: voluiſſe tamen nobiliſſimum philoſophū viſere. Et paulo pòſt laborem & dolorem viciſſim pro eodē dixit. Cúmque faces (inquit) doloris ei admouerentur, ſæpe dixiſſe, Nihil agis dolor quanuis ſis moleſtus. nunquā te eſſe confitebor malū. omninóque omnes clari & nobilitati labores contemnendo fiunt etiā tolerabiles. Videmúſne apud quos eorum ludorū qui gymnici vocantur, magnus honos ſit, nullum ab iis qui in id certamen deſcēdunt, deuitari dolorē? πόνος commodè à Græcis dictus eſt παρὰ τὸ πένεσθαι. paupertas enim laborioſos & induſtrios homines facit: & laborē nimium excipit dolor. Sed ſic ſolet Cicero proteruè interdum cauillari Græcam linguam, quam nimiū amari à ſuis obtrectatoribus ægrè ferebat. Nec minor eſt eius iniquitas in tertio, Græci autē μανίαν vnde appellēt, non facilè dixerim. eam tamē iſtā diſtinguimus nos melius quàm illi. hanc enim inſaniā quæ iūcta ſtultitiæ, patet latius, à furore diſtinguimus. Græci volunt illi quidē, ſed parum valent verbo. quē nos furorē, melancholiā ipſi vocant. Quaſi verò neſcierit Cicero παρὰ τὸ μῶ, μαίνω factum eſſe. vnde μεμαώς apud Homerū, ὁ ὑπὲρ τὸ δέον προθυμούμενος. Plato in Phædro μανίας duo genera facit. Vnū genus (inquit) eſt à morbis humanis manans, aliud eſt diuinū. diuinúmque rurſus in quatuor ſpecies diſtribuit, ita vt vna ſit Apollinis inſpiratio: ſecunda Liberi patris, quaſi initiatrix quædam mentis alienatio. tertiā facit poëticam à Muſis: & quartā amatoriam, ab Amore Veneréque manantē. τῆς δὲ θείας τέτταρα μέρη διελόμενοι, μαντικὴν μὲν ἐπίπνοιαν Ἀπόλλωνος θέντες, Διονύσου δὲ τελεστικήν. μουσῶν δ' αὖ ποιητικήν, τετάρτην δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος, ἐρωτικὴν μανίαν ἐφήσαμεν ἀρίστην εἶναι. μανίαν Plato furorē & poëticū & fanaticum ſiue entheon vocat, nō μελαγχολίαν. Alibi autem furorē illum animum ab homine abſtrahentē, quartum genus μανίας vocat & ἔκστασιν & ἐνθουσίασιν. ſic enim inquit, de mēte germani philoſophi loquens, quem vult volucrē eſſe, Ἐξιστάμενος δὲ τῶν ἀνθρωπίνων σπουδασμάτων, καὶ πρὸς τῷ θείῳ γιγνόμενος, νουθετεῖται μὲν ὑπὸ πολλῶν ὡς παρακινῶν, ἐνθουσιάζων δὲ λέληθε τοὺς πολλούς. ἔστι δ' οὖν ὁ πᾶς ἥκων λόγος, περὶ τῆς τετάρτης μανίας. Plato παρακινοῦντας ἀπὸ τῶν ἐνθουσιώντων diſtinxit, hoc eſt inſanos, vt Cicero vocat, ab iis qui enthei & numine afflati dicuntur. Huiuſmodi maniam Lucanus furorē appellat in quarto cum inquit, Mortis agor ſtimulis. furor eſt: agnoſcere ſolis Permiſſum eſt quos iā tangit vicinia fati: Victuróſque dei celant, vt viuere durent, Felix eſſe mori. ἐξιστάμενοι autē ſunt qui è poteſtate exierunt. de quibus Cicero ibidē, Itaque (inquit) nihil melius quàm quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini, cū exiſſe è poteſtate dicimus eos qui



effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia, τοὺς ὑπ' ὀργῆς ἢ ἀκολασίας ἐκστατικῶς ἔχοντας. quod tamen Cicero Græcis non retulit acceptū. quare non magnopere mirū eſt eum à multis malè audiſſe propter huiuſcemodi vaniloquētiam, quam Bruto ſuo, vt opinor, non probauit. Qui autē omnia Græcorū eleuat, & anguſtiſſimè interpretatur, Latina vltra modū vſitatū intēdit, non vſu, ſed verborū enarratione ampliſſima, cuius ſpecimen eſſe poteſt frugalitatis interpretatio in eodem libro. Huiuſcemodi autem interpretationes interdū calumnioſas fuiſſe magis quàm ex ſentētia animi dictas, ex eo cōiicere licet, quod Cicero ipſe eas non obſeruauit, vt in tertio Officiorum, cum ita ſcribit, Si gladium quis apud te ſana mente depoſuerit: repetat inſaniens: reddere peccatum ſit: officium nō reddere. inſanientē pro furēte dixit.

Διαπονῶ & διαπονοῦμαι.

ματουργούμενα. Herodotus in ſecundo, Ἀντὶ δὲ φαλλῶν ἄλλα σφί ἐστι ἐξευρημένα,
ὅσον τε πηχυαῖα ἀγάλματα νευρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι κατὰ κώμας αἱ γυναῖκες, νεῦον
τὸ αἰδοῖον οὐ πολλῷ τεῳ ἔλασσον ἐὸν τοῦ ἄλλου σώματος, id eſt quorum pudenda fidi-
cula mouebantur & ducebãtur, vt priapi ſpeciem præberent. Παρακόπτω
Κατακόπτω. etiam voce actiua dicitur, de quo antè dictum eſt. Κατακόπτω, quod con-
cido, contundo, contrucido ſignificat. Herodotus pro nummum percu-
tere, κατακόπτειν dixit. Apud Theophraſtum arbores præcidere, & materiam
Κατάκοπος. eluxuriantem reſecare ſignificat. Κατάκοπος vt κατάπονος defeſſus, labore



confectus, qui etiam πεπονημένος dicitur. Plutarchus in Sylla, Καὶ μὴ κατα-
κόπους ἔχοντα τοὺς ἄνδρας ἀποκινδυνεῦσαι περὶ τῶν ἐσχάτων. Idem, Καθάπερ ἔφεδρος
ἀθλητὴς κατακόπῳ προσενεχθείς. Sic Diodorus κατακόπους appellat defeſſos pu-
gnando, quibus ἀκέραιοι integri ſubſtituũtur. Idem Plutarchus de Virtu-
tibus mulierum, Κατάκοποι δὲ οὖσαι, καὶ μηδέπω τοῦ φρονεῖν παρόντος αὐταῖς, ἐν τῇ ἀ-
γορᾷ προεῖντο τὰ σώματα, ἀνέδην ἔκειντο καθεύδουσαι. περὶ τῶν θυάδων loquens.
Ἐπικόπτω, concido, præcido, imminuo. Theophraſt. in quinto de Cauſis, Ἐπικόπτω.
περὶ δὲ τῆς ἐπικοπῆς καὶ τῆς κολούσεως ἐν ὀλίγοις ἡ σκέψις. ὀλίγα γὰρ τὰ φθειρόμενα, κατὰ Ἐπικοπή.
μὲν τὴν ἐπικοπὴν ἐλάτη, πεύκη, φοῖνιξ. ἔνιοι δὲ καὶ κέδρον καὶ κυπάριττόν φασι. καλοῦσι
δ' ἐπικοπὴν, ὅταν ἀφαιρεθείσης τῆς κόμης ἐπικόψῃ τις τὸ ἄκρον. Ἐπικόπτω etiã exte-
nuo vires, & imminuo opes & imperium. Ariſtotel. in tertio Politicôn,
Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς Μήδους καὶ Βαβυλωνίους, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πεφρονηματισμένους
διὰ τὸ γενέσθαι ποτ' ἐπ' ἀρχῆς, ἐπέκοπτε πολλάκις, id eſt ἐταπείνου, vt alibi dixe-
rat. Significat etiã percutio nummum. vt idem in ſecundo OEconom.
Ἀνενεχθέντος δὲ τοῦ ἀργυρίου, ἐπικόψας χαρακτῆρα, ἐξέδωκε τὴν δραχμὴν δύο δυ-
ναμένην δραχμὰς, Cum ciues argentum contuliſſent, nummo percuſſo
drachmam locauit pro didrachmo, & ſic argẽtum reddidit. Κόπτειν enim
νόμισμα dicunt, τὸ τυποῦν καὶ σημαίνεσθαι. Idem, Οὐκ εὐπορῶν δὲ ἀργυρίου, νόμισμα
ἔκοψε καττιτέρου. Verùm Φρονηματίζομαι, quo Ariſtoteles in exemplo ſupe- Φρονηματίζομαι.
riore vſus eſt, ſignificat magnificè de me ſentio, efferor, animos tollo, &
vt Fabius loquitur, maiores ſpiritus duco. vt apud eundem in octauo Po-
liticôn, Σχολαστικώτεροι γὰρ γιγνόμενοι διὰ τὰς εὐπορίας, καὶ μεγαλοψυχότεροι πρὸς
ἀρετὴν ἔτι τε πρότερον, καὶ μετὰ τὰ Μηδικὰ φρονηματισθέντες ἐκ τῶν ἔργων, πάσης ἥ-
πτοντο μαθήσεως. Diodor. Τῆς ἐσχάτης τῶν Βραχμάνων πόλεως πεφρονηματισμένης ἐπ'
ἀνδρείᾳ καὶ δυσχωρίᾳ. Polyb. in 2. hiſtor. Πεφρονηματισμένοι ἐκ τοῦ πολλοῦ χρό-
νου, καὶ καταπιστεύσαντες ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι. Fabius in primo, Interim & ſu-
blimitate heroici carminis animus aſſurgat, & ex magnitudine rerũ ſpi-
ritum ducat. Liuius, Eadem contumacia in vultu, idem in oratione ſpi-
ritus erat, τὸ αὐτὸ φρόνημά τε καὶ λῆμα. Φρονηματίας etiam dicitur homo ela- Φρονηματίας.
ti ſpiritus, ὁ πεφρονηματισμένος. vt in quinto Politicôn, Ἔστι δὲ πρὸς σωτηρίαν τῆς
τυραννίδος τὸ, τοὺς ὑπερέχοντας κολούειν, καὶ τοὺς φρονηματίας ἀναιρεῖν. ἀντὶ τοὺς γενναίους.
Qui etiam Λημματίαι dicuntur, hoc eſt μεγαλόφρονες. Antiph. βατράχ. Ἴθι νυν Λημματίας.
ἐπειδὴ λημματιᾷς κἀνδρεῖος εἶ, σὺ μὲν γενοῦ 'γώ, τὸ ῥόπαλον τουτὶ λαβὼν, καὶ τὴν λεοντῆν, Λημματιᾶν.
id eſt, quando tu virum agis audacem, & fidentem ſuis viribus. eſt enim
nomen λημματίας, vel verbum λημματιᾷς, ἀντὶ τοῦ ἐπαίρῃ καὶ βρενθύῃ. vtroque
enim modo legitur. Sic Οἰηματίας, ὁ ἐπηρμένος, ſuperbus & inſolens. Eſt Οἰηματίας.
enim Οἴημα, elatio, & arrogãtia, καὶ τῦφος. Plutarch. in Platonicis quæſtio- Οἴημα.
nibus, Καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκ τύχης τότε φορὰν γενέσθαι συνέβη σοφιστῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι, καὶ
τούτοις οἱ νέοι πολὺ τελοῦντες ἀργύριον, οἰήματος ἐπληροῦντο καὶ δοξοσοφίας, καὶ λόγων
ζήλου. Inde illa ſententia ex Laërtio, Τοὺς μὲν κενοὺς ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διΐστησι, τοὺς
δὲ ἀνοήτους τὸ οἴημα. Et Οἴησις, ἡ ἔπαρσις, & elatio apud Dionyſium. apud Pla- Οἴησις.
tonẽ pro opinione accipitur, vt in Phædone, Ἀλλ' ἀνάγκη σοι ὦ ξένε, ἀλλὰ δό-
ξαι, ἄνπερ μείνῃ ἥδε οἴησις, τὸ ἁρμονίαν εἶναι σύνθετον πρᾶγμα. Alibi, Ἐκεῖνος μὲν περὶ
τῆς αὐτοῦ οἰήσεως τὴν τῶν ἀντιδοξαζόντων οἴησιν συγχωρεῖ που ἀληθῆ εἶναι. Legimus & in

quodam Parænetico, Η μὲν γὰρ ὑπόθεσις τῆς ἀγνοίας, τὴν ἐκ τῆς οἰήσεως ἐγγεγενημένην προπέτειαν ἐκκόπτει, id eſt excitatã ex ſtulta & arroganti exiſtimatione ſui. Et rurſus, Εἰ καθαρεύειν οἰήσεως, καὶ ἐπιστήμης πλήρης τυγχάνειν αἱρῇ σύ. Sic Μαλακίας, ὁ μαλακός. Vnde Μαλακιᾶν ῥῆμα, vt λημματιᾶν, de eo dictum qui mollis eſt, & laborat mollitie. Xenophon κυνηγετικῷ, Ο δὲ παγετὸς τὰ ἴχνη ἀφανίζει ἐπιπήξας. καὶ αἱ κύνες μαλακιῶσαι τὰς ῥῖνας οὐ δύνανται αἰσθάνεσθαι, infirmitate narium laborantes, & mollitudine. Τολμητίας, ὁ τολμηρός. ἀττικώτερον tamen Τολμητής. Τολμᾶν autem non tantùm audere ſignificat, ſed etiam ſuſtinere, hoc eſt quippiam graue in animũ inducere, & ſibi imperare. Quintilianus, Sed non ſuſtineo conſcius eſſe mihi diſſimulanti. Lucan. in ſeptimo, Suſtinuit votis etiam tum credere dignos Cœlicolas. id eſt potuit. Celſus in tertio, Et qui amplè valetudinarios nutriũt, quia ſingulis ſumma cura conſulere nõ ſuſtinent, ad cõmunia iſta cõfugiunt. Seneca, Non ſuſtineo eum deſerere, cui dedi vitam. Dinarch. κατὰ Δημοσθ. Καὶ δεομένων καὶ ἱκετευόντων δοῦναι τὰ χρήματα εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν, οὐκ ἐτόλμησεν ὁ μιαρώτατος καὶ αἰσχροκερδὴς ἀπὸ πολλῶν χρημάτων ὧν εἶχε δέκα μόνον τάλαντα δοῦναι, id eſt, ſuſtinuit repudiare preces ſupplicantium, nec dare quod poſtulabant. Iſocrates, Τίς γὰρ ἱκετεύειν τολμήσει ἢ τοὺς ἥττους αὐτοῦ, ἢ τοὺς ὑφ' ἑτέροις ὄντας, παραλιπὼν τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας. Ponitur & pro καρτερῶ καὶ ὑπομένω. vt in vltimo Odyſſeæ, Αλλ' ἔπεσίν τε κακοῖσιν ἐνίσσομεν ἠδὲ βολῇσιν. Αὐτὰρ ὁ τέως μὲν ἐτόλμα ἐνὶ μεγάροισιν ἑοῖσιν Βαλλόμενος καὶ ἐνισσόμενος, τετληότι θυμῷ. Et decimo ſeptimo, ὁ δὲ μερμήριξεν Ὀδυσσεὺς Ἢ ἐ μεταΐξας ῥοπάλῳ ἐκ θυμὸν ἕλοιτο, Η πρὸς γῆν ἐλάσειε κάρη ἀμφ' οὖδας ἀείρας. Αλλ' ἐπετόλμησε, φρεσὶ δ' ἔσχετο. ἀντὶ τοῦ ὑπέμεινε, pertulit. Et in eodem, Τολμήεις μοι θυμός, ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέπονθα. ἀντὶ τοῦ ὑπομονητικός. Θέογνις, Οὐδείς τοι πάντ' ἐστὶ πανόλβιος. ἀλλ' ὁ μὲν ἐσθλὸς Τολμᾷ ἔχειν τὸ κακόν, κοὐκ ἐπίδηλος ὅμως. Idem, Χρὴ τολμᾶν χαλεποῖσιν ἐν ἄλγεσι κείμενον ἄνδρα. Ponitur & ἀντὶ τοῦ πάσχειν, id eſt κακοπαθεῖν. vt in illa Euripidis ſententia in Hecuba, Αἶ αἶ, τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πέφυκ' ἀεί, vel πεφυκέναι, τολμᾷ θ' ἃ μὴ χρὴ τῇ βίᾳ νικώμενον, id eſt ὑπομένει ἃ μὴ πρέπει. Contrà Ανέχομαι, id eſt ὑπομένω & καρτερῶ, ἀντὶ τοῦ τολμῶ ponitur. Ioſepus in ſecundo contra Apionem, Οἱ γὰρ πιστεύσαντες ἐπισκοπεῖν θεὸν τοὺς ἑαυτῶν βίους, οὐδὲν ἀνέχονται ἐξαμαρτεῖν. Υπομένω etiam ipſum ſic accipitur ſæpiſſime. vt apud Demoſthenem ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς, οἳ καὶ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν ὑπέμειναν, εἰς τὰς τριήρεις ἐμβάντες, id eſt animum inducere potuerunt. Lingua vernacula dicitur, animum vel cor habere potuerunt, & vt Itali loquuntur, ſatis fuit animi. Simile eſt illud Homeri in primo Iliados, Οὐδέ τί πω μοι πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν ἔπος ὅ, τι νοήσῃς. & Iliad. φ, Τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν, ὅ μευ ἔτλης ἀντίος ἐλθεῖν. Et in vltimo, ἔτλην δ' οἷ' οὔπω τις ἐπιχθόνιος βροτὸς ἄλλος, Ανδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι. Καταδέχομαι pro eodem ferè dicitur. Baſil. εἰς τὴν ἰουλίτταν, Οἱ ἄνδρες, μὴ καταδέξησθε γυναικῶν ἥττους ὀφθῆναι πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Et περὶ εὐχαριστίας, Τί οὖν ποιήσω. καταρρήξομαι τὴν ἐσθῆτα, καὶ καταδέξομαι κυλινδεῖσθαι χαμαὶ καὶ ποτνιᾶσθαι; Dicitur & Δέχομαι. Plato libro v i i. de Repub. Οὕτως ἔφη, ἔγωγε οἶμαι πᾶν μᾶλλον πεπονθέναι ἂν δέξασθαι, ἢ ζῆν ἐκείνως. Et lib. decimo, Πολλὰ δὲ ποιήσει ἃ οὐκ ἂν δέξαιτό τι-

Μαλακίας. Μαλακιᾶν. Τολμητίας. Τολμητής. Τολμᾶν. Suſtinere. Επιτολμᾶν. Τολμήεις. Ανέχομαι. Υπομένω. Τλῆμι. Καταδέχομαι. Δέχομαι.



να ἰδεῖν δρῶντα. Et in Apologia, Επὶ πόσῳ δ' ἄν τις δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα πολλὴν στρατιάν. Et in Hippia minore, Δέξαιο δ' ἂν πότερον τἀγαθὰ κεκτῆσθαι, ἢ τὰ κακά; ἱππ. τἀγαθά. σωκρ. πότερον οὖν ἂν δέξαιο πόδας κεκτῆσθαι ἑκουσίως χωλαίνοντας, ἢ ἀκουσίως, vtrum malles. Euripides in Oreſte, Καὶ νῦν ὅπου 'στιν εἴπατ' ὦ νεάνιδες ἀγαμέμνονος παῖς, ὃς τὰ δείν' ἔτλη κακά, Vbinam eſt Oreſtes, qui tantum ſcelus auſus eſt, hoc eſt parricidium. ἔτλη ἀντὶ τοῦ ἐτόλμησε.

Τλήμων. Et τλήμων ἀντὶ τοῦ τολμηροῦ accipitur. Sophocles in Electra, ἀρχὴν δ' ἂν εἰ μὴ τλημονεστάτη γυνὴ πασῶν ἔβλαστε, τάσδε δυσμενεῖς χοὰς οὐκ ἄν ποθ' ὃν γ' ἔκτεινε τῷδ' ἐπέστεφε, Iam primùm niſi hæc mulier nata eſſet omnium audaciſſima, nequaquam has inuiſas inferias ei accommodaſſet & adaptaſſet, quem interficiendum curauerat. vel honoris cauſa miſiſſet. Πλασματίας λόγος, ὁ πεπλασμένος, cõmẽtitius, qui etiã πλασματώδης dicitur. Ariſtot. in x i i. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Ὅτι μὲν τοίνυν ἔν τε τοῖς αἰσθητοῖς ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἅμα πλασματίας ὁ λόγος, εἴρηται μὲν καὶ ἐν τοῖς διαπορήμασιν, ὅτι ἅμα δύο στερεὰ εἶναι ἀδύνατον. Quibus verbis ſignificat commentitium eſſe quod quidam aiebant, ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἶναι τὰ μαθηματικά. Πλάσμα, commentũ & ſimulatio, hoc eſt σχηματισμός. Πλάσμα etiam verbum erat theatricũ, & artis tibicinum. Theophraſt. in quarto de tibiis loquens, quæ ex calamo fiebant, Γίνεσθαι δέ φασι τελειόν τε χρήσιμον καὶ κατὰ αὐλήσεως βραχείας δεῖσθαι, καὶ κατασπάσματα τὰς γλώττας ἔχειν. τοῦτο δὲ ἀναγκαῖον τοῖς μετὰ πλάσματος αὐλοῦσι. Et Απλάστως αὐλεῖν, τὸ ἄνευ πλάσματος. Ibidem, Τὴν δὲ τομὴν ὡραίαν εἶναι περὶ ἀντιγενίδου μὲν, ὡς οὐκ ηὔλουν ἀπλάστως, ὑπὸ ἀρκτοῦρον. Πλάσμα etiã ſpeciem ſignificat. Gregor. Προσιόντες αὐτῷ μετὰ φιλικοῦ πλάσματος, amicorum ſpecie. Εκτροπίας οἶνος, ὁ παραβαπτεὶς, vappa. Alciphr. Εκτροπίαν δὲ ἡμεῖς καὶ ὀξίνην πίνομεν, hoc eſt ἐκτετραμμένον καὶ ἐξεστηκότα, qui etiam τροπίας dicitur. Τροφίας ἵππος Ariſtoteli eſt qui domi nutritus eſt, non in armento. Ariſtoteles in v i i i. de hiſtoria animalium, Οἱ δὲ τροφίαι ἵπποι πλείστοις ἀρρωστήμασι κάμνουσι. Dicuntur autem τροφίαι ad differentiã τῶν φορβάδων, id eſt gregalium & armentitiorum. Κυματίας ποταμὸς ab Herodoto dicitur vndabundus, ὁ κυματούμενος. Ρηγματίας, qui ruptis laborat, id eſt τοῖς ῥήγμασι. Dioſcorid. Ὠφελεῖ ἰσχιαδικοὺς, τετανώδεις, ῥηγματίας. Galen. Η δὲ διαίρεσις τῆς ἑνώσεως, κατὰ μὲν ὀστοῦν, ὀνομάζεται κάταγμα. κατὰ δὲ τὰς νευρώδεις ἶνας, σπάσμα. κατὰ δὲ τοὺς μῦς, ἕλκος τε καὶ ῥῆγμα. Ρῆγμα, vt alii dicunt, ἀγγείου τινὸς ῥῆξις, οἷον ἀρτηρίας, ἢ φλεβός. Στρέμμα δὲ ἄρθρου παράβασις. AEgineta autem, Τὰ ῥήγματα μὲν (inquit) σχεδὸν ἐκχυμώσει γίνεται πάντως. τὸ δὲ σπάσμα τῶν διασπωμένων τινῶν ἰνῶν. Eſt autem Εκχύμωσις καὶ Εκχύμωμα, ſanguis collectus in loco contuſo. Εὐνουχίας idem quod εὐνοῦχος. Ariſtoteles in quarto τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Οὐδὲ ὁμοίως ἂν φαῖεν ἀδύνατον εἶναι γυναῖκα παῖδα καὶ ἄνδρα εὐνουχίαν. Et in ſecundo de Generatione animalium, Τοὺς δὲ μὴ γυναικείαν, ἀλλ' εὐνουχίας διατελεῖν ὄντας. In Problematis vtroque eodem loco vſus eſt, quaſi differrent, Οἷον συμβαίνει τοῖς εὐνούχοις καὶ εὐνουχίαις. Θηλυδρίας, effœminatus, ὁ ἐκτεθηλυμμένος. Herodotus enim vtrunque pro eodem dixit. Lucian. Οὑτοσὶ ὁ θηλυδρίας, ὁ βάρβαρος, ὁ μαλθακός. ὅθεν Θηλυδριώδης. Gregor. Πάσης θηλυδριώδους φύσεως ἀφέστηκεν, οὔτε ἄρρεν οὔτε θῆλυ κατ' οὐσίαν ὑπάρχουσα. Εξωμίας, exertus.

Ερυθρίας, ruber, rubicũdus, Ariſtoteli: vt Ὠχρίας, pallidus. ſic enim ſcripſit in Prædicamentis, Οὔτε γὰρ ὁ ἐρυθριῶν διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι, λέγεται ἐρυθρίας, οὔτε

Τλήμων. Πλασματίας. Πλασματώδης. Πλάσμα. Απλάστως αὐλεῖν. Εκτροπίας. Τροφίας. Κυματίας. Ρηγματίας. Ρήγματα. Στρέμμα. Εκχύμωσις. Εκχύμωμα. Εὐνουχίας. Θηλυδρίας. Εξωμίας. Ερυθρίας καὶ ὠχρίας.

ὁ ὠχριῶν διὰ τὸ φοβεῖσθαι, ὠχρίας. ἀλλὰ μᾶλλον τῷ πεπονθέναι τι. ὥστε πάθη μὲν τὰ τοιαῦτα λέγονται, ποιότητες δὲ οὔ. Ανθρακίας. Ανθρακίας, ater vt carbonarius, titionarii faciē habens. Lucian. de Empedocle, Ανθρακίας τις ἰδεῖν, καὶ σποδοῦ πλέως, καὶ κατωπτημένος. Μετωπίας, fronto, ὁ εὐρυμέτωπος, inquit Pollux. Sic Οξυωπίας, ὁ ὀξυωπός. Φρυαγματίας. Φρυαγματίας de equo propriè dicitur, vt φρύαγμα. λαμβάνεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀλογίστως ἐπαιρομένων. Plut. in Antonio, Πρὸς τὸν βίον αὐτοῦ κομπώδη καὶ φρυαγματίαν ὄντα, καὶ κενοῦ γαυριάματος μεστόν. Tranſlatio eſt ab equorum ferocia. Καυχηματίας. Καυχηματίας, glorioſus & iactator. Μιξίας, ὁ μιγνύων. Ταραξίας, ὁ ταραχώδης.

Εκκόπτω. Εκκόπτω, excindo, penitus extirpo, prorſus abrogo. ἐξέκοψε τὰς φρουρὰς, καὶ κατέσκαψε τὸ φρούριον. Gal. in x. Methodi, ἄραγε τὸν πυρετὸν ἐστὶ μόνον ἰατέον, ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας, ἢ τὴν αἰτίαν ἐκκοπτέον, ἀμελοῦντα τοῦ πυρετοῦ. Περικόπτω. Περικόπτω, circuncido, reſeco, dimutilo. Inde τὴν ἑρμῶν περικοπὴ, apud Andocidem περὶ μυστηρίων. & Alcibiades delatus ob eam cauſam fuit, quaſi τοὺς ἑρμᾶς περικόψας. Περίκομμα. Et Περίκομμα, quod circunciſum eſt. Vnde priuatim appellant περικόμματα ea quæ coci auferunt ex carnibus, & circuncidunt. Apud Athenæũ genus eſt edulii, libro quarto, Εἶτα δ᾽ εἰς τὸ κοινὸν ζωμὸς καὶ περίκομμα. Περικόπτω, etiam opes imminuo, vt ἐπικόπτω, imperium circūcido, ſpolio: cum accuſatiuo & genitiuo. Plut. in Lucul. loquens de Tigrane, Εχων δύναμιν ἣ Πάρθοις τε περιέκοπτε τῆς Ἀσίας, καὶ πόλεις ἑλληνίδας εἰς Μηδίαν ἀνακομίζει, id eſt ſpoliat, & imminuit. Idē in Antonio, Καὶ σῖτον διένειμε ταῖς πόλεσι περιπλούσαις ἀθλίως, καὶ περικεκομμέναις χρημάτων, ἀνδραπόδων, ζυγίων. Et in Cæſare, Δεύτερον δὲ περικοπτόμενος τὸν στόλον, ἠναγκάσθη διὰ πυρὸς ἀπώσασθαι τὸν κίνδυνον. Greg. περὶ φιλοπτωχ. ſic appellat mendicos mēbris oblæſos & mutilatos, & fortunis omnibus nudatos, ἄνθρωποι περικεκομμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα, συγγενεῖς, φίλους, αὐτὰ τὰ σώματα. Idem in 2. στηλιτευτ. Ημῖν δὲ μόνον ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἐλπὶς ὑπελείπετο, πάσης ἀνθρωπίνης περιῃρημένοις ἐπικουρίας παντάπασι. Demoſth. Τί οὖν ἐστὶ τοῦτο; τὸ ποιεῖν ὅ,τι βούλεται; καὶ καθ᾽ ἕνα ἕκαστον οὑτωσὶ περικόπτειν καὶ λωποδυτεῖν τῶν ἑλλήνων, id eſt ſingulorum opes accidere, ciuitatéſque ſpoliare. vt Liuius, Acciſæ à Camillo Volſcorum res. Virgil. Acciſis coget dapibus conſumere menſas.

Accido. Accido etiam περιτρώγω, καταναλίσκω, τρυχῶ, & ἀποκναίω Græcè dicitur. Demoſthenes autē pro eo vſus eſt quod reſecare vngues, & circuncidere alas dicitur lingua vulgi, hoc eſt imminuere opes & auctoritatem. Εξονυχίζεσθαι. Εξονυχίζεσθαι Græci dicunt, & Ονυχίζεσθαι, quod quidem ad vngues pertinet. vnde ὠνυχισμένα ῥόδα ab AEgineta & Dioſcoride dicuntur, quarum vnguis, id eſt τὸ λευκὸν, exemptus eſt. Απονύχισμα. Et Απονυχίζειν, καὶ Απονυχίσματα, vnguium putamina. Inde illud ſymbolum Pythag. Απονυχίσμασι μὴ ἐπουρεῖν. Ονυχίζειν & Εξονυχίζειν. Ονυχίζειν autem & Εξονυχίζειν dicunt τὸ λεπτολογεῖν καὶ ἀκριβολογεῖσθαι. Athen. lib. III, Καὶ ὁ Κυνοῦλκος ὀργισθεὶς, γάστρων ἔφη καὶ κοιλιόδαιμον ἄνθρωπε, οὐδὲν ἄλλο σὺ οἶσθα; οὐ λόγους διεξοδικοὺς εἰπεῖν, οὐχ ἱστορίας μνησθῆναι, οὐ τῆς ἐν λόγοις χάριτος ἀπάρξασθαί ποτε; ἀλλὰ τὸν λόγον ἅπαντα περὶ ταῦτα κατατρίβεις ζητῶν, κεῖται ἢ οὐ κεῖται, εἴρηται οὐκ εἴρηται. ἐξονυχίζεις τε πάντα τὰ προσπίπτοντα τοῖς συνδιαλεγομένοις, τὰς ἀκάνθας συνάγων, id eſt, cauillanter & ſophiſticè verſas quicquid à quoquam dicitur, & in vnũquodque verbum à differente prolatum inquiris cauilloſa ſubtilitate: omniáque ad diſputationem reuocas, & velut ad vnguē vis omnia eſſe exa-



cta inter loquendum, vt ne ſcrupulus quidem vllus maneat, hoc eſt, καὶ δι᾽ ὄνυχος ἅπαντα τὸν λόγον βασανίζεις. Δι᾽ ὄνυχος γὰρ ἀκριβοῦν dicunt, quod Latini Δι᾽ ὄνυχος ἀκριβοῦν. ad vnguem exigere vocant. Plutarch. περὶ τῶν ὑγιεινῶν παραγγελμάτων, Η μὲν οὖν ἀκριβὴς σφόδρα, καὶ δι᾽ ὄνυχος λεγομένη δίαιτα, τὸ σῶμα κομιδῇ ψοφοδεὲς παρέχει, καὶ σφαλερὸν, αὐτῆς δὲ τῆς ψυχῆς τὸ γαῦρον κολούει. σῶμα ψοφοδεὲς vocat per metaphorā. Ψοφοδεὴς enim eſt meticuloſus, ad omnem ſtrepitū expaueſcens. Ψοφοδεής. Περικοπὴ eſſe videtur quaſi ῥῆσις quædā vel περίοδος, hoc eſt ſententia cer- Περικοπή. to ambitu orationis comprehenſa. Philoponus diſputatione ſeptima aduerſus Proclum de mundi æternitate, ὅτι δὲ ταῦτα πάντα ἐνέργεια ψυχῆς ἐστὶ, καὶ οὐκ οὐσία, τὴν μὲν ἐκ πολλῶν αὐτοῦ τοῦ πρόκλου συγγραμμάτων πιστώσασθαι. ἀρκέσει δὲ καὶ μίαν ἐκ τῶν εἰς τὸν φαῖδρον ὑπομνημάτων περικοπὴν παραθέσθαι. deinde aſcribit verba Procli. Hieron. in Epiſt. ad Pammachiū pro libris ſuis aduerſus Iouinianum ſic vſus eſt, Apologeticum ſi legeris, ipſe pro nobis cæteris ſatiſfacies: aut ſi tu quoque narem contraxeris, illam Apoſtoli περικοπὴν, in qua de virginitate & nuptiis diſputat, aliter differere compelleris. Locus Apoſtoli eſt in priore ad Corinth. cap. VII. Περικοπὴ etiam aliud ſignificat quàm περιαίρεσιν, vt apud Polybium de elatione funerum apud Romanos loquentem, Ταύτας δὲ τὰς εἰκόνας, ἐπὰν τῶν οἰκείων μεταλλάξῃ τις ἐπιφανὴς, ἄγουσιν εἰς τὴν ἐκφορὰν περιτιθέντες ὡς ὁμοιοτάτοις εἶναι δοκοῦσι κατά τε τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ἄλλην περικοπήν. Hîc περικοπὴ ſignificat, niſi fallor, τὰ πέρατα τοῦ σώματος, hoc eſt lineamenta, καὶ τὴν τοῦ σώματος περιγραφήν. vel ornatum. nam hæc dictio ponitur & ἀντὶ τῶν ὑπαρχόντων, pro facultatibus & bonis hominis: pro ſarcinis & impedimentis, & apparatu ſuperuacaneo. Συγκόπτειν, concidere, id eſt pulſare, cōtundere. vt, -pugnis cōciſus adorat, apud Iuuenalem. Συγ- Συγκόπτεσθαι. κόπτεσθαι eſt animo linqui. Galen. Οἵ γε καὶ ἐξαίφνης συγκόπτονται, repente linquuntur animo. Idem, Ενιοι δὲ σπασθέντες, καὶ μετὰ νοτίδος ὑπὸ τῆς ὀδύνης συγκοπέντες, ἀπέθανον. Et Συγκοπὴ ſimilis eſt deliquio. Idem, Οὐ συγκοπὰς οὗτοί γε χυ- Συγκοπή. Συγκοπτικός. μοὶ φέρουσιν, ἀλλὰ τὰς καλουμένας λειποψυχίας. Et Συγκοπτικὰ, quæ huiuſcemodi deliquia inducunt. Idem, Η μὲν οὖν τοιαύτη διάθεσις ὀλέθριός τε ἐστὶ καὶ συγκοπτική. Alibi παροξυσμὸν συγκοπτικὸν dixit. Hic affectus accidit febricitantibus multis ex cauſis, vt inquit AEgineta.

II Addēdum autem ſupradictis, quòd multa verba in præſenti actiua voce Περὶ τῶν μελλόντων. efferuntur, quæ in futuro vocem paſſiuam ſortiuntur apud Atticos: quorum hîc aliqua enumerabo. Οἰμώζω οἰμώξομαι facit, & ponitur ἀντὶ τοῦ δίκην δί- Οἰμώζειν. δωμι, pœnas luo, & pro mulctor. Xenoph. in 2. ἑλληνικῶν, de morte Theramenis loquens, Λέγεται γὰρ καὶ ἓν ῥῆμα καὶ τοῦτο αὐτοῦ, ὡς εἶπεν ὁ Σάτυρος ὅτι οἰμώξειεν εἰ μὴ σιωπήσειεν, ἐπήρετο, ἂν δὲ σιωπῶ, οὐκ ἄρα, ἔφη, οἰμώξομαι; num igitur ſi taceam, pœnas non pendam? Demoſth. itidem οἰμώξομαι dixit. Βαδίζω etiam licet ſit neutrum, in βαδιοῦμαι exit. Demoſth. κατ᾽ Αριστογείτ. Πῶς δ᾽ εἰς τὸ μη- Βαδιοῦμαι. τρῷον βαδιεῖσθε, ἂν τι βούλησθε. Gregor. Τῆς μεγάλης τοῦ Χριστοῦ κληρονομίας οὔποτε παυσομένης, ἀλλ᾽ ἐπὶ πλεῖον βαδιουμένης. Ζῶ etiam ζήσεται facit. Συγχωρῶ συγχω- Ζήσομαι. ρήσομαι. ſic enim Demoſth. dixit, & Plato in Philebo, & in Epiſtol. Et ἀπὸ Συγχωρήσομαι, & ſimilia. τοῦ Σπουδάζω σπουδάσομαι. Επαινῶ ferè ſemper ἐπαινέσομαι facit. Greg. Αρετὴν δὲ ἐπαινῶν, θεὸν ἐπαινέσομαι. Απαντῶ, ἀπαντήσομαι. Xenoph. Απαντησόμενος τοῖς

πολεμίοις. Ακούω etiam ἀκούσομαι. Et Υπακούω ὑπακούσομαι. Idem Αποπατήσομαι, ἀντὶ ἀφοδεύσω dixit. Et Διώξομαι, perſequar. Αναςρέψομαι, euertā. Διαμαρτάνω, διαμαρτήσομαι. Αμαρτάνω, ἁμαρτήσομαι. Idē, Εθελήσεις δὲ οἶδ᾽ ὅτι τὰ μέτρια, ἐγὼ δὲ συγχωρήσομαι. Εγκωμιάσομαι. Plato in Sympoſ. Ηνίκα ἡμῖν ὡμολόγειν ἐν τῷ μέρει ἐγκωμιάσεσθαι τὸν ἔρωτα. Idē, Προὐῤῥήθη γὰρ ὡς ἔοικεν, ὅπως ἕκαστος ἡμῶν τὸν ἔρωτα ἐγκωμιάζειν δόξει, οὐχ ὅπως ἐγκωμιάσεται. Iſocrat. πρὸς Φίλιπ. Οτι μέλλω σοι λόγον πέμπειν οὐκ ἐπίδειξιν ποιησόμενον, οὐδ᾽ ἐγκωμιασόμενον τοὺς πολέμους τοὺς διὰ σοῦ γεγενημένους. Θέω θεύσομαι. Xenoph. Ταχὺ μεταθεύσονται. ἀντὶ διώξουσι. Facit etiā θευσοῦμαι ἀττικῶς, vt πλεύσομαι πλευσοῦμαι. Thucydid. in III, Καὶ ὁ μὲν ταῦτα δράσας, ἔμελλεν ἀποπλεύσεσθαι. Pauſ. in Lacon. Οπως ἀναπλεύσονται ἐς Τεγέαν, καὶ δίκας δωνήσονται παρὰ Αλεξάνδρου λαβεῖν. Φεύγω φεύξομαι καὶ φευξοῦμαι. vtroque enim Demoſthenes vſus eſt. Τίκτω τέξομαι καὶ τέξω. Γνώσομαι, ἀναγνώσομαι, λήψομαι, βήσομαι, ὄψομαι, ſemper voce paſſiua.

Μέσοι μέλλοντες ἀντὶ τῶν παθητικῶν.

Verùm huiuſmodi μέλλοντες ſæpe paſſiuè etiam accipiuntur, vt ἐπαινέσομαι ἀντὶ ἐπαινεθήσομαι, vt Φιλήσομαι ἀντὶ τοῦ φιληθήσομαι. Antiph. Ισως εἰ δέοι πλέον, μᾶλλον φιλησομένην ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω. Καταστήσομαι ἀντὶ κατασταθήσομαι. Lyſ. Πάντων γὰρ ἂν ἀθλιώτατος γενοίμην, εἰ φυγὰς ἀδίκως καταστήσομαι. Αναστήσομαι, ἀντὶ ἀναστήσω. Xenoph. Οταν μέλλητε τὰς νυκτερινὰς φυλακὰς καταστήσεσθαι. Αλώσομαι, αἱρεθήσομαι, καὶ ἐλεγχθήσομαι. Antiph. Σαφῶς δ᾽ ἤδη ἁλωσόμενος αὐτήν. ἀντὶ αἱρήσων. Idē, Αὐτὸς δοκηθεὶς φονεὺς εἶναι, ἀνοσίως ἁλώσομαι, id eſt damnabor. AEſch. Δικαίως δήπου ἁλώσεται τὴν γραφὴν ὁ Κτησιφῶν, id eſt ἐλεγχθήσεται, κατακριθήσεται. Θρέψομαι, τραφήσομαι, τεθρέψομαι. Lucian. Πρῶτα μὲν θρέψῃ γυμνικῶς, educabere. Διακονιούμενος ἢ διαπραξευσόμενος paſſiuè dixit Xenophō. Ονήσομαι ἀντὶ ὠφεληθήσομαι, Syneſio. Εάσομαι, ſinar. Thucyd. Πῶς δὴ ἄνδρες γεωργοὶ καὶ θαλάσσιοι, καὶ προσέτι οὐδὲ μελετῆσαι ἐασόμενοι, ἄξιον ἄν τι δρῷεν. Idem, Εν ᾧ ἡ μὲν πόλις βραχέα ἡσθεῖσα, μεγάλα ζημιώσεται. ἀντὶ βλαβήσεται, ζημιωθήσεται. Plut. Οὐδὲν γὰρ ἀνθέξειν τῆς ὁπλιτικῆς φάλαγγος, ἀλλὰ συντρίψεσθαι πάντα, καὶ καταῤῥάξεσθαι τοῖς ἐναντίοις, ἀντὶ τοῦ συντριβήσεσθαι καὶ καταῤῥαγήσεσθαι. Ariſtot. Αλλ᾽ εὐξάμενος τοῖς θεοῖς διδάξομαι, id eſt δεδιδάξομαι, διδαχθήσομαι. Στερήσομαι, στερηθήσομαι. Iſocr. περὶ ζεύγους, Καὶ τότε μὲν μεθ᾽ ὑμῶν, νῦν δ᾽ ὑφ᾽ ὑμῶν τῆς πόλεως στερήσομαι, quod etiā ἐστερήσομαι dici poteſt. Επιβουλεύσομαι, ἐπιβουλευθήσομαι, ἐπιβεβουλεύσομαι. Xenoph. in v. παιδείας, Δῆλον ὅτι ἐπειδὰν σὺ ἀπέλθῃς, ἐπιβουλευσόμεθα ὁ οἶκος ὅλος.

Μέλλοντες δεύτεροι μέσοι.

Μέλλοντες autem δεύτεροι μέσοι rarò leguntur. vt πιθοῦμαι ἀντὶ τοῦ πείσομαι. Ariſtoph. ὦ παῖ πιθοῦ. Φε. τί οὖν, πιθοῦμαι δῆτά σοι. Sic Πεσοῦμαι factū ἀπὸ τοῦ ἔπεσον.

Μέλλοντες παθητικοὶ ἀντὶ τῶν ἐνεργητικῶν.

Contrà paſſiui μέλλοντες ἀντὶ τῶν μέσων ponuntur. Iſocr. in Archid. Εἰ γὰρ φοβηθησόμεθα τοὺς κινδύνους, εἰς πολλὰς ταραχὰς καταστησόμεθα ἡμᾶς αὐτούς. ἀντὶ φοβησόμεθα. Μεταμελήσεται ἀντὶ τοῦ μεταμεληθήσ. Xenoph. in 2. ἀπομνημ. Δύναται δὲ καὶ τὴν ὀργὴν κωλύειν εἰς τὸ μεταμελησόμενον προϊέναι. ἀπὸ τοῦ μεταμέλει ἀπροσώπως dixit, vt βαδιούμενος à verbo neutro formatum eſt.

Νὴ δία.

VERVM enimuero quādo iam ſatis multa de verbis diſſeruimus, ad alias voces tranſeundum eſt: imprimíſque Νὴ δία enarrandum, quod adhuc diſtulimus. Eſt autem Νὴ δία interdum affirmantis & annuentis, & ſignificat, etiam. Xenoph. ἦ ὁ δίδως μοι ὦ πάππε ταῦτα; νὴ δία φάναι, ἐγώ σοι ὦ παῖ, τὸν Αςυάγην, etiam, inquit Aſtyages, ô puer ego tibi dono. Sícque dicitur ἐν τῇ καταφάσει νὴ δία, vt ἐν τῇ ἀποφάσει μὰ δία.



Μὰ δία.

Seruit etiam interrogationi, quæ vim habet ironiæ. Demoſth. περὶ στεφάνου, Εἶτα ἐγὼ τεθεωρηκὼς ἐν τοσούτοις καὶ τοιούτοις τὴν πόλιν ὑπὲρ τῶν τοῖς ἄλλοις συμφερόντων ἐθέλουσαν ἀγωνίζεσθαι, ὑπὲρ αὐτῆς τρόπον τινὰ τῆς συμβουλῆς οὔσης, τί ἔμελλον κελεύσειν, ἢ τί συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν; μνησικακήσειν νὴ δία πρὸς τοὺς βουλομένους σώζεσθαι, καὶ προφάσεις ζητεῖν δι᾽ ἃς ἅπαντα προησόμεθα τὰ συμφέροντα, Ita ego qui vidiſſem ciuitatē in tot talibúſque libentem feciſſe, vt pro aliorum commodis certamina periculáque ſuſciperet: quid tum ipſam hortari, quid auctor ipſi eſſe debui vt faceret, cum pro ea quodam modo iniretur conſultatio? Scilicet cenſere debui, vt iis ad animum reuocatis quæ ſecus in ſe admiſſa eſſe meminerat, offenſo animo cum illis ageret qui tum ſaluti ſuæ ſubſidium ab ea poſtulabant? velamentáque cauſificando quæreret, quibus omnia commoda ſpecioſè proderemus? Sequitur enim, καὶ τίς οὐκ ἂν ἀπέκτεινέ με δικαίως; & reliqua. At quis meritò non interemiſſet? Idem πρὸς Λεπτίν. τὸ δὲ τοῦτό τις ἐρωτᾷ, τί πρὸς θεῶν ἐροῦμεν; ὅτι νὴ δία ἦσάν τινες τῶν εὑρημένων τὴν ἀτέλειαν ἀνάξιοι; Quòd ſi quis nos roget, quid tandem per deos immortales reſpōdebimus? quòd nonnulli credo, qui immunitatem ciuitatis beneficio cōſecuti fuerant, indigni eo beneficio erant? Qua voce oſtendit turpem futuram reſponſionem. vel, nempe quòd nonnulli. ſed ita vt pronuntiatione adiuuetur. Subdit enim ſtatim, ἐὰν οὖν εἴπῃ πρὸς ταῦτα, &c. Cicero de Natura Deorum, Quarum tandem voluptatum? nempe ad corpus pertinentium: nullam enim aliam nouiſtis. Et in Philip. Legiones abducis à Bruto. quas? nēpe illas quas ille ab Antonii ſcelere auertit. Eſt enim vtrobique interrogatio, reſponſi fiduciam præcedens. Tacitus lib. x i, At cum Senonibus pugnauimus. ſcilicet Volſci & Equi nūquam nobis aduerſam aciem inſtruxere? Iuuenal. Scilicet expectas vt tradat mater honeſtos, Aut alios mores quàm quos habet? Eſt etiam hæc vox νὴ δία accommodata anthypophoris, ita vt reſponſioni congruat. vt idem περὶ στεφάνου, Καί φησιν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Κεφάλου καλόν, τὸ μηδεμίαν γραφὴν φυγεῖν. νὴ δί᾽ εὐδαιμόν γε. ἀλλὰ τί μᾶλλον ὁ πολλάκις μὲν φυγών, μηδέποτε δ᾽ ἐξελεγχθεὶς ἀδικῶν, ἐν ἐγκλήματι γένοιτ᾽ ἂν διὰ τοῦτο δικαίως; At enim, inquit, pulchrum illud Cephali, hoc eſt pulchra illa laus Cephali, cauſam nunquam dixiſſe. & quidem etiam fortunatum. Et περὶ παραπρ. Οὕτω τοίνυν αἰσχρὰ καὶ πολλὰ καὶ πάντα καθ᾽ ὑμῶν πεπρεσβευκώς, περὶ ὧν λέγει, τί δ᾽ ἂν εἴποι τις περὶ Δημοσθένους, ὃς τῶν πρέσβεων κατηγορεῖ; νὴ δία, εἴτε βούλομαί γε εἴτε μή, παρ᾽ ὅλην τὴν πρεσβείαν ὑπὸ σοῦ τοιαῦτα ἐπιβεβουλευμένος, quid autem de Demoſthene dicere quiſquam dignè poterit qui legationis ſocium accuſare non vereatur? prorſus quidē ipſe, ſeu velim ſeu nolim, quippe per totam illam legationem inſidiis huiuſcemodi à te petitus. vel ſic, accuſo ego verò ſiue velim ſiue nolim, qui in ea legatione perpetuis à te inſidiis petitus ſim. Accipitur & aliter. vt apud eundem, Αλλ᾽ ὅμως ἐρεῖ, καὶ νὴ δί᾽ εἰκότως γε, Veruntamen dicturus & quidem merito eſt. vel, & merito vtique. Seruit etiam confeſſioni, quæ tamen ſecum affert cauſam facti. vt idem περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ vſus eſt, Οὐκοῦν ἡμῶν μὲν μὴ δυναμένων ἀναπλεῦσαι, ἐκεῖ δὲ μηδεμιᾶς ὑπαρχούσης ἑτοίμου βοηθείας, οὐδὲν

Nempe.

Scilicet.

αὐτοὺς ἀπολωλέναι κωλύσει. νὴ Δία. κακοδαιμονοῦσι γὰρ ἄνθρωποι, καὶ ὑπερβάλλουσιν ἀνοίᾳ. πάνυ γε. ἀλλ᾽ ὅμως αὐτοὺς δεῖ σῶς εἶναι. συμφέρει γὰρ τῇ πόλει. (qui ſermo vim quandã interrogationis obtinet.) Ita nihil cauſæ eſt quin ipſi perituri ſint. Sanè quidem nihil. quippe homines inſaniunt, ſummáq; ſunt dementia præditi. Prorſus quidem illi: ſed tamen Reipublicæ intereſt, incolumes eos ſeruari. vel ſic, Quid ni perituri ſint homines ſumma inſania præditi? hoc

[Νὴ Δί᾽ ἀλλά.] eſt, πῶς γὰρ οὔ. Νὴ Δία etiam cum ἀλλά iunctum ἀνθυποφορικὸν eſt, vt at &

[Atenim.] atenim Latinè. quod Liuius penè ad verbũ, at hercule dicit. Idem Demo-

[At hercule.] ſthenes, Νὴ Δί᾽ ἀλλ᾽ ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμματα ἕστηκε, At enim ipſæ literæ obſcuro quodam loco temereque poſitæ ſunt. Hoc enim ſignificat ὅπως ἔτυχε. quod ſtatim docebimus. Cui hypophoræ his verbis reſpondet, Ἀλλ᾽ ὅλης οὔσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως ταυτησί, παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἕστηκεν, Immo verò cũ tota arx ipſa ſacra ſit, propter Mineruam collocatæ ſunt. Alibi addita γὰρ particula, quæ ipſa interrogationibus conuenit. vt περὶ παραπρεσβείας. Νὴ Δί᾽ οἱ νέοι γὰρ ἡμῶν διὰ ἐκεῖνον ἔσονται τὸν ἀγῶνα βελτίους; οὐκ οὖν καὶ διὰ τόνδε οἱ πολιτευόμενοι, δι᾽ ὧν τὰ μέγιστα κινδυνεύεται τῇ πόλει, At enim iuuenes noſtri ob illud iudiciũ illámque animaduerſionem, ad frugem morum meliorem redigentur. atqui & ab hoc quoque magiſtratus emendabuntur, quorum ſub manu Reipublicæ ſumma periclitatur. Et περὶ τοῦ στεφάνου, Νὴ Δί᾽ ἀλλ᾽ ἀδίκως ἦρξα. εἶτα παρὼν ὅτε με εἰσῆγον οἱ λογισταί, διὰ τί οὐ κατηγόρεις; At ego iniquè magiſtratu functus ſum: itáne verò cum tu adeſſes eo tempore cum ego apud rationales rationem geſti magiſtratus repoſcebar, tu me eo nomine non poſtulaſti? Ponitur & ſine ἀλλά. Iſæus ὑπὲρ τοῦ κλήρου Πύῤῥου, Ἴσως γὰρ ἦν νὴ Δία πάρεργον καὶ φαῦλον περὶ οὗ τὴν ἐκμαρτυρίαν παρὰ τοῦ Πυρετίδου φασὶ ποιήσασθαι οὗτοι. ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν ὀλιγωρηθῆναι ἦν τὸ πρᾶγμα, καὶ πῶς; At fortaſſe nihil ad rem pertinebat, & aſpernandum erat, de quo teſtificationes eſſe factas iſti dictitant. quo tandem módo? Cic. in Verrem, At enim ita commiſſa ſunt ab iſto, vt non cognita ſint ab omnibus. hominem eſſe arbitror neminem, quin, & reliqua. Liuius, At enim pauci quidem ſunt, ſed ingentes corporibus animiſque effigies immo vmbræ hominum. Græci in huiuſcemodi anthypophoris aſcribere ſolent interrogationis notam, quo facilius intelligantur. Cicero rurſus in Catone, At caret epulis ex-

[Ὅπως ἔτυχε.] tructiſque menſis, caret ergo vinolẽtia & cruditate. Verùm Ὅπως ἔτυχε (vt dixi) ſignificat temerè & ſine iudicio. frequens eſt enim vſus huius verbi apud auctores. Demoſth. Κατεσκευάσατε αὐτοῖς νομοθετεῖν ὅταν τις βούληται, καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον, prout fortuna tulerit, prout euenerit. Idem περὶ τοῦ στεφάνου, Καὶ ὅσα ἔτι περιγένοιντο ἐμοῦ (πολλὰ δ᾽ ἐγίνετο τοιαῦτα δι᾽ ἣν ἕκαστον τύχοι πρόφασιν) τούτων ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἀπῆλθε βεβουλευμένοι, id eſt, multa enim huiuſcemodi variis ex occaſionibus fiebant. Idem in eadem, Οὐδὲ γὰρ ὢν ἔτυχεν ἦν, ἀλλ᾽ οἷς ὁ δῆμος καταρᾶται, Neque verò vnus erat quorũlibet hominum, ſed ex ex eorũ numero, quos populus deuouere ſolet, diriſque execrationibus proſequi. Athen. lib. XII, Ὀκλαδίας δὲ αὐτοῖς δίφρους ἔφερον οἱ παῖδες, ἵνα μὴ καθίζοιεν ὡς ἔτυχεν, Sellas autem illis complicatiles pueri ferebant, ne ſedere quolibet loco cogerentur & vili ſella. Plutarchus de Cicerone, Οἷς ἔτυχε



προσκρούων ἕνεκα τοῦ γελοίου, Temere vnumquenque ac ſine delectu laceſſens & offendens, riſus excitandi gratia. Lyſ. Ἕκαστος γὰρ ὑμῶν εἴθισται προσφοιτῶν, ὁ μὲν, πρὸς μυροπώλιον. ὁ δὲ, πρὸς κουρεῖον. ὁ δὲ, ὅπῃ ἂν τύχῃ, alius ad alium locum, vt cuique contingit. Hinc diſcerni non poteſt, vtrum perſonali, an imperſonali verbo vſus ſit. vtroque enim modo effertur. Imperſonale eſt

illud Ariſtotelis, Οὐ γὰρ δὴ ὅ,τι ἔτυχεν ἐξ ἑκάστου γίνεται σπέρματος, ἀλλὰ τόδε ἐκ [Ὅ,τι ἔτυχεν.]

τοῦδε. οὐδὲ σπέρμα τὸ τυχὸν ἐκ τοιούτου σπέρματος, nec enim quiduis ex vnoquoque ſemine oritur, nec quodlibet ex tali. Perſonale illud eiuſdem, Τίκτουσι δὲ οὐκ ἀθρόα, ἀλλὰ διαλείπουσιν ἡμέρας ὁπόσας ἂν τύχωσι. Quod etiam dici poterat, ὁπόσας ἂν τύχῃ ἡμέρας διαλείποντες, hoc eſt diebus quotlibet interpoſitis, & quotquot res ipſa tulerit. Idem, Ἔστι δὲ τῶν θηρίων τὰ μὲν ἀεὶ πολέμια ἀλλήλοις, τὰ δ᾽ ὥσπερ ἄνθρωποι ὅταν τύχωσι, cum caſus aut occaſio venerit. Plutarchus, Οἱ δὲ στασιάσαντες ἀνεχώρησαν ὡς ἕκαστος ἔτυχε, qua quiſque viam nactus eſt, vel qua cuique opportunum fuit. Plato lib. VII. de Repub. Ὅταν γάρ τις μὴ ἐπίστηται πάντα τὰ τοιαῦτα σκοπεῖν καὶ ἰδιώτης καὶ πόλις, λανθάνουσι χωλοῖς τε καὶ νόθοις χρώμενοι πρὸς ὅ,τι ἂν τύχωσι τούτων, οἱ μὲν φίλοις, οἱ δὲ ἄρχουσιν, imprudentes vtũtur & mancorum opera & ſpuriorum ad quamlibet rem quæ fortè vſu

venerit. Hoc enim Λανθάνειν ſignificat compendio loquendi, vt alibi [Λανθάνειν.]

perſtrinximus. Idem in Gorgia, Οἶδα δ᾽ ὅτι ἐνίκα ἐν ὑμῖν τοιάδε τις δόξα, μὴ προθυμεῖσθαι εἰς τὴν ἀκρίβειαν φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ εὐλαβεῖσθαι παρεκελεύεσθε ἀλλήλοις, ὅπως μὴ πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι γενόμενοι, λήσετε διαφθαρέντες, imprudentes pereatis. Athen. Ὁ δὲ ὑπὸ τρυφῆς καὶ τῆς καθ᾽ ἡμέραν ἀδηφαγίας, ἔλαθεν ὑπερσαρκήσας, non animaduertit ſe in corpulentiam immodicam euadere. Xenophon pleno ſermone locutus eſt hoc modo, Οἴομαι δ᾽ ἔφη, πάνυ καὶ λεληθέναι πολλὰ σεαυτὸν ἐπιστάμενον αὐτῆς, Exiſtimo autem te multa admodum huius artis ſcire, quæ tu te ignorare putes. Idem, Ταῦτα τοίνυν ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ἐπιστάμενος. Ariſtot. in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Ἀλλ᾽ οἱ τὸ ἄπειρον ποιοῦντες, λανθάνουσιν ἐξαιροῦντες τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν. Quare & pro falli ponitur. Plato in Phædone, Ἡμᾶς οὖν οἰκοῦντας ἐν τοῖς κοίλοις τῆς γῆς, λεληθέναι, καὶ οἴεσθαι ἄνω ἐπὶ τῆς

γῆς οἰκεῖν, id eſt falli. Χωλὸς autem etiam mãcum ſignificat, hoc eſt τὰς χεῖ- [Χωλός.]

ρας πεπηρωμένον. Quare & pro imperfecto accipitur, vt mancus apud Latinos. Idem lib. VII. de Repub. Πρῶτον μὲν εἶπον, φιλοπονίᾳ οὐ χωλὸν δεῖ εἶναι τὸν ἁπτόμενον, τὰ μὲν ἡμίσεα φιλόπονον ὄντα, τὰ δὲ ἡμίσεα ἄπονον. ἔστι δὲ τοῦτο ὅταν τις φιλογυμναστὴς μὲν καὶ φιλόθηρος ᾖ, καὶ πάντα τὰ διὰ τοῦ σώματος φιλοπονῇ, φιλομαθὴς δὲ μὴ, μηδὲ φιλήκοος, μηδὲ ζητητικός. ἀλλ᾽ ἐν πᾶσι τούτοις μισοπονῇ. χωλὸς δὲ καὶ ὁ τἀναντία τούτου με-

ταβεβληκὼς τὴν φιλοπονίαν. Huic opponitur ὁ Ἀρτιμελής. Τυγχάνω autem iũ- [Τυγχάνω.]

gitur cum verbis aliis, tam in præſenti quàm in præterito, Ἔνια δὲ καὶ αὐτοὶ τυγχάνουσιν ἐπιτηδεύοντες. Demoſth. Ἔτυχε προσκεκρουκὼς, ἀντὶ προσκέκρουκε. Plato in Phædone, Τοῦτο δ᾽ ἔτυχεν ὥσπερ λέγω τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης γεγονὸς, id eſt γέγονε. Τυγχάνειν τῶν δικαίων, eſt ius ſuum obtinere. Τυγχάνειν etiam interdũ in malam partem accipitur, vt πειρᾶσθαι, de quo antè diximus, & ἀπολαύειν. Plato in Gorgia, Κατὰ δέ γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ὦ Πῶλε, ὁ ἀδικῶν τε καὶ ὁ ἄδικος, ἁπάντων μὲν ἄθλιος. ἀθλιώτερος μὲν τοίνυν ἐὰν μὴ διδῷ δίκην, μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ἀδικῶν. ἧττον δὲ ἄθλιος ἐὰν διδῷ δίκην, καὶ τυγχάνῃ δίκης ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων. Antiph.

ἆρ' ἐστὶν οὐ τῆς ἐσχάτης τιμωρίας ἄξιος τυγχάνειν; Idem, Τῆς ἐσχάτης ὀργῆς δικαίως ἂν
τυγχάνοντες. Idem κατὰ Λεωκράτ. interpretans Delphicum oraculum, Ὅτι ἂν
ἔλθῃ Ἀθηνάζε, κολάζεται τῶν νόμων, ita inquit, Τὸ γὰρ τῶν νόμων τοῖς ἠδικηκόσι τυχεῖν,
Ἀπολαύω. τιμωρία ἐστίν. Ἀπολαύω, capio fructum vel commodum, genitiuo & accu-
ſatiuo. ἀντὶ τοῦ μετέχω, ἐπὶ τῶν ἡδέων καὶ ἐναντίων. Syneſ. Πλείω καλὰ τῆς Σιμωνίδου
συνουσίας Ἱέρων ἀπέλαυσεν, ἢ Σιμωνίδης Ἱέρωνος. Plutarch. in Anton. Ἀπέλαυσαν δὲ
καὶ τῆς φιλοτιμίας αὐτοῦ οἱ πολέμιοι. Idem, Φίλος εἶναι δοκῶν Ἀντωνίου, καὶ πολλὰ ἀπο-
λελαυκέναι τῆς Καίσαρος φιλίας δι' αὐτόν. In contrariã partem Iſocrates περὶ εἰρήνης,
Ταύτην οὖν ἡμῶν γνώμην ἐχόντων, δέδοικα μὴ πειρώμενος ὑμᾶς εὐεργετεῖν, αὐτὸς
ἀπολαύω τι φλαῦρον, quippiam incommodi capiam. Et in AEginet. Ἐν οἷς ἐκεῖν
δυνάμενα μὲν, φλαῦρον δ' οὐδὲν ἀπέλαυσα. Idem, Ὥστ' οὐδεὶς ἂν μοι δικαίως φθονή-
σειεν, εἰ τῶν Θρασυλόχου πραγμάτων ἀγαθὸν ἀπολέλαυκα. Cicero pro hoc Haurire
dixit, vt in primo Tuſculanarum, de Pompeio loquens, Is propagatione
vitæ, quot, quantas, quàm incredibiles hauſit calamitates? Et pro Domo
ſua, Si vtile fuit haurire me vnum pro omnibus illam indigniſſimam ca
lamitatem. Et haurire dolorem acerbiſſimum, in oratione pro Cælio. La-
ctantius haurire libidines dixit, quaſi ἐμφορεῖσθαι τῶν ἡδονῶν. Quid ſit προσα-
Ἀλλὰ γάρ. πολαύω, ſuperius dictum eſt. Ἀλλὰ γὰρ aduerbium eſt vt At enim, ex eóque
à noſtris at enim ductum eſſe videtur. Andocid. κατ' Ἀλκιβιάδου, Ἀλλὰ γὰρ ἴσως
μετὰ μικρᾶς διαβολῆς, ἢ φαύλων κατηγόρων, ἢ διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ἐχθρῶν ἐκινδύνευον,
ἀλλ' οὐ διὰ τῶν ἐρρωμενεστάτων καὶ λέγειν καὶ πράττειν, At enim ego fortaſſe in iu-
diciũ tractus eram leuis criminis, aut ab accuſatoribus poſtulatus eram
nulla opinione præditis, aut ab inimicis deſpicabilibus, & non potius ab
huiuſcemodi qui dicendi agendíque robore præualerent. Quod membrũ
principium eſt anthypophoræ, id eſt reſponſionis ad obiectionem. Dein-
de ſubdit conſequenter, Οἵ τινες δύο τῶν τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐχόντων ἐμοὶ ἀπέκτει-
ναν, Qui duos iam vtique eodem mecum crimine irretitos vltimo ſup-
plicio condemnauerunt, & reos peregerunt. Plato in ſecundo de Repub.
Ἀλλὰ γὰρ φησί τις, οὐ ῥᾴδιον λανθάνειν κακὸν ὄντα; οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν φήσομεν εὐπετὲς
τῶν μεγάλων, ἀλλ' ὅμως εἰ μέλλομεν εὐδαιμονήσειν, & cætera. Et notam habet inter-
Ἀλλὰ δή. rogationis, vt ἀλλὰ δή, quo ibidem pro eodem vtitur, Ἀλλὰ δὴ θεοὺς οὔτε
λανθάνειν, οὔτε βιάσασθαι δυνατόν; οὐκοῦν εἰ μὲν μή εἰσιν, ἢ μηδὲν αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπί-
νων μέλει, καὶ ἡμῖν οὐ μελητέον τοῦ λανθάνειν. Et in decimo, ἀλλὰ δὴ εἰ μὴ δημοσίᾳ, ἰδίᾳ
τισὶν ἡγεμὼν παιδείας αὐτὸς ζῶν λέγεται Ὅμηρος γενέσθαι. Et rurſus ibidem eodem
modo. Accipitur etiam ἀλλὰ γὰρ ſimpliciter pro ſed enim, vt apud De-
moſthenem περὶ στεφάνου, Ἀλλὰ γὰρ παρεὶς ὧν τὴν πενίαν αἰτιάσαιτ' ἂν τις, πρὸς
αὐτὰ τὰ τοῦ τρόπου σου βαδιοῦμαι κατηγορήματα, Verum enimuero, cum hæc mihi
prætermittenda eſſe cenſeam, quorum paupertas tua deprecari crimen
quorundam opinione poſſet, ad propria iam crimina mentis tuæ mo-
rúmque tuorum veniam. Sic Iſocrates in Plataïco pro at verò vſus eſt.
Sed enim. Gregorius, Ἀλλ' οὐ γὰρ ἔμελλε ταῦτα οἴσειν ὁ φθόνος, Sed enim futurum erat vt
non diu hæc eſſe ſineret inuidia, hoc eſt, inuidiæ parens. Cicero pro Cæ-
lio, Sed enim hic facta illius viri mentio vocem meam fletu debilitauit.
Ἀλλά. Ἀλλὰ etiam ſola per ſe hypophoricam vim habet, vt apud Latinos. Lu-



cianus, Ἀλλὰ κακοῦργοί τινες φὴς εἰσὶν ἐν αὐτοῖς, At improbi quidam (inquis) ſunt Ac.
inter eos. Alibi, Ἀλλ' ἐχρῆν ἴσως φήσεις, At oportuit inquies. Cicero in Cato-
ne, At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus, ἀλλὰ οὐκ ἔστι
ἡδονῶν τοσοῦτος δεῖ γέρουσι γαργαλος, vt vertit Gaza. Ipſum autẽ ἀλλὰ interrogationi-
bus cõgruit. Demoſth. περὶ στεφάνου, Τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν
τούτῳ τῷ καιρῷ. ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰ-
ρήνης ἐβουλεύεσθε. Hîc ἀλλὰ viciſſim percũctationi & reſpõſioni ſeruit, Quã
tãdem ob cauſam eos euocaretis? ad pacẽ? at pax iam erat omnibus. an ad
bellum potius? at ipſi de pace in conſiliũ iam ibatis. Cicero vt pleraque Cicero pleraque Græca in Latinam linguã trãſtulit.
Græcorum (id quod hiſce Commentariis magna ex parte oſtendere co-
namur) ſic hoc ad verbum expreſſit in Verrem: atque ita expreſſit, hone-
ſtiora ſæpe vt reddiderit atque explicatiora, Cognitorem aſcribit Sthe-
nio. quem? cognatum aliquem aut propinquum? non. Thermitanum a-
liquem honeſtum hominem, ac nobilem? ne id quidem. at Siculum, in
quo aliquis ſplendor dignitáſque eſſet? minimé. Idem in fine tertiæ in
eundem, At mores commodi? quis contumacior? quis inhumanior? quis
ſuperbior? at hæc ſine cuiuſquam malo? quis acerbior? quis crudelior?
Alibi, Tantá ne amentia præditus fuiſti, vt in re tam clara tabulas publi-
cas corrumpere auderes? at quemadmodum corrupiſti? nónne ita vt o-
mnibus nobis tacentibus ipſæ tabulæ condemnare te poſſent? Lyſ. Διὰ τί
γὰρ ἂν καὶ τύχοιμι τοιούτων ὑμῶν. πότερον ὅτι δι' ἐμέ τις εἰς ἀγῶνα πώποτε καταστὰς
ἀπώλεσε τὴν οὐσίαν. ἀλλ' οὐδ' ἂν εἷς ἀποδείξειεν. ἀλλ' ὅτι πολυπράγμων εἰμὶ καὶ θρα-
σὺς, καὶ φιλαπεχθήμων; ἀλλ' οὐ τοιαύταις ἀφορμαῖς τοῦ βίου πρὸς τὰ τοιαῦτα τυγχάνω
χρώμενος. ἀλλ' ὅτι λίαν ὑβριστὴς καὶ βίαιος; οὐδ' ἂν αὐτὸς φήσειεν. εἰ μὴ βούλοιτο καὶ τοῦτο
ψεύδεσθαι τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. Hîc ἀλλὰ priore loco poſitum in quolibet mem-
bro vim habet τοῦ πότερον ἢ τοῦ ἆρα. Poſteriore autem loco cum interroga-
tionem excipit, ſignificat atqui & profectó. Sic Demoſth. περὶ παραπρ.
Ἐὰν μὲν οὖν κατορθοῖ τις, τιμήσεται· ἐὰν δ' ἀποτυγχάνῃ, σκήψεις καὶ προφάσεις ἐρεῖ; ἀλλ'
οὐ δίκαιον, ſin ei conatus non ſucceſſerit, hæc atque illa cauſabitur? atqui id
iniquum eſt: at id iure fieri non poteſt. Cicero pro lege Manilia, Quid ve-
rò tam inauditum, quàm equitem Romanum triumphare? at eam quo-
que rem populus Romanus non modo vidit, ſed etiam ſtudio omni vi-
ſendam putauit. Idem Demoſthenes alibi, Εἶτα τοὺς δι' ὑμᾶς φεύγοντας
ἐάσομεν ἀφαιρεθῆναι τὰ δοθέντα, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι; ἀλλ' αἰσχρὸν ἂν εἴη, cer-
tè id turpe eſt. Ponitur & Καὶ pro ἀλλὰ in ſecundo loco. Themiſt. in ſe-
cundo Phyſicorum, Πότερον οὖν ἐν τοῖς ἐξ ἀνάγκης ἡ τύχη; καὶ τίς ἂν εἴποι τὸν ἥλιον
ἀπὸ τύχης ἀνατέλλειν; atqui nemo dixerit: vel, ecquis autem hoc dixerit?
Deinde ſubdit, Ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπὶ τὸ πλεῖστον; an potius? ἀλλ' οὐδεὶς λέγει, &c. at nemo
dicet. Idẽ in IIII. eiuſdẽ, Πῶς οὖν ὁ οὐρανὸς ἐν τόπῳ. ἆρα κατ' ἐνέργειαν; ἀλλ' ὑπ'
οὐδενὸς ἔξωθεν περιέχεται. ἀλλὰ κατὰ δύναμιν; ἀλλ' οὐδ' ἂν περιεχθείη ποτέ. ἀλλὰ καθ' ἑαυ-
τόν; ἀλλ' οὐκ ἔστι κινητὸς κατὰ φοράν. οὐ γὰρ ταυτὸν τὸ φέρεσθαι τῷ περιφέρεσθαι. in his mẽbris
orationis ἀλλὰ nunc eſt ἀπορηματικόν, nunc ἐναντιωματικόν. Interdum Ἀλλὰ Ἀλλὰ νὴ Δία.
νὴ Δία, pro ἀλλὰ γὰρ ἴσως, vel pro νὴ Δί' ἀλλὰ dicitur. vt περὶ παραπρ. Ἀλλὰ νὴ Δία
ἐκ τούτων τῷ χρόνῳ τοὺς ὅρκους ἔλαβον, ἢ τἆλλ' ἃ προσῆκεν ἐποίησαν; πολλοῦ γε καὶ

δεῖ, at enim fortaſſe. Idem πρὸς Λεπτίνην. Ἀλλὰ νὴ Δία ἐκεῖνο ἂν ἴσως εἴποι πρὸς ταῦτα,
ὅτι διὰ τὸ ῥᾳδίως ἐξαπατᾶσθαι τὸν δῆμον, διὰ τοῦτο ἔθηκε τὸν νόμον, Sed ſcilicet hoc
Ἀλλ᾽ οὖν. dicturus eſt. vel, At fortaſſe ad hæc ipſe obiecturus eſt. Ἀλλ᾽ οὖν ſignificat
Ἀλλά. idem quod Latinè At certè, hoc eſt ſaltem. quod etiam Ἀλλὰ ſolum dici-
tur. Ariſtot. Καὶ εἰ μὴ πᾶσι δυνατόν, ἀλλὰ κατὰ φυλάς. Additur & γε interdum, vt
ſit Ἀλλά γε, & Ἀλλ᾽ οὖν γε. Greg. Καὶ εἰ μὴ μετρίως, ἀλλ᾽ ἀμυδρῶς γε, at certè exili-
ter. Galen. ad Glaucon. Εἰ δὲ μὴ οἷόν τε περὶ τὴν ἡμέραν τὴν πρώτην, ἀλλὰ τῇ δευ-
τέρᾳ γε πειρατέον ἐξευρεῖν τὴν ἰδέαν τοῦ πυρετοῦ. Cicero pro Cluentio, Non ti-
At. muiſſe ſi minus vim deorum, hominúmque famam, at illam ipſam no-
ctem, facéſque illas nuptiales. Idem in Verrē, Ne tum quidem te potuit,
ſi non pietas, at ſalutis tuæ ratio ad officium ſanitatémque reducere? Phi-
lipp. XIII, Aut oppreſſa (quod omē auertat Iupiter) Repub. ſi nō ſpiritu,
Certè. at virtutis laude viuemus. Alibi, Certè dixit: in Finibus, Res enim fortaſ-
ſe veræ, certè graues non ita tractabuntur vt debent, τὰ γὰρ πράγματα ἴσως
μὲν ἀληθῆ, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ σεμνά γε. vel, τῶν γὰρ πραγμάτων τὰ ἀληθῆ, σεμνὰ γοῦν, οὐκ
Ἀλλ᾽ οὖν. ἀξίως διαληφθήσεται. Ἀλλ᾽ οὖν etiam ἀντὶ τοῦ ὅμως accipitur, vel ἀλλ᾽ ὅμως po-
tius. vt Demoſthenes περὶ παραπρ. Διδάσκων δ᾽ ὁ πατὴρ γράμματα, ὡς ἐγὼ
τῶν πρεσβυτέρων ἀκούω, πρὸς τῷ τοῦ ἥρωος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως ἠδύνατο, ἀλλ᾽ οὖν ἐν ταύτῃ γε
ἔζη, vt poterat quidem, ſed tamen in hac vrbe viuebat. ac ſi diceret, ὅπως
At certè. μὲν ἠδύνατο, ὅμως δ᾽ οὖν ἐν ταύτῃ ἔζη. Cicero, At certè, eodem modo vſus eſt:
ſed interpoſitis aliis verbis, inter at & certè, vt adderet gratiam. vt pro
Marcello, Itaque illam tuam præclariſſimam vocem inuitus audiui, ſatis
te diu vel naturæ vixiſſe, vel gloriæ. ſatis, ſi ita vis, fortaſſe naturæ. addo
etiam ſi placet, gloriæ. at id quod maximum eſt, patriæ certè parū. προσ-
Ὅμως μέντοι. τιθείην δ᾽ ἂν εἰ οὕτω δοκεῖ σοι, καὶ τῇ δόξῃ. τῇ δὲ πατρίδι τὸ μέγιστον, ὀλίγον γε. vel, ὅμως
Ὅμως δ᾽ οὖν. μέντοι ὃ δὴ μέγιστον, τῇ πατρίδι γε ὀλίγον. Dicitur & Ἀλλ᾽ ὅμως, & Ὅμως δ᾽ οὖν.
Ἀλλὰ μή. Demoſth. in eadem, Ὅμως δ᾽ οὖν ἔτι καὶ τόδε ἀκούσατε. Ἀλλὰ μὴ interroga-
tiuum eſt, pro nunquid igitur. ſed nunquid. idem quod ἆρα μή. Xenoph.
in IIII. ἀπομνημον. Ἀλλὰ μὴ ἰατρὸς γενέσθαι βουλόμενος, ἔφη; οὐκοῦν ἔγωγ᾽, ἔφη. ἀλλὰ
μὴ γεωμέτρης ἐπιθυμεῖς ἔφη γενέσθαι ἀγαθός; οὐδὲ γεωμέτρης, ἔφη. ἀλλὰ μὴ ἀστρολόγος;
ἀλλὰ μὴ ῥαψῳδός; Cum autem non eſt interrogatiuum, ſignificat non au-
tem. Demoſth. περὶ στεφάνου, Πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο (οὐχ ὁρᾷς;) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων
πράγματα εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τοδὶ διελέχθην ἐγώ, ἢ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ
Ἀλλ᾽ ἆρα. παρήνεγκα. Ἀλλ᾽ ἆρα idem ferè ſignificat Platoni libro decimo Legū, Ἀλλ᾽
ἆρα τισὶ προσφερεῖς τῶν ἀρχόντων, ἢ τινες τούτοις, ὧν δυνατὸν ἡμῖν ἀπεικάζουσι τυγ-
χάνειν μείζοσιν ἐλάττονας; vtrum tandem dii mundi rectores ſimiles ſunt quo-
rundam principum, aut principes & magiſtratus deorum ſimiles, quibus
cum eos cōponentes vt minores cum maioribus, aſſequi poſſimus quod
Ἀλλ᾽ οὐ. quærimus? Dicitur & ἀλλ᾽ οὐ, & ἀλλ᾽ οὐχί. Ἀλλ᾽ οὐχὶ σὺ τοιοῦτος; οὐκ ἂν ἔξαρνος
Ἀλλ᾽ οὐχί. γένοιο. An non tu talis? certè quidem tute ipſe non negabis. Gregorius
pro non etiam, Ἀλλ᾽ οὐχ ὁ μακάριος ἐκεῖνος, Nō item ſic fecit beatus ille vir.
Alibi pro non autem, vt ἀλλὰ μή, vel non potius. Idem, Τίς γὰρ ἐγνώντης ὅτι
μὲν ἡ τὴν θεραπείαν τὸ τέλος, ἀλλ᾽ οὐκ ὀφείλοντας ἡμᾶς τὸ κριτήριον ὑποδέχεται, &
Ἀλλά. non potius. Ἀλλὰ interdum ſed etiam ſignificat. Iſocrat. in Areopag.



Οἵ τε τὰς οὐσίας ἔχοντες οὐχ ὅπως ὑπερεώρων τοὺς καταδεέστερον πράττοντας, ἀλλ᾽ ὑπο-
λαμβάνοντες αἰσχύνην αὑτοῖς εἶναι τὴν τῶν πολιτῶν ἀπορίαν, ἐπήμυνον ταῖς ἐνδείαις, non
ſolùm non deſpicabantur, ſed etiam. Demoſthen. Οὐχ ὅπως χάριν ἔχεις αὐ-
τοῖς, ἀλλὰ μισθώσας σαυτὸν κατὰ τουτονὶ πολιτεύῃ, Non modò gratiam non habes,
ſed etiam. hoc eſt ἀλλὰ καί, vel ἀλλὰ δὴ καί. vt Gorgias ὑπὲρ Παλαμήδους, Ἀλ-
λά σοι μὲν οὐκ ἦν οὐδὲ μόνον μάρτυρας, ἀλλὰ καὶ ψευδομάρτυρας εὑρεῖν. Sic Sed Latinè, Sed pro ſed etiam.
pro ſed etiam ponitur Græcorum imitatione. Cicero pro Milone, Obliti
eſtis non modò inimicorum Milonis ſermones, ſed nonnullorum im-
peritorum. Et in Piſonē, Age, ſenatus odit te, quod tu facere iure conce-
dis: afflictorem & proditorem non modò dignitatis atque auctoritatis,
ſed omnino ordinis, ac nominis ſui. quo modo alibi ſæpe vſus eſt. Ἀλλὰ Ἀλλὰ δὴ καί.
δὴ καὶ pro atque etiam & quinimmo ponitur. Liban. Οὗτοι διὰ τὴν οἰκείαν
τέχνην ἄδειαν εἶχον ἀπιέναι ὅπου ἂν βούλωνται, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πολεμίους. Ponitur
& pro verum eſto, quod ita cōcedentis eſt, vt negare planè videatur. Gor-
gias in oratione ſupradicta, Ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦτο γενέσθω, καίπερ οὐ γενόμενον. ἔδει δέ,
& reliqua. Sed fac ita hoc eſſe factum, etſi nunquam factum eſt. Sic Ci-
cero in Vatinium, Sed nihil ſit factum mea cauſa. omnia illa ſenatuſcon
ſulta Reipub. cauſa eſſe facta fateamur. quid ergo, & reliqua. id eſt verum
eſto. Ἀλλάτοι pro atqui, & at verò. Plato lib. VI. de Repub. Ἀλλάτοι ἦ δ᾽ ὅς, οὐ Ἀλλάτοι.
τὰ ἐλάχιστα ἂν διαπραξάμενος ἀπαλλάττοιτο, At verò, inquit ille, qui ita perfun-
ctus fuerit vita, maximum quid peregerit & confecerit. Galen. in primo
Methodi, Ἔστω, σιωπᾷς; οὐκ ποίας εὗρες αὐτὰ μεθόδου λογικῆς. ἀλλάτοι κἂν κριτήριόν γε
τι τῶν λόγων τῆς ἀληθείας ἔχειν σε παρασχέσθαι, atqui oportebat. certè oportebat.

Ἀλλαμὴν etiam pro atqui & at verò dicūt, & congruit in aſſumptione. Ἀλλαμήν.
Lucian. Εἰ γάρ εἰσι βωμοί, εἰσὶ καὶ θεοί. ἀλλαμὴν εἰσὶ βωμοί. εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί. Sicq; De-
moſthenes vſus eſt. Ἀλλαμὴν etiā ſignificat enimuero in principio ora-
tionis apud eundem. Ἀλλὰ μὴν οὐδέ, neque verò, &, ſed neq;. Xenophon, Ἀλλὰ μὴν οὐδέ.
Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦ γνωσθῆναί γε. Sic Gaza ex Cicerone, Ἀλλαμὴν οὐδὲ πόθησίς γε,
Sed ne deſideratio quidem. Ἀλλαμὴν etiā at verò ſignificat in conſequētia
orationis. Plato lib. ſecundo τῶν πολιτικ. Ἀλλαμὴν οἶμαι καὶ τοῦτο δῆλον, ὡς ἐάν τις
τινὸς παρῇ ἔργου καιρόν, διόλλυται, at verò etiā illud notum eſt. Seruit etiā per-
cunctationi, vt οὐκοῦν. Idem in Gorgia, Ἀλλαμὴν ἡ ῥητορικὴ λέγειν γε ποιεῖ δυνα-
τούς; Γοργ. Ναί. Σωκρ. οὐκοῦν περὶ ὧνπερ λέγειν καὶ φρονεῖν; Ἀλλ᾽ ἦ interrogatiuum Ἀλλ᾽ ἦ.
eſt. Plato in Gorgia in principio, Ἀλλ᾽ ἦ τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν, καὶ
ὑστεροῦμεν; Sed nūquid, quod dici ſolet, tranſacto die feſto venimus? Ἀλλ᾽ Ἀλλ᾽ οὐκ.
οὐκ etiā interrogatiuè interdū ponitur. Demoſth. Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν τοῦτ᾽ εὐθέως
εἴποιεν; Immo verò nōnne ſtatim dicerent? Ἄλλοτι identidem apud Plato- Ἄλλο τι, ἄλλο τι ἤ.
nem legitur pro vtrū, & nunquid. interdum cum ἢ particula, interdū ſine
ea, vt in Apologia, Καί μοι δεῦρο ὦ Μέλητε εἰπέ, ἄλλο τι ἢ περὶ πλείστου ποιῇ ὅπως ὅτι
βέλτιστοι οἱ νεώτεροι ἔσονται; ἔγωγε. Et in Critone, Τί φῶμεν πρὸς ταῦτα ὦ Κρίτων,
ἄλλο τι ἢ ὁμολογῶμεν; Κριτ. ἀνάγκη ὦ Σώκρατες, nunquid fateri neceſſe eſt? vel,
quid aliud quàm fateamur? Et in Phædone, Ἀλλ᾽ εἴπωμεν. ἡγούμεθά τι τὸν θάνατον
εἶναι; ἆρα μὴ ἄλλο τι ἔφη ὁ Σιμμίας, ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἀπαλλαγήν; Hîc ἄλλο τι
nomen eſt ſignificationē ſuam retinens, hoc eſt aliud quàm, vt infrà, ἀλλὰ

μὴ ἀλλ᾽ ὅτι ἢ ἡ τοῦ θάνατος; Et rurſus, Φέρε δὴ ἡδ᾽ ὅς, ἀλλ᾽ ὅτι ἑκάστῳ αὐτῶν, ἡ τὸ μὲν, σῶμά ἐστι, τὸ δὲ, ψυχή; οὐδὲν ἄλλο ἔφη. Idem lib. I. πολιτειῶν, Αλλ᾽ ὅτι ſine ἡ, pro ἄρα poſuit, Επειδὴ δὲ ὡμολόγησεν, ἀλλ᾽ ὅτι οὖν ἦν δ᾽ ἐγὼ, οὐδὲ ἰατρὸς οὐδεὶς καθόσον ἰατρὸς, τὸ τῷ ἰατρῷ συμφέρον σκοπεῖ οὐδ᾽ ἐπιτάττει, ἀλλὰ τῷ κάμνοντι; nunquid igitur ne medicus quidem qua medicus eſt. Et in ſecundo, Φέρε δὴ ἦν δ᾽ ἐγὼ, πῶς ἡ πόλις ἀρκέσει ἐπὶ τοσαύτην παρασκευὴν, ἀλλ᾽ ὅτι γεωργὸς μὲν εἷς, ὁ δὲ, οἰκοδόμος, ἄλλος δέ τις ὑφάντης. ἢ καὶ σκυτοτόμον αὐτόσε προσθήσομεν, ἤ τιν᾽ ἄλλον τῶν περὶ τὸ σῶμα θεραπευτὴν; πάνυ γε. Idem, Πρῶτον μὲν οὖν σκεψώμεθα τίνα τρόπον διαιτήσονται οἱ οὕτω παρεσκευασμένοι. ἀλλ᾽ ὅτι ἢ σῖτόν τε ποιοῦντες καὶ οἶνον καὶ ἱμάτια καὶ ὑποδήματα, καὶ οἰκοδομησάμενοι οἰκίας. In Euthydemo vtrunque in eadem ſententia poſuit, Καὶ ὁ Εὐθύδημος τὰ μὴ ὄντα ἔφη, ἀλλ᾽ ὅτι, ἢ οὐκ ἔστιν; οὐκ ἔστιν. ἄλλ᾽ ὅτι οὖν οὐδαμοῦ τά γε μὴ ὄντα, ὄντα ἐστὶν οὐδαμοῦ. Xenophon in ſecundo ἀναβάσ. Εἰ δὲ καὶ μέλλοντες σε κατακτείναιμεν, ἄλλ᾽ ὅτι ἂν ἢ τὸν εὐεργέτην κατακτείναντες, πρὸς βασιλέα τὸν μέγιστον ἔφεδρον ἀγωνιζοίμεθα. Idem in ſecundo παιδείας, Καὶ ὁ Κῦρος ἐπήρετο αὐτούς, ἀλλ᾽ ὅτι ἔφη ὦ χαλδαῖοι, ἢ τούτου γε ἕνεκα εἰρήνης νῦν ἐπιθυμεῖτε; Et inferius, ἀλλ᾽ ὅτι οὖν ἔφη, ἢ διὰ τὸ τῆς γῆς σπανίζειν ἀγαθῆς, νῦν πένητες νομίζετ᾽ εἶναι; id eſt δι᾽ ἄλλ᾽ ὅτι.

Αλλ᾽ ὅτι.

Αλλ᾽ ὅτι ex ἀλλὰ & ὅτι compoſitum eſt. Syneſius, ὁ δὲ παρὰ πόδας ἐποίει τὸν κίνδυνον, οὐχ ἕτερον ἦν, ἀλλ᾽ ὅτι πᾶσιν ἱστίοις ἡ ναῦς ἐφέρετο, non aliud erat, niſi quòd, vel quàm quòd. Quoniam autem vſus coniunctionum apud Græcos & numeroſus & varius eſt, & negocia multa exhibet legentibus, operæprecium eſſe duxi, quàm plurimas potero Latinè interpretari, ſcriptorúmque auctoritatibus comprobare quæ dicam. in quo cum ordinem ſeruare nō facile ſit, nec ſi fieri poſſit, id magnopere ad rem pertineat: ſi quid (vt fit) iterum dixero, velim vt ne vitio magnopere id vertatur. quoniam in huiuſcemodi adhibita animaduerſio, plus ſcribenti moleſtiæ, quàm gratiæ commentariis, aut vtilitatis legentibus allatura fuerit.

Γε.

Γε particula frequentiſſima eſt in oratione. Demoſth. περὶ στεφάνου, Καὶ ταῦτα εἰδὼς, ὅτι καὶ εἰ μὴ ὅλον, μέρος γε ἐπιβάλλει τῆς βλασφημίας ἅπασι, καὶ μάλιστά σοι, Præſertim cum ſcias huius tuæ maledicentiæ, ſi non ſummam, ſaltem partem quandam ad vniuerſos pertinere, ad te quoque in primis. Quod Cicero diceret, partem certè quandam. Hoc etiam ἀλλὰ dicitur, & ἀλλά γε, vt dictum eſt.

Γεδή.

Dicitur & Γεδή. Idem κατὰ Μειδίου, Τίς γάρ ἐστιν ὅστις καταχειροτονηθέντος αὐτοῦ καὶ ταῦτα ἀσεβεῖν περὶ τὴν ἑορτὴν, οὐκ ἂν ἔσω αὐτοῦ τούτῳ κατέδυ, καὶ μέτριον παρέσχεν ἑαυτὸν, τόν γε δὴ μέχρι τῆς κρίσεως χρόνον, εἰ καὶ μὴ πάντα; Ecquis eſt enim hominum, qui præiudicio populi damnatus violatæ quoque religionis, non eam ob rem publico caruiſſet, domíque deliteſcens, modeſtum ſe ciuem exibuiſſet, ſi non omne poſtea tēpus, certè quidem quoad in reatu fuiſſet, & vſque ad iudicium? Greg. Ως γε δὴ ὁ ἐμὸς λόγος, duntaxat vt mea eſt ſententia. Cicero de Natura deorum, Debebant quidem illi omnes bonos efficere, ſi quidem hominū generi conſulebant.

Quidē certé.

ſin id minus, bonis quidem certè cōſulere debebant. Et in Philippica tertia, Tuæ coniugis bonæ fœminæ, locupletis quidem certè, Bambalio quidam pater.

Γέτοι.

Dicitur & Γέτοι. Xenoph. Αλλ᾽ εἰ τοῖς θεάμασι μειονεκτεῖτε, ἀλλά γέτοι τῆς ἀκοῆς πλεονεκτεῖτε. Idem, Αλλ᾽ ἐκεῖνο γέτοι ἔφη, εὖ οἶδ᾽ ὅτι οὐκ ἠμέληκας, Illud



πρεσβ. Αλλ᾽ ἵνα, ἃ ἐβούλεσθε, οἰόμενοι πράξειν αὐτὸν, μηδὲν ἐναντίον ψηφίσαισθε αὐτῷ, μὴ δ᾽ ἀμύνοιντο, μὴ δ᾽ ἀντέχοιεν οἱ Φωκεῖς, ἐπὶ τῇ παρ᾽ ὑμῶν ἐπανεχόντες ἐλπίσιν, ἀλλ᾽ ἀπογνόντες ἅπαντες, αὐτοὺς ἐγχειρίσαιεν. vbi ſubintelligi debet ex præcedẽtibus, τοιαῦτα λέγειν τούτῳ προσέταττεν. vbi ἐπανέχοντες legit interpres Demoſthenis, & in manu ſcripto ſic legimus, licet in vulgatis legatur ἐπέχοντες. ἐπανέχοντες enim dixit ἀντὶ τοῦ θαῤῥοῦντες, ἐμμένοντες, ἐπαναπαυόμενοι, ἰσχυριζόμενοι, στηριζόμενοι, στέργοντες. Idem Iſocrates in eodem Archid. Ὅταν ὁρῶμεν ὑμᾶς αὐτοὺς οὕτως ἐννοηκότας τὰς συμφορὰς, ὡς οὐδένες ἄλλοι πώποτε. hîc ἠνέγκαν ſubaudiendũ. AEſchin. κατὰ Τιμάρχου, ex verbis legis, Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα λέγῃ, δοκιμασίαν φησὶν ἐπαγγελλέτω τῶν Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεστι, id eſt eorum quiuis qui lege non prohibentur. Idem, Εἰ δὲ ὁ κρινόμενος καταμεμαρτυρημένος ὑπὸ τοῦ ἑαυτοῦ βίου, ἀξιώσει μὴ ἐξ ὧν γινώσκεται, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν μαρτυριῶν κρίνεσθαι, ἀνήρηται ὁ νόμος, ſi poſtulabit ſe nõ ex his quæ omnibus nota ſunt & manifeſta. ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐκ τούτων ἃ γινώσκεται. Et περὶ παραπρεσβείας, Εἰ δ᾽ ἐπεξελθὼν δυνάμει βεβαιώσεις τὰ Θηβαίων ἀδικήματα, παρ᾽ ὧν μὲν βοηθεῖς, οὐκ ἀπολήψῃ χάριν, οὓς δ᾽ ἐγκαλέσεις, ἀδικήσεις. ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀπολήψῃ χάριν παρὰ τούτων οἷς βοηθεῖς. Plato in Protagora, Εἰ οὖν σοι δοκεῖ ἐμμένειν οἷς τότε ἔδοξεν, ἐμὲ ἡγήσασθαι ἢ οἶμαι ἂν ἔγωγε κάλλιστα φανερὸν γένεσθαι, ἔπου. Greg. περὶ θεολογίας, ἵνα ἔκ τε τῆς ἀναιρέσεως ὧν οὐκ ἔστι, καὶ τῆς οὗ ἐστι θέσεως περιληφθῇ τὸ νοούμενον. id eſt ex ſublatione atque inficiatione eius quod non eſt, & poſitione eius quod eſt, comprehendatur. Quod ſchema inde natum eſt, quòd Græci relatiuum, id eſt τὸ ὑποτακτικὸν ἄρθρον, non accommodant verbo ſequenti, ſed antecedenti potius. vt στέργω οἷς ἔχειν μοι ὑπάρχει. Inde illa quæ in anterioribus citauimus, ex quibus illud eſt Demoſthenis, Καὶ περιεστήκει τοῖς βοηθείας δεήσεσθαι δοκοῦσιν, ἀφ᾽ ὧν ἔπραττον οὗτοι, αὐτοῖς βοηθεῖν ἑτέροις, ἐξ ὧν ἐπείσθητέ μοι. Gregor. Οἱ τοῖς ἑαυτῶν κακοῖς βοηθοῦσιν, ἐξ ὧν ἄλλοις ἐπηρεάζουσι. Syneſius, Ἀλλ᾽ ἡ παροῦσά σοι δύναμις ἀρκεῖ πρὸς ὃ ἐκεῖνος τυγχάνει δεόμενος, id eſt πρὸς τοῦτο οὗ δεῖται. Illud Gregorii, Καὶ ταύτην λάβοιμεν ὧν πεπολεμήκαμεν καὶ ὧν πεπολεμήμεθα τὴν ἀντίδοσιν, ſic intelligi debet, ἀνθ᾽ ὧν πεπολεμήκαμεν καὶ ἀνθ᾽ ὧν πεπολεμήμεθα. vt, ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει. de quo ſchemate ſuprà dictum eſt. Herodianus, Τὸ γὰρ πιστὸν ὑμῶν καὶ σεβάσμιον δεδηλώκατε δι᾽ ὧν ἀγανακτεῖτε, ἐφ᾽ οἷς οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην ἐτόλμησαν. id eſt διὰ τοῦτο ὅτι ἀγανακτεῖτε. Sed Attici gaudent vſu pluralis numeri pro ſingulari, vt alibi diximus, vt τὰ πρὸς ἑσπέρας, τὰ πρὸς πατρὸς & ſimilia. Plato libro ſeptimo de Repub. Οὐ μὰ τὸν Δία ἔφη, εἰ μὴ μάλα γέ τινες ὀλίγοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα, Nequaquam hercle inquit, niſi pauci eorum quidem quibuſcum verba feci. ἀντὶ τοῦ, τούτων οἷς ἐγὼ ἐνέτυχον. Demoſthen. Πολὺ γὰρ βελτίονος ἀνδρός ἐστιν ἐφ᾽ οἷς αὐτὸς εὖ πεποίηκεν ἀξιοῦν τιμᾶσθαι, ἢ ἐφ᾽ οἷς ἕτεροι ποιήσαντες ἐτιμήθησαν, φθονεῖν. Et κατὰ Μειδίου, Καὶ σφόδρα ἐσπούδασεν ὁ δῆμος ἐφ᾽ οἷς ἠδικημένῳ μοι συνῄδει, & magno ſtudio cõtendit populus ob iniuriam quam mihi ſciebat eſſe illatam. Idem, Ἀλλὰ χωρὶς ὧν ὑβρίσθην, καὶ τῆς νίκης προσαπεστερήθην, præterquã quòd iniuria affectus ſum, vel præterquam quòd multis modis iniuriam paſſus ſum. Multa exempla huiuſcemodi ſchematis adnotanda ideo eſſe duxi, quòd in eo copioſa eſt elegãtiæ materia & multiplex, quæ ex pauculis vix exemplis innoteſcere ſatis poteſt. Hoc etiam animaduertẽdum, quòd nullum

Σχῆμα ἑλληνικόν.



eſt verbum apud Græcos, nec neutrum, nec paſſiuum, quod non accuſatiuum interdum admittat alicuius actionis ſignificatiuum. Demoſthen. Ἐξελέγξω δὲ πρῶτον ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειτα ὅσα ὑμεῖς ἠδίκησθε. Idem, Εἰ μὲν ἄλλαις τισὶν ἡμέραις ἠδίκησέ τι τούτων Μειδίας ἰδιώτην ὄντα. Et rurſus, Εἰ δὲ χορηγὸν ὄντα ὑμετέρων ἱερομηνίας οὔσης, πάντα ὅσα ἠδίκησεν ὑβρίσας φαίνεται, δημοσίας ὀργῆς καὶ τιμωρίας δίκαιός ἐστι τυγχάνειν. Idem alibi, Ἵνα μηδὲν μάθητε ὧν ἐξηπάτησθε. Et περὶ παραπρ. Οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν οὐδ᾽ ὁτιοῦν εὑρημένοι τῶν ὅτε τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε λεχθέντων, ἀλλὰ πάντα ἐξηπατημένοι. Et περὶ στεφάνου, Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ᾽ ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δ᾽ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ μεγάλα. Et περὶ παραπρ. Παρ᾽ ὅλην μὲν τὴν ἀποδημίαν ὑπό σου τοιαῦτα ἐπιβεβουλευμένος. Alibi, Δίκαιος ἀποστερηθῆναι τὴν ἀτέλειαν ἣν εὕρετο παρ᾽ ὑμῶν. Greg. Καὶ ἂν αἰσχυνοίμην, εἰ τοιαύτης παρ᾽ αὐτοῦ τυχόντες τιμῆς, μὴ τὰ δίκαια συνηγορήσαιμεν. Idẽ, Ἐγεραίρομεν τὰ εἰκότα τὸν σκηνὸς τοῦ δικαίου βασιλεία συζήσαντος, honorauimus vt par erat, & pro eius dignitate. Idem, Ἀποκοσμήσας τὴν κεφαλὴν τοῦ διαδήματος, καὶ ὑποκύψας τῷ βασιλεῖ τὰ εἰκότα, vt par erat, vt moris eſt. Syneſ. Καθεζομένη οὖν πολλὰ κατεμέμφετο τὴν ἀκαιρίαν τῆς συμφορᾶς. Idem, Ἀτυχῶ δὲ πολλὰ καὶ ὅσα ἄνθρωπος ἀτυχῆσαι δύναται. Idem, Πλείω δὲ καλὰ τῆς Σιμωνίδου συνουσίας Ἱέρων ἀπέλαυσεν, ἢ Σιμωνίδης Ἱέρωνος. Idem, Πολλὰ γὰρ ἐπὶ πολλῶν ἐγὼ πέρυσιν ἠνιάθην. Idẽ, Ἡμετέρα πεντάπολις γυναικὸς μὲν τοῦ σώματος πολλὰ ἐπὶ πολλῶν ὤνατο. Alibi, Σὺ δὲ ἐὰν ἐξ οὐσίας πλέῃς, καὶ ζῇς ἡδέως, οὐ πάντα ἡμᾶς ὁ δαίμων λυπεῖ. Et rurſus, Ταῦτα θεὸν, ταῦτα ἀνθρώπους μαρτύρομαι. Thucyd. Ἐν ᾧ ἡ μὲν πόλις βραχέα ἠδικηθεῖσα, μεγάλα ζημιωθήσεται. Demoſth. Τίς ὁ τούτων αἴτιος. τίς ὁ ταῦτα φενακίσας. οὐχ οὗτος; Idem, Πολλὰ μὲν τοίνυν ἄν τις ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππον εὐδαιμονίσας τῆς τύχης, εἰκότως τοῦτο μάλιστ᾽ ἂν εὐδαιμονίσειεν ἁπάντων, ὃ μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ἔχω λέγειν ἔγωγε ἄλλον, ὅστις εὐτύχηκεν ἐφ᾽ ἡμῶν. Sic πρὸς Λεπτίν. Ὡς ἄρα ἐκεῖνοι μεγάλα εὖ παθόντες, οὐδένα ἐτίμησαν. Xenoph. in 2. ἀπομν. Τίνας οὖν ἔφη, ὑπὸ τίνων εὕροιμεν ἂν μείζονα εὐεργετημένους, ἢ παῖδας ὑπὸ γονέων. Plato lib. 2. de Repub. Εἰ δὲ ὑῶν πόλιν ὦ Σώκρατες κατεσκεύαζες, τί ἂν αὐτοὺς ἄλλο ἢ ταῦτα ἐχόρταζες. Idẽ, Ταῦτα δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγκωμιάζουσι τὴν δικαιοσύνην. Iſocr. περὶ εἰρήνης, ἣν μετὰ τὴν μάχην ἣν ἐνίκησαν Θηβαῖοι Λακεδαιμονίους, ἐκεῖνοι ἐλευθερώσαντες τὴν Πελοπόννησον ἡσυχίαν εἶχον. Iulianus Auguſtus etiã poſt verbum ſubſtantiuum accuſatiuum addidit: ſic enim ait Iamblicho ſcribens, Ἀλλ᾽ ὥσπερ ἡλίου καθαροῦ δίκην ἀκτῖνας σου ἀκραιφνεῖς ἐπὶ πάντας ἄγεις, οὐ μόνον τοῖς παροῦσι τὰ εἰκότα ξυνών, ἀλλὰ καὶ ἀπόντας ἐφ᾽ ὅσον ἔξεστι τοῖς παρὰ σαυτοῦ σεμνύνων.

Nunc addam exẽpla quædam Ciceronis, & aliorũ ſimilis notæ auctorũ, quæ mihi videntur οἱονεὶ μιμήματά τινα εἶναι, πρὸς τὰ τῶν ἑλλήνων κεκαλλιεπημένα προσδήλως ἐφάμιλλα. Incipiámq; ab eo quod antea citaui ex 2. de Orat. Habetis ſermonẽ bene longũ hominis vtinã non impudentis: illud quidẽ certè, non nimis verecundi. qui quidẽ cum te Catule, tum etiã Lucio Craſſo audiente, de dicẽdi ratione tã multa dixerim. Et in ſecunda Philip. Non tractabo vt Conſulem, ne ille quidem me vt conſularẽ. etſi ille nullo modo Conſul: vel quòd ita viuit, vel quòd ita Remp. gerit. deeſt verbũ tractauit. Idem ad Atticum, Quod rogas, vt in bonã partem accipiã, ſi qua ſunt in literis quæ me mordeant, ego verò in optimam. Idem, Quibus tibi videbitur, velim des literas nomine meo. hoc eſt quibus tibi videbitur dandas

Περὶ τῆς τῶν ῥημάτων συντάξεως.

Exempla Ciceronis æmula Græcorum.

eſſe. Et de Octauio loquẽs, Sed tamen alendus eſt, & vt nihil aliud, ab Antonio ſeiungendus, καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, ἀπὸ τοῦ Ἀντωνίου χωρὶς ἀποστατέος. Cæſar, Ad hæc quæ viſum eſt Cæſar reſpondit. Liuius, Adhæc præſidia diſponerent quibus locis videretur. deeſt, eſſe diſponenda. Plato in Gorg. Ἐπεὶ κἂν ἐμπρησθείη οἰκία τούτων ὧν ἐγὼ, ἣν τινα ἂν σοι δοκῇ, καὶ τά γε Ἀθηναίων νεώρια καὶ τριήρεις, καὶ τὰ πλοῖα πάντα, id eſt ἣν τινα ἂν σοι δοκῇ ἐμπρηστέον εἶναι). Idem, Ἐὰν γὰρ ἄρα δόξῃ ἐμοί τινα τουτωνὶ τῶν ἀνθρώπων ὧν σὺ ὁρᾷς, αὐτίκα μάλα δεῖν τεθνάναι, τεθνήξεται οὗτος ὃν ἂν δόξῃ, morietur is quemcunque viſum fuerit. Cicero in Frument. ſimillimè locutus eſt, Cõſulibus Senatus permiſit, vt vini & olei decumas, quas ante te vendere in Sicilia Quæſtores conſueſſent, Romæ vẽderent, legémque his rebus quam ipſis videretur, edicerent. Et pro Rabirio, Fit ſenatuſconſultum, vt C. Marius, L. Valerius Conſules adhiberent Tribunoſplebis, & Prætores quos eis videretur. Liuius, Eam vt legionẽ primo quoque tempore in Sardiniam tranſmittendã curaret, mitterétque cum imperio quem ipſi videretur, qui rem gereret quoad Minutius cõualuiſſet. Xenoph. Ἐκάλει δὲ ὡς τὰ πολλὰ τῶν ταξιάρχων οὓς καιρὸς αὐτῷ δοκοίη εἶναι), deeſt verbum καλεῖν. Plautus, Idne eſtis auctores mihi? deeſt vt faciam, vel vt ſuſcipiam. Demoſth. Τί τῶν ἁπάντων σὺ χρήσιμος εἶ; deeſt πρὸς vel κατά. Sic Terẽt. Scin' quid ego te volebam? Idẽ, Id quidem adueniẽs ſtomachabar modò, id eſt ob id. Simile eſt, Ego domi ero, ſi quid me voles. Liuius, Vix equidẽ auſim affirmare quod quidam auctores ſunt, duo milia hoſtiũ cæſos. Demoſth. Τὴν μὲν γὰρ εἰς πόλεμον καὶ τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως εἰσφορὰν, ὀρθῶς καὶ δικαίως οὐδείς ἐστ᾽ ἀτελὴς ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων, οὐδὲ οὓς οὗτος ἔγραψε τοὺς ἀφ᾽ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, ne ii quidem ipſi quos ipſe ſcripſit, genus ducentes ab Harmodio. Quare legendum apud Ciceronem in Saluſtium, Nunquid quos protulit Scipiones, & reliqua. Liuius, Quem ceperant exules montẽ, herbidus aquoſúſque eſt. Plautus, Hunc chlamydatum quem vides, ei Mars iratus eſt. Cicero in Verr. actione tertia, M. Petilium, quem habet in cõſilio, iubet operam dare, quòd rei priuatæ iudex eſſet. id eſt amandat à cõſilio, & iubet abire ad iudicandam cauſam priuatã: erat enim fortaſſe datus recuperator. Simile in eodem, Siculi hoc iure ſunt. quod ciuis cum ciue agat domi, certet ſuis legibus: de eo quod ciuis cum ciue agat. id eſt eo iure Siculi reguntur & tenentur, vt ſi ciuis ambigat cum ciue in ciuitate, legibus vt Siculis diſceptet. Eo enim loquendi compẽdio in legibus ſcribendis & in edictis vtebantur. Sed hæc & ſimilia hodie non ſatis animaduertimus. Quare priſca elegantia in deſuetudinẽ abiit hac in parte, & in eo quod ad forenſes locutiones attinet. Id autem Græcè ſic dici poteſt, οἱ δὲ Σικελοὶ τῷδε τῷ δικαίῳ χρῶνται, ὅ,τι ἂν πολίτης ἀνὴρ ἐγκαλῇ τῳ τῶν πολιτῶν, τούτου δὴ αὐτονόμως ἀμφισβητείτω. Idem, Quod Siculus cum Siculo non eiuſdem ciuitatis, de eo Prætor iudices ex P. Rutilii decreto ſortiatur. Hîc plena eſt locutio. Rurſus compendiaria quæ ſequitur, Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato, Senatus ex aliqua ciuitate qui iudicet datur, cum alternæ ciuitates reiectæ ſunt. quod ciuis Romanus à Siculo petit, Siculus iudex datur. Idem, Quod ciuis cum ciue ageret, eum iudicẽ,

*Videretur.*



quem commodũ erat, præconem, aruſpicẽ, medicum ſuum dabat. id eſt, quem dari cõmodum erat ſibi & appoſitũ. Idem, Huic ciuitati cum LX. M. modiûm imperauiſſet, pro tritico nũmos abſtulit, quanti erat in Sicilia triticum. Idem, Ille implorare deûm atque hominum fidem, vt cum conſilio cognoſceret. deeſt orans vel obteſtans vel poſtulans. Et pro Milone, Hæc tu mecum ſæpe his abſentibus, ſed iiſdem præſentibus, hæc ego tecum Milo. agam ſupple, vel loquar. Et pro Ligario, Errauit, lapſus eſt, non putauit. ſi vnquam poſthac. Idẽ in Finibus, Sed ad hæc niſi moleſtũ eſt, habeo quæ velim. Idẽ, Morte qui affecti ſunt, in eadem cauſa ſunt qua antequam nati. Idem, Semper alit aliquid tum vi ſua atque natura quod tranquillet animos: tum ſpe nihil earum rerum defuturum, quas natura deprauata deſiderat. Sic Græci ἐλπὶς ξενωθήσεσθαι. Iſocr. in Helene, Πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις ἦ μὴν βοηθήσειν, εἴ τις ἀποστεροίη τὸν ἀξιωθέντα λαβεῖν αὐτήν. Quibus ſimile eſt Philipp. quinta, Quod autem iter eius Romam? quæ feſtinatio? Et pro Cluentio, Iam verò quod iter eius Romam fuiſſe putatis? Brutus ad Ciceronẽ, Scripſi ad eum, vt mihi Heracleã occurreret. hoc eſt vt Heracleam iret, illicque mihi occurreret. Cic. in Frumẽt. Statuit iſte, vt arator, quo vellet decumanus, vadimoniũ promitteret. Idem, Vt vadimonium decumano, quocunque is vellet, promitteretur. Et rurſus, Promittunt Herbitenſes vadimonium Syracuſas. Et ad Q. fratrẽ, Te enim puto ſæpe habere qui nunquid Romam velis, quærant. Et ad Atticum, Nobis iter eſt in Aſiam, maximè Cyzicum. Idem libro VIII, Sunt iſta quidem quæ diſputantur difficillima: iter ad ſuperum, & nauigatio infero: diſceſſus Arpinum, ne hunc fugiſſe: manſio Formiis, ne obtuliſſe nos gratulationi videamur. Alibi, Quare velim cures vt permutetur Athenas, quod ſit in annuũ ſumptum ei. id eſt vt Romæ permutetur, Athenas perferendum. Liuius lib. x. ab vrb. cond. Sora atque Alba coloniæ deductæ. Albam in AEquos ſex millia colonorum ſcripta. Quæ omnia ſimilia ſunt Græcis. Xenoph. in I. Ἑλληνικ. Καὶ ὁ Κοιρατάδης ἐν Πειραιεῖ ἔλαθεν ἀποδρὰς, καὶ ἀπεσώθη εἰς Δεκέλειαν. Greg. Μὴ στῶμεν ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ, εἰς τὸ ὄρος ἀποσωθῶμεν. Cuius ſimile illud Ciceronis pro Cælio, Cum ex ampliſſimo genere in familiam clariſſimam nupſiſſes, cur tibi Cælius tam coniunctus fuit? Idem Cicero pro lege Manil. Veruntamen illis imperatoribus laus eſt tribuẽda, quod egerunt: venia danda, quod reliquerunt. id eſt ob id quod egerunt, & ob id quod reliquerunt. Plaut. Eia haud veſtrum eſt iracundos eſſe quod dixi ioco. id eſt ob id quod dixi. Cicero de Aruſpicum reſponſis, Sed quid ego id admiror, qui Peſſinuntẽ ipſum ſedem domiciliúmque matris deorum vaſtaris? id eſt, Sed quid mirum id à te factum, qui Peſſinuntem, &c. Idẽ, Quam denique tam eminentibus canibus Scyllam poetæ fingere potuerunt, támque ieiunis, quàm quibus iſtum videtis Gelliis, Clodiis, Titiis, roſtra ipſa mandẽtem? id eſt, quàm ſunt iſti canes Gellii, & cætera. Idem, Magnus Dicæarchi liber eſt, neſcire futura melius eſſe, quã ſcire. Deſunt hæc verba, in quo diſputat aut docet, aut quid ſimile. Terẽt. in Heautont. Quid iſtud? quæ res te ſollicitat autem? Chr. rogitas? viden' tu ancillas?

*Iter Romam.*

*Promittere vadimoniũ Syracuſas.*

aurum? veſtem? quam ego cum vna ancillula hîc reliqui. vnde eſſe ea cēſes? Cicero pro Planc. Nec ſi à populo præteritus eſt, quē non oportuit, iccirco condēnandus eſt, qui præteritus non eſt. id eſt quem præteriri nō oportuit, οὐδὲ δὴ εἰ ἀπεδοκιμάσθη ὃν οὐκ ἔδει. vt illud Platonicum ſuprà citatum, τεθνήξεται ἕως ὃν ἂν δόξῃ. Et Philipp. decima, Tantámne patientiam dii boni? tantam moderationem, tantam in iniuria tranquillitatem & modeſtiam? qui cum Prætor vrbanus eſſet, vrbe caruit, ius non dixit, cum omne ius populi Romani recuperaſſet. de Bruto loquens. id eſt tantámne modeſtiam in eo homine fuiſſe? Thucydid. lib. 2. in oratione funebri, Διόπερ καὶ τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας ὅσοι πάρεστε, οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον, ἢ παραμυθήσομαι. ἐν πολυτρόποις γὰρ συμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες. τὸ δ' εὐτυχὲς οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν, τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης, eorum autē felix eſt conditio, quicunque honeſtiſſimam ſortiti fuerint: vel vt illi nunc, mortē: vel vt nos ipſi, mœrorem. ἀντὶ τὸ δ' εὐτυχὲς ἐκείνων οἳ ἄν. Cicero in Finibus, Atqui inquā aut Epicurus, quid ſit voluptas, aut omnes mortales qui vbique ſunt neſciunt. Idem, Tum ille, finē (inquit) interrogandi ſi videtur: quod quidem ego principio ita me malle dixeram. Hoc autem & quæ ſequūtur, non tam ἐπιδεικτικὰ ſunt, quàm dialogicæ venuſtatis: in quibus nec Platoni nec Xenophonti Cicero ceſſit mea quidem ſententia. Idē, Cum ego dicerem (inquit) eum nihil feciſſe ſua cauſa, omniáque Reipub. tu contrà, nihil niſi ſua. Idem, Surrexit ſtatim Cato. deinde prima illa quæ in cōgreſſu ſolemus. quid tu inquit, huc? à nulla enim credo. Idem, Sed quæro, nónne tibi faciendum idem ſit, reliquarum rerum diſcrimen omne tollenti? Si quidem (inquit) tollerem, ſed relinquo. Idem, Quæ cum dixiſſet, finem ille: ego autem, næ tu inquam Cato. Idem, Illa ipſa quæ tu breuiter, Regem, Dictatorem, diuitem, ſolum eſſe ſapientem: à te quidem aptè ac rotundé. quippe habes à rhetoribus. Illorum verò iſta ipſa quàm exilia. Et quod ſuprà citauimus, Sed ne dum huic obſequor, vobis moleſtus ſim. Idem, Mihi (inquam) qui teipſum rogaui? Idem, Sed nunc quod agimus: de illis cum volemus. Idem, Ille verò Polycrates, ſi inſipiens (quod certè, quia tyrannus) nunquam beatus. Idem, Sed antequam de re: pauca de me. Liuius, Literis Romam miſſis in officio Fundanos eſſe.

*Ciceronis oratio in dialogis uenuſtiſſima.*

Venio ad alterius generis locutiones, de quo genere exempla Græcorum ſuperius citauimus. Quale eſt illud Platonis in ſecundo de Repub. Ταῦτα δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγκωμιάζουσι δικαιοσύνην. Cicero in Philip. ſecūda, Neſcio quid conturbatus mihi eſſe videris. Et in eadem, Sunt cæteri pares, qui id pugnant, id agunt, vt contra Rempub. reſtituti eſſe videantur. Idem ad Q. fratrem, Angor mi ſuauiſſime frater, angor nullam eſſe Rempub. nulla iudicia. Et ad Atticum, Vnum omnia poſſe diſrūpuntur ii qui me poſſe aliquid doluerunt. Idem, Ego autē non videbar vllo modo facilius moturus, quàm ſi id quod eum hortarer, conuenire eius ſapientiæ dicerem. Idem ad eundem, Nunquam mihi poſtea placuit, nec aliud in alio peccare deſtitit. Sic Terent. Cedo quemuis arbitrum: te plura in hac re peccare oſtendam. Idē Cicero lib. x v. ad eundē Atticum, Amariorē me ſenectus facit. ſtomachor



omnia, ſed mihi quidē βεβίωται. Plato in Apolog. Καὶ ὅπερ λέγω μὴ θορυβεῖτε ὦ ἄνδρες. Idem in eadem, Νῦν δὲ δὴ καὶ αὐτοί, ὅτι οἱ κατήγοροι τἆλλα πάντα οὕτως ἀναισχύντως κατηγοροῦντες, τοῦτό γε οὐχ οἷοί τε ἐγένοντο ἀπαναισχυντῆσαι, παρασχόμενοι μάρτυρα, ὥς ἐγώ ποτέ τινα ἢ ἐπραξάμην μισθὸν ἢ ᾔτησα, Vt in aliis mihi obiiciendis impudentiſſimè egerint, in hoc tamen frontē perfricare non potuerunt. vel, eò vſque impudentiam ſuam perducere non ſuſtinuerunt. Iſocr. περὶ εἰρήνης, ὃ καὶ δικαίως ἄν τις ὑμῖν ἐπιτιμήσειε. Quintil. lib. x i, Equidem plæroſque & ad ſingulas clauſulas ſententiarum video aſſurgentes ſibi, & nonnullos ſubinde aliquid etiam ſpatiātes. quod an deceat, ipſi viderint. Terent. in Andria, Et nunc id operam do. Cicero in 1. de Oratore, Cætera inquit aſſentior Craſſo. ſed illa duo Craſſe vereor vt tibi poſſim concedere. Alibi, Quorum ego illi facile alterum aſſentiebar. Idem pro domo ſua, Quid enim vos vxor mea miſera violarat, quam vexauiſtis, raptauiſtis, omni crudelitate laceraſtis? Idem in Mario, Vtrunque lætor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe. Ariſtot. in v i i i. Politic. Ἐπαινέσειε δ' ἄν τις καὶ τοῦτο Λακεδαιμονίους. Idem, Διὸ ἐπιτιμῶσι καὶ τοῦτο Σωκράτει τῶν περὶ τὴν μουσικήν τινες. Percenſeamus & alia ſchemata à Græcis tranſlatitia. Cicero de Simonide, Non enim ſolùm poeta ſuauis, verumetiam cætera doctus ſapiénſque traditur. Xenophon, Πάντα μὲν ἄρα σοφὸν οὐχ οἷόν τε ἄνθρωπον εἶναι. μὰ δί' οὐ δῆτ' ἔφη, ὃ ἄρα ἐπίσταται ἕκαστος, τοῦτο καὶ σοφός ἐστι. Athen. Ὑπὸ τοῦ πάντ' ἀρίστου καὶ μουσικωτάτου βασιλέως Ἀδριανοῦ. Ariſtot. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἰσχυρὸν τὸ ζῷον, τὸ δὲ τράχηλον ἀσθενὲς ὅταν πιεσθῇ. Lyſ. Νυνὶ δὲ παρὰ τῶν φευγόντων χρὴ πυνθάνεσθαι, ἥτις ἦν αὐτοῖς πρὸς τὴν πόλιν ἔχθρα, ἀντὶ τοῦ ὅπου τοιαῦτα ἐτόλμησαν εἰς αὐτὴν ἐξαμαρτάνειν. ἀντὶ τοῦ ὅτου ἕνεκα δι' ἣν dixit. Cæſar, Multæ res eū hortabantur, quare eam rem ſibi cogitandam ſuſcipiēdámque putaret. Terent. Vbi ea cauſa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta, deſinēt. Idem, Multæ cauſæ ſunt quamobrem cupio abducere. Cic. in Verr. Cum iſte veſtra ſeueritate permotus, multa ſigna dederat quamobrem reſpōſurus non videretur. Idē, Conſiderare debes nihil tibi eſſe committendum quamobrē eorum quos laudas non te ſimillimum præbeas. Demoſth. περὶ στεφάνου, Διτάλαντον δ' εἶχες ἔρανον δωρεὰν παρὰ τῶν ἡγεμόνων τῶν συμμοριῶν, ἐφ' οἷς ἐλυμήνω τὸν τριηραρχικὸν νόμον, id eſt propter legem quam abrogaſti. Simile eſt ἀντὶ ὧν. Sed ſuprà hæc explicata ſunt. Cicero, Magnam enim partem ex iambis noſtra conſtat oratio, τὸ δὲ πλεῖστον μέρος ἐκ τῶν ἰάμβων ὁ λόγος συνέστηκεν ὁ ἡμέτερος. Idem, Stoici cum de virtutibus diſputant, magnam partē in iis partiendis occupati ſunt. Et in primo Offic. Atque illæ quidē iniuriæ quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur, ſæpe à metu proficiſcuntur. maximā autem partē ad iniuriā faciendā aggrediuntur nonnulli, vt adipiſcātur ea quæ cōcupierunt, ὡς δ' ἐπιτοπλεῖστον ἀδικεῖν ἐπιβάλλονται ἔνιοι. vel, ὡς ἐπίπαν δέ. & ὡς τὰ πολλὰ δέ.

*Magnā partem ex iambis noſtra conſtat oratio.*

Iſocr. Archid. Ἐπίσταμαι γὰρ πρότερον μὲν Ἀθηναίους, εἰ καὶ μὴ πάντα μεθ' ἡμῶν εἰσιν, ἀλλ' ὅμως ὑπέρ γε τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας πάντα ποιήσοντας. Thucyd. in i i i, Καὶ τὰ μὲν παλαιὰ τ μέγιστα τοιοῦτοι ἠξιώσαμεν εἶναι. Pauſ. in Corinth. Τὰ δὲ ἄλλα, ἀνάκειται χαλκοῦς ἄγαλμα, καὶ θαλάσσης, καὶ ἵππος εἰκασμένος κήτει τὰ μετὰ τὸ στέρνον. Idē in Meſſen. Ἐνταῦθα Ἀριστόδημος τά τε οἰκεῖα ἀναλογιζόμενος, ὡς οὐδὲν ὠφέλιμον γένοιτο φονεὺς θυγατρὸς, καὶ τῇ

πατρίδι οὐχ ὁρῶν ἔτι ὑπάρχουσαν σωτηρίας ἐλπίδα, ἐπικατέσφαξεν ἑαυτὸν τῆς παιδὸς τῷ τάφῳ, τὰ μὲν εἰς ἀνθρώπου λογισμὸν ἥκοντα, μεγαλοπρεπῶς σώσας, τῆς τύχης δὲ ἐς τὸ μηδὲν ἀγαγούσης τά τε αὐτοῦ ἔργα καὶ τὰ βουλεύματα. id eſt διὰ τὰ ἥκοντα, quod in hominis cōſilio ſitum erat, hoc eſt quatenus. Idē Cic. in Epiſtolis, Etſi enim abſui magnam partē Conſulatus tui, tamē abſens, & cætera. tale eſt quale illud Demoſthenis, Ἐν εἰρήνῃ τὴν Ἀττικὴν ἐκ θαλάττης εἶναι πάντα τὸν πόλεμον. Xenoph. καὶ τὸ μὲν λοιπὸν θέρος καὶ τὸν ἐπιόντα χειμῶνα ἐφέρετο καὶ ἦγετο ἡ τῶν Ἠλείων χώρα. Thucyd. de Theſeo, Γενόμενος δὲ μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατός, τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν πόλιν, καὶ δὴ καὶ, & cætera.

*Magnā partem conſulatus tui abſui.*

*Πλέον ἔλαττον.*

Vt Latini dicūt Plus minus, ſine coniunctione, ſic illi πλέον ἔλαττον. Athen. lib. xi, Ἐν τοῖς κωθωνισμοῖς ὅταν ἱκανῶς ἤδη ἔχῃς, μὴ κοιμῶ πρὶν ἂν ἐμέσῃς πλέον ἔλαττον. Terēt. in Phormione, Domū ire pergam vbi plurimū eſt, οὗπερ τὸ πλεῖστόν ἐστι, id eſt frequentiſſimé. Galen. lib. ix. Methodi, Καί τινας μὲν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν τὰ τῆς πέψεως ἔχοντας γνωρίσματα, τινὰς δ᾽ ἐν τῇ τρίτῃ ἔχοντας, ἢ τὸ πλεῖστόν γε τῇ τετάρτῃ, aut ſummū quarto. Cic. ad Atticum lib. xiii, Expectabam hodie, aut ſummum cras ab eo tabellarios. Idē in Frument. Hoc reprehendo, quod cum HS binis tritici modius eſſet, vt iſtius epiſtolæ ad te miſſæ declarant, ſummum trinis: tum iſte pro tritici modiis ſingulis, ternos ab aratoribus modios exegit, ἢ τὸ μέγιστον ὅτε εἴη τεττάρων σεστερτίων ὤνιος, vel δώδεκα ἀσσαρίων.

*Summum pro ad ſummum.*

Dicitur & ad ſummū, vt pro Milone, Quatuor, ad ſummum quinque ſunt inuēti. Idem Cicero de Orat. perfecto, Sed loquor de vno pede extremo. addo quod minimū ſit, proximū ſuperiorē, προστίθημι δὲ καὶ τὸν ἀνῶ πλησιαίτατον, τόγ᾽ ἐλάχιστον. Var. Harum ſingula genera minimum in duas ſpecies diuidi poſſunt. Ariſtoteles per nomē dixit in quinto Ethic. Ἔστι δὲ τὸ ἴσον ἐν ἐλαχίστοις δυσίν. Idem, Ἀνάγκη ἄρα τὸ δίκαιον ἐν ἐλαχίστοις εἶναι τέτταρσι. Lucian. Ἡμεῖς μὲν οὖν τὸ ὕστατον προσειπόντες ἀλλήλους, [illegible]. Liuius, Nunc errabūdi domos ſuas, vltimū illas viſuri peruagantur. Curtius, Obſtrepūt deinde cuncti Hermolao. pater poſtremùm ſtrinxerat ferrū, percuſſurus haud dubiè ni inhibitus eſſet à rege. id eſt ad poſtremū. Idē, Darius Artabazū vltimùm illū viſurus amplectitur. Liuius, His legatis quæ præſentis diſceptationis eſſent, libera mādata de ſumma rerū Senatus cōſtituit. Hoc ſic dici Græcè poteſt, Τούτοις τοῖς πρέσβεσι, τὰ μὲν ἐν τῷ παραχρῆμα βραβεύειν, αὐτοκράτορα τὴν ἐξουσίαν ἡ σύγκλητος ἀπέδειξε. vel, καθέστηκε. Sic Demoſth. vt ſuprà dictum eſt, ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην. Ἔστι δὲ τοῦτο οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι, λόγον τινὰ ἔχον. εἰ δέ τις αὐτὸ ἀκριβῶς ἐξετάσειε, ψεῦδος ἂν φανείη. Poteſt & illud Liuianum ita dici, ἐπὶ τούτοις τοῖς πρέσβεσιν ἡ βουλὴ τὰ ἐν τῷ παραχρῆμα κατέστησε, βραβεῦσαι ἐκ τῶν δοξάντων αὐτοῖς. &, ἐπὶ τούτοις τοῖς πρέσβεσι τὰ τῆς διαδικασίας ἡ βουλὴ ἐποίησε τὰ ἐν τῷ παραυτίκα, id eſt ὥστε βραβεῦσαι, vel διαθέσθαι ἐν τῷ παραυτίκα.

*Minimum pro ad minimum.*

*Τὸ ὕστατον ἐπίρρημα. Vltimùm aduerbium. Poſtremùm aduerbium.*

Quod autē dicimus Minus atq; minus, illi κατὰ μικρὸν ἧττον dicūt, & ἔλαττον ἐκ περιαγωγῆς. καὶ ἐπὶ ἔλαττον ἐφεξῆς. vt magis atq; magis, ἐπὶ πλεῖον ἐφεξῆς. ἢ κατὰ μικρὸν ἐπὶ πλεῖον. Demoſth. περὶ στεφάνου, Τί τῶν ἁπάντων σὺ χρήσιμος εἶ; τίς ἢ τοῖς εὐπόροις ἢ τοῖς ἀπόροις βοήθεια χρημάτων παρὰ σοῦ; οὐδεμία. ἀλλ᾽ ὦ τάν, εἰ μηδὲν τούτων, εὔνοιά γε καὶ προθυμία. ποῦ; πότε; ὅστις ὦ πάντων ἀδικώτατε, οὐδ᾽ ἐπέδωκας οὐδὲν οὐδ᾽ ὅτε πάντες, & reliqua. Inde autē ductū videtur illud Ciceronianum quod ſuprà citauimus, Sed quid ego hæc admiror? qui accepta, &c. Idē Cicero, Laudat

*Minus ac minus. Magis ac magis.*



Epicurus tenuē victū. philoſophi id quidē. ſed ſi Socrates aut Antiſthenes diceret, nō is qui voluptatē finem bonorū eſſe dixerit, ἐπαινεῖ δ᾽ ὁ Ἐπίκουρος τὸ λιτὸν τῆς καθ᾽ ἡμέραν διαίτης. φιλόσοφον τοῦτό γε. ἀλλὰ μὴν εἰ οἱ περὶ τὸν Σωκράτην ἢ Ἀντισθένη εἴποιεν, οὐκ ἔτι δ᾽ εἰ ὁ φήσας τὸ τέλος εἶναι τῶν ἀγαθῶν, ἡδονήν. Liuius, At enim cū Philippo Argiui ſenſerunt. remittimus hoc tibi, ne vicem noſtram iraſcaris, τοῦτό σοι καταχαριζόμεθα, ἵνα μὴ τὸ ἡμέτερον μέρος ὀργισθῇς. Cicero in Prætura vrbana, Nos ſi alienam vicem pro noſtra doleremus, veſtigium iſtius in foro non eſſet relictum, ἡμεῖς δὲ εἰ τῶν ἀλλοτρίων ὑπερηλγοῦμεν ὁμοίως καὶ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων, οὐκ ἐᾶσθ᾽ ὅπως ἴχνος οὐδὲν τουτουὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ ὑπελείπετο. Rurſus Liuius, Clamor vndique ab ſollicitis vicem imperatoris militibus ſublatus eſt, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν τῷ στρατηγῷ δεδοικότων. Idem in primo, Eóque melioribus vſuras viris, quòd annixurus pro ſe quiſque ſit, vt cum ſuam vicem functus officio ſit, parentum etiam patriǽque expleat deſiderium, τοσούτῳ δὲ χρηστοτέροις αὐτὰς τοῖς ἀνδράσι χρησομένας, παρ᾽ ὅσον πᾶς τις τούτων διαγωνιεῖσθαι μέλλει, ὅπως μηδὲν ἐλλείπων τὸ αὐτοῦ μέρος ἕκαστος τοῦ καθήκοντος, τῶν τε γονέων ἐκπληρῶσαι πόθον, καὶ τὸν τῆς πατρίδος οἷός τ᾽ ἔσται. Eodem vel ſimili ſchemate dictum eſt illud Ciceronis lib. i. de Natura deorum, Illud video pugnare te, ſpecies vt quædam ſit deorum, quæ nil cōcreti habeat, nihil ſolidi. id eſt eius gratia, & propter illud. Habēt hoc Græci, vt verbis neutris quanuis abſolutis pro paſſiuis vtantur, eandémque conſtructionem eis tribuant. Demoſth. κατὰ Μειδίου, Ἐπειδὴ δὲ παρὰ τάδε πρὸς τὰ δίκαια Μειδίαν, καὶ τοὺς νόμους μᾶλλον ἔδεισε τὴν ἀπειλὴν τὴν τούτου, τηνικαῦτα τηλικαύτῃ καὶ τοιαύτῃ συμφορᾷ περιπέπτωκεν ὑπὸ τούτου. Et κατὰ Ὀνήτορος, Ὅτι δικαίως καὶ προσηκόντως οὐδὲ φεύγει ταύτην ὑπ᾽ ἐμοῦ τὴν δίκην. ἀλλ᾽ ἂν διώκεται καὶ κατηγορεῖται. Idem, Ἐφ᾽ οἷς δικαίως ἂν ἀποθάνοις ὑπὸ τῶν δικαστῶν. Lyſias, Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὡς πολλοὶ ὑπὸ τούτου τεθνᾶσι, βούλομαι ὑμῖν τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἀναγνῶναι. de indice loquens. Pauſanias, Μασίστιον μὲν δὴ τελευτήσαντα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἶδα ἱππέων. Idem, Μαρδονίου ὑπὸ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου πεσόντος. Xenoph. in quarto παιδείας, Ἐκεῖνος δὲ τέθνηκεν ὑφ᾽ ὑμῶν ἀνὴρ ἀγαθὸς ὤν, interfectus eſt. Adnotanda eiuſdem locutio in ſecundo ἀπομνημονευμάτων. Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ οἴδε νιφόμενοι ἀπῆλθον ἐς τὸ ἄστυ, μάλα συχνοὺς τῶν σκευοφόρων ἀπὸ τῶν ἐκ Φυλῆς ἀποβαλόντες, deſideratis multis calonibus, quos hoſtes Phylæ exiſtētes eruptione interceperunt. Hunc loquendi modum inexpertū Cicero relinquere noluit, licet à lingua Latina multum abhorrere videatur. ſic enim inquit in primo Acad. Parteis autem mundi eſſe omnia quæ inſint in eo, quæ natura ſentiente teneantur, in qua ratio perfecta inſit: quæ ſit eadem ſempiterna. nihil enim eſſe valentius à quo intereat, οὐδὲν γὰρ εἶναι ταύτης ῥωμαλεώτερον ὑφ᾽ οὗ ἀποθανεῖται, hoc eſt διαφθαρήσεται. vel ὑφ᾽ οὗπερ διαφθείροιτ᾽ ἄν. Terent. in Andr. Herus, quantum video, ab vxore excidit, ἐκπέπτωκε, hoc eſt eiectus eſt, exactus eſt. Demoſth. Ἀντὶ τῶν ἔργων τούτων ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἐξέπεσον. Plin. lib. xi. de iecore loquens, In eo quod caput extorum uocāt. M. Marcello circa mortem cum periit ab Annibale, defuit in extis. Simile hoc eſt illius Ciceroniani, à quo intereat. Congeram huc & alia, tum eiuſdem generis, tum non abſimilia, quæ lectores commonefacient alia atque alia apud eundem auctorē alióſque adnotandi. Idem in Catilinam,

*Vicem tuā doleo uel iraſcor*

*Vicē ſuā officio functus eſt*

*Ὑπὸ τούτου τοσαύτῃ συμφορᾷ περιπέπτωκεν.*

*Ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἀποθνήσκειν, καὶ τὰ ὅμοια.*

*Interire ab aliquo.*

*Suppeditari is dicitur cui ſuppetunt quæ opus ſunt.* *Suppeditare.*

Sed ſi omnibus rebus omiſſis quibus nos ſuppeditamur, eget ille Senatu, Equitibus Romanis, vrbe, ærario, vectigalibus. ſi his rebus omiſſis cauſas ipſas quæ inter ſe cõfligunt, contẽdere velimus: ex eo ipſo quàm valde illi iaceant, intelligere poſſumus. Suppeditare eſt abundare, aut nõ deeſſe. Idem de Oratore, Cui ſi vita ſuppeditauiſſet, Cõſul factus eſſet. Quintil. Licet ſatis exemplorũ ex lectione ſuppeditet. id eſt ſuppetat. Liuius, Manubiæ vix in fundamenta fani ſuppeditauere. Is verò cui omnia ſuppeditant, dicitur εὐπορεῖσθαι & χορηγεῖσθαι. *Χορηγεῖσθαι.* Plutarch. Θαρρήσας δὲ Καῖσαρ προὐκαλεῖτο Πομπήιον ἐκ τε γῆς καὶ θαλάττης χορηγούμενον. Antiph. περὶ τοῦ χορευτοῦ, Ὅπως ἄριστα χορηγοῖντο οἱ παῖδες, καὶ μηδενὸς ἐνδεεῖς εἶεν διὰ τὴν ἐμὴν ἀσχολίαν. Ariſtot. in 1. Ethic. Τί οὖν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα, καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς τελείως κεχορηγημένον μὴ τὸν τυχόντα χρόνον. Et in x, Καὶ Σόλων δὲ ἴσως τοὺς εὐδαίμονας ἀποφαίνεται καλῶς, εἰπὼν μετρίως τοῖς ἐκτὸς κεχορηγημένους, πεπραγότας δὲ τὰ κάλλιστα. Hoc Cicero Latinè ſuppeditari dixit. Simile eſt illud ad Atticum lib. x i i i, Populum verò præclarum, quòd propter vicinum malũ ne victoria quidẽ plauditur. id eſt plauſu excipitur. *Plaudor.* *Κροτοῦμαι.* Plutarch. Ταῦτα προσκαλούμενος ἐν τῷ δήμῳ Κυρίων ὑπὲρ Καίσαρος, ἐκροτεῖτο λαμπρῶς. Ἀχορήγητοι verò ſunt ἀπορούμενοι. *Ἀχορήγητος.* Ariſt. in 1. Ethic. Ἀδύνατον γὰρ ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα. Paul. ad Coloſſ. 2, Ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ θεοῦ. Quod ſic ad verbum verti poteſt, Vnde totum corpus iuncturis & artubus abũde ſuppeditatum atque coagmentatum, creſcit Dei incremento. τῆς δὲ ἐπιχορηγίας ταύτης meminit idem Apoſtolus cap. quarto ad Epheſios: ſed vtrobique ex more ſuo obſcurè. *Χορηγία.* Χορηγία munus eſt τοῦ χορηγοῦ, τουτέστι τοῦ διδασκάλου καὶ ἐξάρχοντος τοῦ χοροῦ. *Χορήγιον.* Et Χορήγιον inſtrumentum eſt & apparatus ſcenæ, Latinè choragium dictum à Plinio libri triceſimiſexti cap. x v. de ſcena Scauri loquente. à Valerio lib. 2. cap. primo, de Claudio Pulchro. Apuleius in quarto de Aſino, Iam feralium nuptiarum miſerrimæ virgini choragium ſtruitur. id eſt inſtrumentum & apparatus. Demoſthenes περὶ παραπρ. propria ſignificatione vſus eſt, Τὰ τελευταῖα δέ, ἔναγχος ἐν χορηγίοις ἀλλοτρίοις ἐπὶ τῷ τριταγωνιστεῖν ἀγαπητῶς παρατρεφόμενον. Ariſtoteles περὶ ποιητικῆς, de optimo genere tragœdiæ loquens, Ἔστι μὲν οὖν τὸ φοβερὸν καὶ ἐλεεινὸν ἐκ τῆς ὄψεως γίνεσθαι. ἔστι δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συστάσεως τῶν πραγμάτων, ὅπερ ἐστὶ πρότερον, καὶ ποιητοῦ ἀμείνονος. τὸ δὲ διὰ τῆς ὄψεως τοῦτο παρασκευάζειν, ἀτεχνότερον, καὶ χορηγίας δεόμενόν ἐστι. vbi & χορηγίου legi poteſt, hoc eſt inſtrumento terribili, & perſonis miſerabilibus. *Ἐπιχορήγημα.* Ἐπιχορήγημα dicitur ſuppeditationis corollariũ, hoc eſt vberius χορήγημα, de quo alibi diximus: vel ad iuſtã legitimámq; ſuppeditationẽ additamentũ. *Χορήγημα.* *Χορηγεῖν.* Χορηγῶ etiam cũ accuſatiuo iungitur perſonam ſignificãte. Polyb. in i i i, Τὸ δὲ τῶν Κελτῶν πλῆθος δαψιλῶς μὲν ἐχορήγει τὸ στρατόπεδον τοῖς ἐπιτηδείοις. Suppeditare etiam eſt verbum actiuum, & ſignificat χορηγεῖν καὶ ἐπαρκεῖν. hoc eſt, non malignè præbere neceſſaria. *Συναναλίσκω* Quod etiam Συναναλίσκειν dicitur. Xenophon in 2. ἀπομνημονευμάτων de vero amico loquens, Καὶ ἄν τε τινὰ εὖ ποιῆσαι δέῃ, συνεπισχύει. ἄν τε τίς φόβος ταράττῃ, συμβοηθεῖ. τὰ μὲν συναναλίσκων, τὰ δὲ συμπράττων. *Συμβιβάζω.* Συμβιβάζειν autẽ conciliare

ciliare



ciliare ſignificat, & ad amicitiã fœdúſq; adducere. Thucyd. Συνεβίβασε δὲ καὶ τὸν Περδίκκαν τοῖς Ἀθηναίοις. hoc eſt συμβατικῶς αὐτοὺς ἔχοντας πρὸς ἀλλήλους ἀπέδειξε. *Συμβατικῶς.* Gregor. Baſilio, Ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ἡμῶν Εὐσέβιος λίαν πρὸς ἡμᾶς ἔχει συμβατικῶς τε καὶ φιλικῶς. Significat etiã accõmodare, & ad cohærentiã adducere. Greg. in 1. κατὰ Ἰουλ. Ἀλλὰ ἄλλοις συμβιβάζων καὶ συναρμόζων, καὶ εἰς ἓν ἄγων τὰ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος. hoc eſt συμβαίνειν ἀποφαίνων, ex variis prophetarum oraculis canticum vnum componens & coagmẽtans. Act. Apoſt. cap. i x, Καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. ſignificare videtur, ex collatione ſacrorum vaticiniorum docens & probans. Et cap. x v i, Ὡς δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτούς. exiſtimo ſignificare, ex inſomnio Pauli atq; iis quæ nobis acciderãt, coniicientes. hoc eſt συμβάλλοντες. Plat. in Hippia minore, Καὶ ἐπειδάν μοι δοκῇ σοφὸς εἶναι ὁ λέγων, ἐπιθυμῶν μαθεῖν ὅ,τι λέγει, διαπυνθάνομαι, καὶ ἐπανασκοπῶ καὶ συμβιβάζω τὰ λεγόμενα, ἵνα μάθω, mente recolo quæ dicta ſunt, eáq; inuicem confero, vt ſi cõſentanea ſint, intelligam. Verùm verbo ſuppeditari ſimile eſt verbum plaudi, *Plaudi.* quo idem Cicero ad Atticum vſus eſt lib. x i i i, Populum verò (inquit) præclarum, quòd propter malum vicinum ne victoria quidem plauditur. id eſt plauſu excipitur, ὅτι διὰ τὸ ἐπαιωρούμενον κακὸν οὐδ' ἡ νίκη κροτεῖται. *Κροτεῖσθαι.* Plutarch. Ταῦτα προσκαλούμενος ἐν τῷ δήμῳ Κουρίων ὑπὲρ Καίσαρος, ἐκροτεῖτο λαμπρῶς. οἱ δὲ καὶ στεφάνους ἐπ' αὐτὸν ὥσπερ ἀθλητὴν ἀνθοβολοῦντες ἠφίεσαν. Dicitur & Κροταλίζεσθαι. *Κροταλίζεσθαι.* Athen. lib. x, Ἀλέξανδρος γοῦν αἰτήσας ποτὲ ποτήριον δίχουν, καὶ πιὼν, προὔπινε τῷ Πρωτέᾳ. καὶ ὃς λαβὼν, καὶ πολλὰ ὑμνήσας τὸν βασιλέα, ἔπιεν, ὡς ὑπὸ πάντων κροταλισθῆναι. Idem alibi, Ταῦτα εἰπὼν ὁ κυνουλκὸς, ἐπεὶ μὴ ἐκροταλίσθη, ἐθυμώθη. Idem Cicero in tertio de Oratore, Natura nulla eſt (vt mihi quidẽ videtur) quæ non habeat in ſuo genere res cõplures diſſimiles, quæ tamẽ ſimili laude dignentur, ὅμως δὲ ἐπαίνῳ τῷ ὁμοίῳ ἀξιούμενα. *Dignari.* *Ἀξιοῦσθαι.* Longè tamen audacius eſt, vel animoſius potius, quod in oratione pro M. Marcello ſcripſit, Bellicæ tuæ laudes celebrabũtur illæ quidẽ: neq; ſolũ noſtris, ſed penè omnium gentiũ literis atq; linguis. neq; vlla ætas de tuis laudibus conticeſcet. Sed tamen eiuſmodi res neſcio quo modo etiã cum leguntur, obſtrepi clamore militum videntur & tubarum ſono. *Obſtrepi paſſiuum.* at verò cum aliquid clementer, &c. Ἀλλ' ὅμως τὰ τοιαῦτα τῶν πραγμάτων, οὐκ οἶδ' ὅπως, καὶ μεταξὺ δὴ ἀναγινωσκόμενα, ὑπό τε τοῦ τῶν ὁπλιτῶν ἀλαλάγματος παρενοχλεῖσθαι δοκεῖ, καὶ ὑπὸ τοῦ φθέγματος δὲ τοῦ τῶν σαλπιγκτῶν. Poteſt & Περιεκτυπεῖσθαι dici. Baſil. Euſtathio, Εἴ ποτε ἄλλο τι ἤκουσεν περὶ ἡμῶν περὶ ὃ νῦν λεγόμενον, οἱ νῦν ἡμᾶς διαθρυλλήσαντες ἐπὶ κακοδοξίᾳ καὶ ταῖς στηλιτευτικαῖς ἐπιστολαῖς ἃς συνέγραψαν καθ' ἡμῶν, πᾶσαν περιεκτυπήσαντες ἀκοήν. *Περιεκτυπεῖν.* Idem pro Cælio, Magnum crimen vel in Legatis inſidiandis, vel in ſeruis ad hoſpitem necandum ſolicitandis, ἐν τῷ τοὺς πρέσβεις ἐπιβεβουλεῦσθαι, vel ἐνεδρεῦσθαι. *Inſidiãdis legatis paſſiuè.* Demoſthenes, Ἐπιβεβουλευμένης ὑπὸ Φιλίππου τῆς Ἑλλάδος. Horatius, Ego cur acquirere pauca Si poſſum, inuideor? διὰ τί φθονοῦμαι καὶ βασκαίνομαι. Enimuero lingua Græca cum cætera aut plæraque vberior Latina, ad ſenſúſque animi exprimendos & felicior & ſignificantior eſſe non obſcurè cognoſcitur: tum verò in ver-

Sſ.i.

bis paſſiua voce ſignificationéque formandis longè liberaliore eſt natura atque beatiore. Piguit etiam Romanos Cicerone ſuperiores Romani ſermonis pomœria proferre, inflexionéſque verborum nouare in vulgus inauditas, ac publico vſui induſtria ſua accõmodare. ideo fortaſſe quòd primore conatu Latina vocabula verbáque è Græcis ducentes ſequi non viderentur. Marcus verò Tullius non tam ſermonis Latini naturam negaſſe dicendi copiam Romanis, quàm inertem quandam verecundiã ſecordémque exiſtimauit. quippe vir ingenio præſtantiſſimo omniúmque artium capaci præditus, cum Græcorũ ſcripta perdidiciſſet, ignauum eſſe cenſuit in illa maiorum ſimplicitate acquieſcere, pudoríque indulgentem, externarũ diſciplinarum ornamentis domeſticam fraudare eloquẽtiam. Itaque Romam è Græcia reuerſus, ſtatim ſtudioſiſſimè fecit vt ex Græcorum copiis, quas in patriam princeps aduexerat, quáſque in numerato habebat, facundiæ & forenſis & conſiliariæ vires, opes, auctoritatem inſtrueret & exornaret. ob quod eximiorum ſpirituum facinus, Latinæ linguæ eloquentiǽque Romanæ parentis appellatione à Plinio Secundo ſalutatus eſt. Id quod qui accuratè conſiderarit & perpenderit, is vtique non cuiuſlibet eſſe arbitrabitur ſtilum Ciceronianũ probè noſſe, de eóque ſcriptore iudicium facere, qui cum Græcorum principibus tam felici, quàm ſtrenua æmulatione certauerit. Tametſi multi ideo id ſe facere poſſe confidunt, quòd verba Ciceronis auctoritate probata & recepta, velut in numerato habeant. Quorum magnam partẽ videas & ſtomacharis, ἀγωνοδίκας ἑαυτοὺς ἀντὶ θεατῶν ποιουμένους, vt eſt in prouerbio. Ego verò hactenus ea de re cenſere non vererer, ſententiam rogatus: M. Tullium in ſermonis probitate, in elegãtiæ germanitate, in elocutionis vi, copia, atque ornatu, primas & ſecundas laudis partes apud noſtros tertiáſque tuliſſe, omnium doctorum iudicio qui quidem iniqui homini nõ fuerint. Omneis enim quorum extant opera, in omni genere dicendi longo interuallo ſuperauit. Cæterũ vix decimum quenque ſcriptorũ eius lectorem ſtudioſúmque, idoneum eſſe puto iudicem, à quo is auctor dicendi facultatibus cenſeatur, qui de ſemetipſo huiuſcemodi elogiũ conſignatum reliquerit in libro de Oratore perfecto, Nulla eſt enim (inquit) vllo in genere laus oratoris, cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua ſi non perfectio, at conatus tamẽ atque adumbratio. quod eius dictum ad omneis partes elocutionis pertinet. Quare qui modeſtia præditus erit, is ſe magis Ciceronis admiratorem, quàm imitatorem profitebitur. Neque verò qui dicendi vim naturámque æſtimarit, ex Ciceronis vnius lectione inſpectorem & Ariſtarchum aget vniuſcuiuſque ſcribentium orationis ac dictionis: quod nihil eſt aliud, quàm finitorem ſe Latinæ facundiæ, circunſcriptorémque finium deſignare, nullis adhuc terminis conſtitutorum. Nos autem in hiſce Commentariis libenter id fecimus, vt copiam linguæ Latinæ, quanta eſt illa cunque, ex Græcorum diuitiis cãtatiſſimis partem optimam manaſſe oſtenderemus. A quibus niſi ipſis linguæ Romanæ proceres luculentas facere verſuras inſtituiſſent, exẽplúmque ſimi-

*Cicero parens linguæ Latinæ.*



lia audendi poſteris prodidiſſent, vocum vtique & figurarum egentem nunc ſermonem Latinum inopémque haberemus. Ipſe Cicero in Bruto ſuo hæc loquẽtem Atticum induxit, Quo enim vno vincebamur à victa Græcia, id aut ereptum illis eſt, aut certè nobis cum illis communicatũ. Nec verò verſuras modò à Græcis M. Tullius fecit, ſed etiã quæ mutuatos eſſe maiores ſuos ipſe nouerat, quǽque idem ipſe tanquam vtenda rogauerat, abiurare poſteritatem ſuam docuit, pro ſuíſque tueri & poſſidere. Ita enim Græcis permultis dictionibus vſus eſt, quaſi aut planè Latinis, aut certè communibus: etiam (quod fortaſſe mireris) in orationibus, in libríſque oratoriis. Cuiuſmodi ſunt ſyngrapha, chirographum, xyſtus, acroama, diploma, bibliotheca, hypodidaſcalus, periſtroma, emblema, exhedra, collybus, phyſiologia, diœceſis, dica, gaza regia, aliptes, gynæceum, pſeudothyrum, hæreſis, palimpſeſtus, podagra, Niceas Syracuſius in Academ. pro Syracuſano, apologus, analogia, ephemeris, apotheca, & monogrammi dii, & rhetor pro oratore in 2. de Natura deorum, & androgynus in primo de Diuinatione, & amphibologia in ſecundo, & nartheciũ in ſecundo Finium, & aſotus in eodem, & propola in Piſonem, pharmacopola pro Cluentio, & ſtranguria in 2. Tuſcul. & pueri Spartiatæ in v, pro Spartanis: & gyrum rationis in primo Officiorum, & notis Threiciis compunctum, & ſtigmaticum barbarum pro inuſto, in ſecũdo. & in hemicyclo ſedentem, in Lælio. nam plectere & obſonare verbis ſic vſus eſt vt Latinis, vt Comici fecerunt. ex πλήττω autem ſic plecto factum eſt, vt exanclo ex ἐξαντλῶ. Vlyxes pro Odyſſes. Troica tempora pro Troianis. Et in Verrem, Lectica octophoro vehebatur, in qua puluinus erat perlucidus. Et in ſecundo ad Quintum fratrem, Memini enim cum hominem portarem ad Baias Neapoli octophoro Anitiano, machærophoris cẽtum ſequentibus, miros riſus nos edere. Cum alioqui in Epiſtolis ſententias integras ſæpe Græcè enũciet: & Cæſar in quarto de bello Gallico ephippiatos equites dixerit, & malaciam maris in tertio. At nuper quoſdam vidimus aut audiuimus abſurda religione obſtringere iuuenũ mentes, qui huiuſcemodi vocabula quaſi abſona & indecora in oratione Latina vitãda eſſe docerent: quíque circunloqui, & interdum dicenda prætermittere mallent, quàm Græcè quicquã proloqui. Quòd ſi Ciceronis exemplo magis quàm noua religione duci velimus, antitheta & iſocola quis iam vereatur dicere, etiamſi contrapoſita, & æqualibus æqualia relata Cicero dixit, ne Græcis cedere Latini viderentur? Aſſimilia fortaſſe malis quàm paromœa dicere, & quæ ſunt eiuſmodi vt noſtra perinde fieri nolint. Cõtrà ſchiſma eccleſiæ non verecundè dixeris, vt vſu multo Latinum factũ: etiamſi fiſſum iecoris in Aruſpiciis dicebant, vt eſt apud Ciceronem ſcriptum, Fiſſum familiare & vitale tractant: caput iecoris ex omni parte diligentiſſimè conſiderant. Seuerioribus tamen nonnullis vtimur, viríſque iam illis (vt ita dicam) cenſoriis vix audeas contradicere, qui orationem omnem reſpuunt vt putidam, quæ Tullianam phraſim planè non redoleat. Quod eorum eſſe demum creditur odorari atque perſentiſcere, qui-

*Vocabula Græca apud Ciceronem.*

bus contigit ipſis in ludis lautioribus literas bonas diſcere, peregréq; eru-
diri: id quod mihi cum aliis non paucis commodis in literarum bona-
rum ſtudio pernegatum eſt, vt ſi cuiquam alii. Qua de re tamen meam
vt ſententiam non diſſimulem, eos ego iudico in hoc inſtituto feliciſſi-
mos, ſiqui ſunt ipſi hodie, quibus Ciceronis ſuccum & ſanguinē, nedum
colorem inanem imitari aut ſimulare, ſpeciémque fallacem præferre &
oſtētare contigit. Sed vt eiuſcemodi vnum fortaſſe aut alterum iure ad-
mireris, ita ineptulos quoſdam rideas cū Fabio Quintiliano, qui cū Cice-
ronis filum orationis, ſtructuram verborúmque delectum æmulari ſibi
viſi ſunt, cōtinuò ſeſe inter Tullianos opinione ſtulta aſcribunt, alios in
ordinē ſententia ſua cogentes, tanquam minorum gentium ſcriptores,
& velut Latinos aſcriptitios: nimirum qui aduerſa Minerua ad literarum
ſtudium incubuerint, quaſique in Tullianorum officina non perpoliti,
nequicquam ad palmæ ſpem aſpirēt aut ſecundæ aut tertiæ. Quòd ſi ea
mente Cicero ſtudium eloquentiæ ſuſcepiſſet, ſi in ea ſentētia fuiſſet, vt
vnius ſeſe Demoſthenis ſimulachrū effingere omni opere contenderet,
in cuius admiratione permultus erat, potiuſquam vt conſilio cum natu-
ra deliberato, ipſe à ſingulis vniuerſiſq; eligeret quod ſenſibus ſuis con-
ſentire, & à ſtomacho non abhorrere intelligeret: quonam tandē modo
vim ipſe Demoſthenis, copiā Platonis, iucunditatē Iſocratis effinxiſſet:
quod Quintilianus ſcripſit? Qui cum in phraſi dictioníſque contextu pa
rum ſimilis ſit Demoſtheni, niſi quatenus conſtructionis eius ambitus,
ſententiarúmque circunſcriptiones prælongas libēs imitatus eſt: natura,
niſi fallor, id factum eſt magis quàm iudicio & propoſito. Meminiſſéque
nos oportet ſententiæ eius ipſius in primo Officiorū, Hæc (inquit) contē-
plātes expēdere oportebit quid quiſque habeat ſui, eadémque moderari:
nec velle experiri quàm ſe aliena deceant. Id enim maximè quenq; de-
cet, quod eſt ſuum cuiuſq; maximé. Et in tertio de Oratore, Vna fingen-
di eſt ars: in qua præſtantes fuerunt Myro, Polycletus, Lyſippus. qui om-
nes inter ſe diſſimiles fuerunt, ſed ita tamen vt neminem ſui velis eſſe
diſſimilem. Vna eſt ars ratióque picturæ, diſſimillimíque tamen inter ſe
Zeuſis, Aglaophon, Apelles. neq; eorum quiſquam eſt cui quicquam in
arte ſua deeſſe videatur. Et ſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandū,
& tamen verum, quanto admirabilius in oratione atque in lingua? quæ
cum in iiſdem ſententiis verbíſque verſetur, ſummas habet diſſimilitu-
dines. non ſic vt alii vituperandi ſint: ſed vt ii quos conſtet eſſe laudan-
dos, in diſpari tamen genere laudētur. Hactenus ille. Quintilianus in ſe-
cundo, Nam ſunt hæc duo vitanda prorſus: vnum, ne tentes quod effici
non poſſit. alterum, ne ab eo quod quis optimè facit, in aliud cui minus
eſt idoneus, transferas. Idem, Nam eſt in hoc incredibilis quædam va-
rietas: nec pauciores animorum penè quàm corporum formæ. quod in-
telligi ex ipſis oratoribus poteſt, qui tantum inter ſe diſtant genere di-
cendi, vt nemo ſit alterius ſimilis: quanuis plurimi ſe ad eorū quos pro-
bant, imitationem compoſuerint. Vtile deinde plæriſque viſum eſt, ita



quenque inſtituere, vt propria naturæ bona, doctrina fouerent: & in id
potiſſimum ingenia quò tenderent, adiuuarentur. Non igitur qui ma-
ximè, etiam vnus imitandus eſt, contraquàm nonnulli exiſtimant, eorū,
vt dicitur, auditores aut ſectatores, qui cenſuram ſtili non ita pridē geſſe-
runt, atque etiam vt fama eſt, dictaturam. è quorum comitatu quaſi ex
Iſocratis ſchola, ſcriptores adeo emuncti exire politíque dictitabantur,
vt cæteros omneis mucoſos vulgus eſſe cenſeret, dictioníſque impuræ,
qui eius officinæ notam vt aiunt ſtigmáque non præ ſe ferrēt. Quæ pro-
feſſio (ſi vera ſunt quæ feruntur, nec vt plæraque fama, ſic hoc vanè cir-
cuntulit) literarum elegantium ſtudium ſeruire moroſæ religioni coe-
git, quǽque ſuperſtitione magis quàm ſanctitate conſtat. Nam quid tum
moroſius, tum magis obnoxium, tum nomini Latino calamitoſius eſſe
poteſt, quàm Ciceronis ſcripta quæ nec integra, nec omnia, nec emēdata
adhuc aſſeruata ſunt, non modò loquendi ſcribendíque normam, quod
æquis ipſe animis admittendum cenſerem, ſed etiam orbitam eſſe clau-
ſulámq; dicere & defendere? Idque adeo, vt cui quodpiam verbum, quæ-
dámve loquendi formula exciderit, quam (ſi auctoritatē quaſíque legem
ſermonis ille poſcatur) tueri exemplo nequeat, quaſiq; Tulliano aſſerere
patrocinio, illicet ordine emunctorum, candida claſſe ſcriptorū mouen-
dus ſit & expungēdus? Ego verò cum literati ſermonis vim copiámq; re-
cordor, illud Quintiliani dictum accommodare ad id ſoleo, Latè fuſum
opus eſt, & multiplex, & propè quotidie nouum, & de quo nunquam di-
cta erunt omnia. Hîc non dicam id quod Fabius lib. x i i. ſcripſit, Cicero-
nis admirator & patronus vt ſi quis vnquam maximè, Ciceronem ab ho-
minibus ſuæ ætatis multis nominibus acerbè reprehenſum eſſe. Neque
enim eorum ſum qui Aſinianis magis quàm Tullianis fauent. Mittam
quòd ipſe Tullius Bruto probare ſuo Oratorem ſuum non potuit illi ipſi
nuncupatum, vt ipſemet auctor eſt ad Atticum his verbis ſcribens, Hoc
etiam (inquit) malis oratoribus contigit. Quid tu in Bruto putas & in-
genioſo & erudito? de quo etiam experti ſumus. nuper in edictum ſcri-
pſeram rogatu tuo. meum mihi placebat: illi ſuum. Quinetiam cum
eius precibus penè adductus ſcripſiſſem ad eum de optimo genere dicē-
di, non modò mihi, ſed etiam tibi ſcripſit, ſibi illud quod mihi placeret
non probari. Cur autem Plinius alter & Quintilianus diſſimiles Cicero-
nis fuerint, cum eius ſcriptorum ſtudioſiſſimos fuiſſe eos notum ſit: ex
eo intelligi poteſt defendíque, quod idem libro ſecundo de Oratore ſcri-
bit, Quid enim (inquit) cauſæ cenſetis eſſe cur ætates extulerint ſingu-
læ ſingula propè genera dicendi? quod non tam facilè in noſtris ora-
toribus poſſumus iudicare: quia ſcripta ex quibus iudicium fieri poſſit,
non tam multa ſanè reliquerunt, quàm in Græcis. ex quorum ſcriptis
cuiuſque ætatis quæ dicendi ratio voluntáſque fuerit, intelligi poteſt.
Idem de Viſellio Varrone loquens in Bruto, Is cum poſt curulem inquit
ædilitatem iudex quæſtionis eſſet, eſt mortuus. in quo fateor vulgi iudi-
cium à meo diſſenſiſſe. nam populo non erat ſatis vēdibilis præceps quæ-

*Ciceronis Orator à Bruto non probatus eſt.*

dam,& cum iccirco obſcura quia peracuta,tum rapida & celeritate cita-
ta oratio.Sed neq; verbis aptiorē alium dixerim,neq; ſentētiis crebriorē.
Plato in Protagora Laconicum genus dicēdi admirari videtur, de philo-
ſophia Lacedæmoniorum loquens: cuius ego verba aſcribā,vt lectoribus
fidē faciant, & quoniam tyronibus hæc ſcribo,ea Latinè cōuertam, Εἰ γὰρ
ἐθέλει τις Λακεδαιμονίων τῷ φαυλοτάτῳ συγγενέσθαι, τὰ μὲν πολλὰ ἐν τοῖς λόγοις εὑρήσει
αὐτὸν φαῦλόν τινα φαινόμενον. ἔπειτα ὅπου ἂν τύχῃ τῶν λεγομένων, ἐνέβαλε ῥῆμα ἄξιον
λόγου, βραχὺ καὶ συνεστραμμένον, ὥσπερ δεινὸς ἀκοντιστής, ὥστε φαίνεσθαι τὸν προσδια-
λεγόμενον παιδὸς μηδὲν βελτίω,Si enim cuipiā viſum ſit cum deſpicabiliſſimo
quoque Lacedæmoniorum congredi,in ſermone plerunq; inueniet eum
huiuſmodi vt deſpicabilis eſſe videatur.mox ille qui nihili homo ex ſer-
mone ſuo videbatur,qualibet in parte ſermocinationis occaſionē nactus,
iniiciet aliquod verbum memorabile,breue atque contortum,ſciti more
iaculatoris: ita vt qui cum eo diſſerit,nihilo doctior puero appareat.Τοῦτο
Περὶ τοῦ λακωνίζειν. οὖν αὐτὸ καὶ τῶν νῦν εἰσὶν οἳ κατανενοήκασι καὶ τῶν πάλαι, ὅτι τὸ λακωνίζειν, πολὺ μᾶλλόν ἐστι
φιλοσοφεῖν ἢ φιλογυμναστεῖν,εἰδότες ὅτι τοιαῦτα οἷόν τ' εἶναι ῥήματα φθέγγεσθαι,τελέως πε-
παιδευμένου ἐστὶν ἀνθρώπου. τούτων ἦν καὶ Θαλῆς ὁ μιλήσιος, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος. Ex
quo loco Platonis(quē Cicero deum ſuū vocabat) exiſtimo illa verba Ci-
cerone ipſum tranſtuliſſe,quæ extāt in Oratore ſupradicto, Neque enim
Demoſthenes fulmina tantopere vibraſſe diceretur, niſi numeris con-
torta ferrētur . Ob quæ tamē Cicero ab obtrectatoribus magnopere exa-
gitatus fuit,vt Quintilianus inquit in nono. Enimuero qui Ciceronia-
næ imitationis anxia affectatione ducūtur, ii quaſi athletæ quidā eloquē-
tiæ,certa lege lectionis quaſi pabulo facundiā ſuam alunt: vt olim athle-
Ἀναγκοφαγία. tæ campeſtres ea quæ ἀναγκοφαγία dicitur,lacertos ſuos alebant & ſagina-
bant.ex qua lectione nonnulli exangues tandem euadunt & ieiuni, non
propter Tullianam lectionem, quæ copia prædita eſt ipſa inexuperabili,
atque etiam affluentia: ſed ab inſtituti religione exucci, quæ in ſuperſti-
tionem denique vertere ſolet, niſi modus obſeruationi adhibeatur. Sic
autem hac ætate Tullianorum appellatio gratioſa apud multos, profeſ-
ſióque ipſa palmaris eſſe cœpit ſola cōmendatione nominis,vt fuit olim
ætatéque Ciceronis eorum qui Attici nuncupabantur.Cuius appellatio-
nis fulgor,aut inanis ſpecies potius,ſæpe ob oculos Ciceroni obiecta, ad
obſcurandum gloriæ eius ſplendorem, ab inimicis eius inuidioſè iactata
eſt,ſermonéq; celebrata. Præcipuè verò(inquit Fabius lib.vlt.) M.Tulliū
preſſerunt qui videri Atticorum imitatores concupiebant. Hæc manus
quaſi quibuſdam ſacris initiata, vt alienigenam & virum ſuperſtitioſum
deuinctúmque illis legibus inſequebatur.hoc eſt Ciceronē vt Aſiaticum
inſectabatur & redundantem exultantémque. Ipſe Cicero in Bruto, Atti-
cos (inquit Caluus) imitari volo. quos? nec eſt enim vnum genus. Nam
quid eſt tam diſſimile quàm Demoſthenes & Lyſias? quàm idem & Hy-
perides? quàm omnium horum AEſchines? Quem igitur imitaris? ſi ali-
quem: cæteri ergo Atticè non dicebāt. ſi omneis: quî potes, cum ſint ipſi
diſſimillimi inter ſe? His verbis vt opinor refelli illi poſſunt, qui ſe Tul-



lianis ſolis delectari dictitāt. Neque enim idem eſſe poteſt ſtilus,ne aſſi-
milis quidem, omnium qui ſe ad imitationē Ciceronis contulerunt. Eſt
autē Tullianorum profeſſionis ea vel perſuaſionis fiducia, vel induſtriæ
iactatio, vel neſcio quid appellare debeam, vt velut ii quos Græci ἀργυ-
ραμοιβοὺς vocant,nomiſmata adulterina aut ſubærata, aut inferioris indi-
caturæ, aut ieiunæ æſtimationis, tinnitu aut coticula deprehendant: Sic
iſti eloquētiæ lautioris inſtitores,Tullianas voces, quas ſolas Latinas eſſe
cenſent,aut certè germanæ notæ, Latióque puro oriundas, auditu inter-
noſcant cum quippiam recitatur,aut tractatu & reguſtatu cum in mediū
exit. Ex quo fit qui ex eorum placitis iura petere non recuſant, vt in la-
queos ipſi identidē incidant inertis hæſitantiæ:illis vtique ſimiles de qui-
bus Ariſtoteles in principio ſecundi τῶν μετὰ τὰ φυσ. loquēs, ita ſcribit, ᾗ γὰρ
ἀπορεῖ, ταύτῃ παραπλήσιον πέπονθε τοῖς δεδεμένοις. ἀδύνατον γὰρ ἀμφοτέροις προελ-
θεῖν εἰς τὸ ἔμπροσθεν. διὸ δεῖ τὰς δυσχερείας τεθεωρηκέναι πάσας πρότερον. Atque haud
ſcio an non abſurdè dicere poſſimus, ſic ſe habere eam ſuperſtitionē ora-
tionis ad liberam ingenuámque eloquētiam, vt ἡ σοφιστικὴ πρὸς τὴν σοφίαν
ἔχει. Non quin ego huiuſmodi (vt ita dicam) ἐθελοδουλείαν tolerabiliorē eſſe
cenſeam,ſi alterutra ſuſcipienda ſit,quàm licentiam ſecuram erudito in-
decoram, atque indignam literarum bonarum profeſſione. Nihil enim
minus aut probem aut velim quàm vt in αὐτονομίαν(vt ita dicam)erumpāt
Latinè loquendi ritus & inſtituta,vſu doctiſſimorum hominum,pruden-
túmque conſenſu haud dubiè moderanda & aſtringenda. Sed vt religio-
nem probo, ſic ſuperſtitionem explodendam è ſchola elegantiæ eſſe cē-
ſeo . Iam cum alia atque alia ætas, vt dictum eſt, aliud aliúdque dicendi
genus poſtulet: vt Quintil.lib.quarto docet de narratione loquens: ho-
die ſi mihi quippiam ſcribendum ſit ad religionem noſtram pertinens,
& cuius argumentum res diuinas complexurum ſit : an ego ex lectione
Ciceronis, quaſique è ſylua ſanctioris Latinitatis materiē comparare de-
beam,ex qua efficiendum opus ſit quod pietati dedicandum eſt? aut num
à Cicerone verba loquendíque formam mutuādam habeam,antiquitatis
rituum vtique reſipientem, ad ea indicanda & deſcribenda quæ antiqua
illa ſæcula nunquā ſuſpicata ſunt? Qua de re & controuerſa certè & im-
pedita,vt dicam quod ſentio: hactenus ab antiquis verſuras faciendas eſſe
iamdiu arbitratus ſum, nec me eius eſſe nunc ſentētiæ pœnitet,vt quoad
eius fieri poteſt,materiem priſcam probámque in vſum præſentem con-
formemus, auitámque ſupellectilem & obſoletam aptè & conuenienter
tempori noſtro reconcinnemus. Quippe,vt inquit eleganter Horatius,
licuit, ſempérque licebit Signatum præſente nota producere nomen. Et
quia neceſſe eſt Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum, Fingere cin-
ctutis non exaudita Cethegis Cōtinget : dabitúrque licentia ſumpta pu-
dēter. Et noua fictáque nuper habebūt verba fidē, ſi Græco fonte cadāt,
parcè detorta. Cōceptis autē ab antiquitate formulis in rebus diuinis ho-
die vti,cū piaculare,tum indecorū eſſe cēſeo : tū vt Cicero interpretatur,
ineptum.non aliter atq; ſi in ſacris olim Cereris interpretādis aut cōme-

morandis, è Floralibus verba quiſpiã aut è Priapeis mutuaretur. An verò amicitiæ cultũ citra aras coarctabimus præcepto antiquiſſimo: eloquentiæ partem impiam hodie & pudendam, quâ profana, quâ ſacra expatiari erraréque ſinemus? Et ſi moratam cum dignitate hominis docti grauíſq; orationẽ eſſe oportet, vt oratorum principes exiſtimarunt: cur non etiã ac multò magis pietatis redolẽtem, rectǽque religionis? Quid igitur, dicat aliquis, eloquentiam literarúmque omnino elegãtiã, vt veritati ac ſapientiæ doctrinǽque diuinitus proditæ aduerſam, & profanã, ab aris atq; adytis arcẽdã eſſe cenſes, nec vltrà pronaum admittẽdam? hoc Deus diuíque prohibeant, vt cũ ignorantiæ patronis literarũ ipſe cultor atq; cupidiſſimus cenſeã, diſſidiũ inter doctos ſapientéſque naturã peperiſſe. Niſi verò aurum argento includi, aut argentum auro ſplẽdeſcere natura ipſa vetuit: aut ita moribus cõparatum eſt, aut ſacrorũ deniq; ritibus inſtitutum in delubris exornandis. Ipſe enim conditæ etiam & ſepultæ vetuſtatis interdũ monumenta ſcrutãda eſſe duxerim, potius quàm ad res huius ætatis cõmemorandas tum ſacras tum profanas, barbariẽ vtendã accommodemus, literatíſque pudendam veniam indulgeamus. Vt enim moratam cum dignitate eloquentiam eſſe decet, ſic etiam eloquentem cum ſanctitate philoſophiam. Rurſus nihil infantius eſſe exiſtimamus, literarúmque bonarũ ſtudio turpius & inertius, quàm quædã ſilentio perpetuo premere, aut malignè dicẽdo perſtringere, quæ & enarranda erant & inculcãda, vt quæ omnibus ſtudiis curíſque præuertenda ſint. Quãdo enim, inquit Cicero in præfatione Finiũ, aut oratoribus bonis aut poetis, poſtea quidẽ quàm fuit quem imitarentur, vllus orationis vel copioſæ vel elegãtis ornatus defuit? At hodie lingua Latina in rebus noſtræ ætatis enũciãdis, nedũ eloquendis, àd infantiã redacta eſt, partim inertia, partim religione calũnioſa. Megaleſia, inquit Cicero de Aruſpicũ reſponſis, Latinũ nomẽ Romæ nõ inuenerunt, quæ tanta religione & ſuſcepta ſunt & celebrata. Quid igitur hodie vt piaculare vitamus, in rebus quæ Latinũ nomen non habẽt, peregrinis vocibus vti, præſertim Græcis, vnde magna ex parte Latinus ſermo cõuerſus eſt, ſi Fabio credimus? Cic. in 2. de Diuinat. Quẽadmodum autem mentiẽtem diſſoluas, quem ψευδόμενον vocant? aut quemadmodum ſoriti reſiſtas? quem, ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat acerualem appellare. ſed nihil opus eſt. Vt enim in ipſa philoſophia multa verba Græcorum, ſic ſorites ſatis Latino ſermone tritus eſt. Quòd ſi hoc in philoſophia Ciceronis ætate licuit, cur hodie in theologia non licebit? Liuius non ſemel Suffeces pro Conſulibus dixit, cum de Carthaginenſibus loqueretur. Gallica quædam Romæ & Punica in vſum admiſſa ſunt, vt docet idem Quintilianus. Nos, ſi diuis placet, religioſiores ſumus: haud ſcio an ignauiores potius atque inertiores. Modicè tamen ſcio, & tum demum cum inopia cogit, id faciendum eſſe. Quòd ſi literarum elegantia & ea quæ humanitas à moribus excolendis dicta eſt, καὶ ἡ κατ' ἀνθρωπισμὸν παιδεία, tam aduerſa veritati ſunt atque ſapiẽtiæ, vt non niſi fabulis ludibriiſque rectæ rationis accommodari decorè & conſenta-

Ἡ κατ' ἀνθρωπισμὸν παιδεία



neè poſſint, quæ iamdiu obſoleuerunt ipſa pro obſoletíſque habẽda ſunt & deſpuendis: valeat iam longè, valeat inquam eloquentia: valeat deniq; omnis lepos venuſtáſque literarum, potius quàm vt diſciplinæ ab antiquitate ingenioſiſſima inuentæ & excultæ ad vitam expoliendam, in captionem hodie nobis vertant animorúmque internicionem. Verùm ſi Plato incredibilem dicẽdi copiam, ſi ipſam facundiæ venerem, ſi omnes literarum lepôres ſubſeruire & ancillari atque adeo lenocinari philoſophiæ docuit & inſtituit, veluti matronæ grauiſſimæ, & (vt erat tum hominum opinio) ſanctiſſimæ & venerandæ: ſi Cicero linguam Romanam philoſophicarum diſputationum antea non capacem hominum opinione, philoſophicè tamen loquentẽm differentẽmque reliquit, (ſic enim gloriatur, ita vt literas Græcas, ſi ei credere ſtatuerimus, ad id iam non requiramus) cur hæc ætas tam malè atque ingratè de literarum bonarum nomine mereri atque exiſtimatione pergit? cur non dico pietatem orthodoxam Latinitate donare, ſed Latinam linguam potius literarúmque elegantiam ea acceſſione cohoneſtare, auguſtiorémq; reddere negligit & deſperat? vt nullo iam diſſidio verſari eloquentia cũ pietate poſſit, cum philoſophia olim Græca in fidem ſe Dei contulerit, à deorúmque ſimulachris iamdiu deſciuerit? Atqui vt humanæ ſapientiæ ſacrarium, dignitatíſque animi decus penes philologiam ſitum eſt: ſic penes theologiam ſacrarium fructúſque philoſophiæ. Omnis enim ſapientiæ vbertas, & quaſi ſylua ſentiendi ſapiendíque, è libris hagiographis duci poteſt debẽtque. Res verò ipſæ ſanctæ & ſententiæ conſecratæ, exornari ab iis debent, quibus AEgyptiorum opibus potiri contigit, ſi frugi homines ſunt, alienáque vertere innocẽter in rem ſuam nouerint. Ἡμεῖς δὲ (inquit Gregorius ἐν τῷ εἰς τὰ γενέθλια) οἷς λόγος ὁ προσκυνούμενον, κἂν τι δέῃ τρυφᾶν, ἐν λόγῳ τρυφήσωμεν τῷ θείῳ, καὶ διηγήματι αὐτοῦ, Si enim vſquam ſermonis facultate exultandum eſt, orationíque indulgendũ: tum demum profectò in eo contendendum eſt maximè, cũ ipſum Dei verbum, quam cauſam & fontem omnis ſermonis eſſe conſtat, dicendo celebrandũ eſt. Id porrò quonam pacto commodè à nobis fieri poſſit, dicendi magiſter M. Tull. Cicero nos docebit: partim exemplo, ſi in eius ſcriptis transferendi verborum artem induſtriè attenderimus: partim præcepto, qui in Oratore ſuo perfecto quodã loco ita ſcripſerit, Neque enim eſſe poſſunt rebus ignotis nota nomina. ſed cum verba aut ſuauitatis aut inopiæ cauſa transferre ſoleamus, in omnibus hoc ſit artibus, vt cum id appellandũ ſit quod propter rerum ignorationem ipſarum, non habuerit anteà nomen, neceſſitas cogat aut nouum facere verbum, aut à ſimili mutuari. Idem in ſecundo dialogo de Oratore, Vt eam materiam omnibus locis deſcriptam, inſtructam, ornatámque haberent, rebus dico & ſententiis. hæ vi vt ſua verba pariant, quæ ſemper ornata mihi quidem videri ſolẽt, ſi eiuſmodi ſunt vt ea res ipſa peperiſſe videatur. Ipſius autem Ciceronis tempore noua verba quàm inuidioſa fuerint, ex eo intelligimus, quòd cũ verba aut minus vſitata, aut duriuſcula profert, non ſine aliqua præfa-

*Quomodo olim ignotis nomina hodie imponenda.*

*De nouis uocabulis.*

tione id facit.vt in ſecundo de Oratore, Hæc oratio maximè commendat reos. reos autem appello non eos modò qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur. Sic enim olim loquebantur. Et poſt aliquot chartas, Reos autẽ appello quorum res eſt. Et de Natura deorum libro primo, Sunt enim rebus nouis noua ponenda nomina, vt Epicurus ipſe prolepſim appellauit, quam antea nemo eo verbo nominarat, ſiue prænotionem vt antè dixi, ſiue anticipationem. Idem in ſecundo de Finibus, Stoicorum autẽ non ignoras quàm ſit ſubtile vel ſpinoſum potius diſſerẽdi genus. idque cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda ſunt, imponendáque noua nouis rebus nomina. quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni arte, cuius vſus vulgaris communíſque non ſit, multã nouitatẽ nominũ eſſe: cum cõſtituãtur earum rerũ vocabula quæ in quaq; arte verſentur. Et paulo pòſt, Ars èſt enim (inquit) philoſophia vitæ, de qua diſſerens, arripere verba de foro non poteſt. Cum ſit igitur theologia Euangelica deſignatrix vitæ priſcis illis inauditæ, magiſtráque veritatis, quam prima illa philoſophia dicta, auerſis veſtigiis conſectata eſt: fieri id nõ poteſt hodie, vt diuerſis in rebus indicandis & eloquendis, iiſdem verbis nos vtamur, vt non vſum innouemus antiquum. Quanquam & noua quoque nomina rebus nouis dari poſſunt, Ciceronis auctoritate, vt diximus: qui etiam in tertio de Finibus ita ſcripſit, Nam cum in Græco ſermone hæc ipſa quondã rerum nomina nouarũ videbantur, quæ nunc conſuetudo diuturna triuit: quid cenſes in Latino fore faciendũ? faciẽdum id inquã. Si enim Zenoni licuit cum rem aliquam inueniſſet inuſitatam, inauditum quoque ei rei nomẽ imponere: cur non liceat Catoni? Ex quibus verbis intelligimus nomina quidem noua rebus nouis, verùm è vocibus vſitatis fingere licuiſſe olim, núncque licere. Idem in Acad. Qualitates igitur appellaui quas ποιότητας Græci vocant. quod ipſum apud Græcos non eſt vulgi verbum, ſed philoſophorum. atque id in multis. Dialecticorum verò verba nulla ſunt publica: ſuis vtuntur. & id quidem commune omnium ferè eſt artium. Aut enim noua ſunt rerum nouarum facienda nomina, aut ex aliis transferẽda. quod ſi Græci faciunt, qui in iis rebus tot iam ſæcula verſantur: quãto id magis nobis concedendum eſt, qui hæc nunc primùm tractare conamur? Quintil. lib. v i i i, Nam cum ſint verborum alia, vt dicit Cicero, natiua, id eſt quæ ſignificata ſunt primo ſenſu: alia reperta, quæ ex iis facta ſunt: vt iam nobis ponere aliqua (quod illi rudes homines primi fecerũt) fas non ſit: at deriuare, flectere, cõiungere, quod natis poſtea conceſſum eſt, quãdo deſiit licere? Et ſiquid periculoſius finxiſſe videbimur, quibuſdam remediis præmuniẽdum eſt. Vt ita dicam, Si licet dicere, Quodãmodo, Permittite mihi ſic. Quod idem etiam in iis quæ licentius tranſlata erunt, proderit, quæ non tutò dici poſſunt. in quo non falli iudicium noſtrum, ſolicitudine ipſa manifeſtum erit. Idem, Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Flauio Sergióque: quorum dura quædam admodum videntur, vt ens & eſſentia: quæ cur tantopere aſpernemur, nihil video,



niſi quòd iniqui iudices aduerſus nos ſumus, ideóque paupertate ſermonis laboramus. Quædam tamen perdurant. nam quæ vetera nunc ſunt, fuerunt olim noua. Idem, Piraticam quoque vt muſicam & fabricam dici adhuc dubitabant mei præceptores. Fauorem, & Vrbanum, Cicero noua credit. Cicero ad Appium ſcribens, Te hominem (inquit) non ſolùm ſapientem, ſed etiam, vt nunc loquimur, vrbanum. Quintil. in i i i, Plato in Sophiſte, iudiciali & concionali tertiam adiecit προσομιλητικήν, quam ſanè permittamus nobis dicere ſermocinatricem. Idem Cicero in Topic. Itaque aut inficialis aut coniecturalis prima appelletur: definitiua altera: tertia, quanuis ſit moleſtum nomen hoc, iuridicialis vocetur. Et in Academicis, Sed ſubiectam (inquit) putant omnibus ſine vlla ſpecie, atque carentem omni illa qualitate (faciamus enim tractando vſitatius hoc verbum & tritius) materiam quandam, ex qua omnia expreſſa atque effecta ſint. Sic in libro de Vniuerſitate ex Platonis Timæo, Vix enim audeo dicere medietates quas Græci μεσότητας appellant: ſed quaſi ita dixerim, ita intelligatur. erit enim planius. Quo ex loco apparet eos fuiſſe deceptos, qui ſeſquialterum & ſeſquitertium, & alia deinceps Latina eſſe negauerunt. Seſquialteris autẽ (inquit) interuallis, & ſeſquitertiis, & ſeſquioctauis ſumptis ex iis copulationibus, & primis interuallis, ſeſquioctauo interuallo ſeſquitertia omnia explebat. Plato, Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο. Qui locus Ciceronis niſi extitiſſet ad hanc ætatem, verba illa Latinæ linguæ perierant, eorum quidem ſententia qui nihil vt Latinum admittunt quod apud eum auctorẽ non legatur. præſertim cum Gellius immemor illius libri Ciceronis illa verba non probauerit. Romana autem ſunt non modò quæ incunabula in Latio habuerunt, ſed quæ ciuitate donata ſunt ab iis quidem qui donandi ius habuerunt. Hermogenes ἐπήβολον reprehendit in Hyperide, vt verbum ſordidum atque oratore indignum. At eo & Plato & Ariſtoteles vſi ſunt, vt nos antè docuimus. Ex quo apparet verborum reprehenſores aliquando eſſe ipſos ob id reprehendendos. Idem Cicero lib. I. de Natura deorũ, At iſta ſiue beatitas ſiue beatitudo dicenda ſunt: vtrunque enim omnino durum, ſed vſu mollienda nobis verba ſunt. Et in Topicis, Tertia autem (inquit) quæſtio (quanuis moleſtum ſit nomen hoc) iuridicialis vocetur. Neque verò ipſe Cicero tam religioſus aut in verbis legendis fuit, aut in omni dictionis parte, aut priſcorum verborum fugiens, quàm iſti nos eſſe volunt, quibus in illa claſſe emunctorum ſacramento rogatos eſſe cõtigit. qui & admirabilitatem non ſemel, & terram grauidatam dixerit, & innumerabilitatem, & grauiditates τὰς ἐγκυμονήσεις, & pyramidata corpuſcula & angulata, & rotundare, tranquillare, opacare, exantlare, anticipare, auere, & corporatum mundum, & inuidentiam, & reapſe compluribus in locis, & præſignificare futura, & ſullaturire, & pſeudocatones, & indolentiam, & infatuare, & repedare, & intermundia, vt intercolũnia in ſecundo de Finibus, & ieiunitatem orationis & famem in ſecũdo Tu-

*Seſquitertius, ſeſquiquartus, & alia.*

ſculanarum, & peteſſere gloriam vt capeſſere, in eodem:& mulieroſitatem,& proſapiam, & decuſſare, & alia permulta,quorum ſimilia ab aliquibus triuialis eſſe monetæ putantur & ſordidæ: quædam etiam horum à Quintiliano improbata vt exoleta. Quare mihi de literis illi malignè mereri præpoſteréque videntur, qui linguæ Romanæ pomœria anxiè & cupidè faciunt vt contrahant & circuncidant immodica religione artíſq; calumniatrice: quæ Marcus ipſe Tullius eorum propè dixerim deus, protulit magno ſtudio:ob idque rerum nouarum inuidiam atque etiam crimen neglexit & pertulit. id quod liquere poteſt ex iis quæ ſparſim in his cõmentariis adnotauimus,adnotabimúſque cum occaſio tulerit, & memoria ſuggeſſerit. Tale eſt illud in ſecũdo de Diuinatione,de genethliacis prædictoribus loquens, Etiámne vrbis Romæ natalis dies ad vim ſtellarũ & lunæ pertinebat?fac in puero referre ex qua effectione cæli primũ ſpiritum duxerit:nũ hoc in latere aut in cemento,ex quibus vrbs effecta eſt,potuit valere? Effectionem dixit ἀποτέλεσμα, vnde Græci ἀποτελεσματικοὺς auctores dixerũt,vt inquit Euſtathius. Firmicus effectus tum geniturarum,tum ſtellarum appellat. vbi etiam fortaſſe affectione legi poſſet, cum idem alibi dixerit, Etſi ad rem pertinet quo modo cælo affecto,compoſitíſque ſideribus quodq; animal oriatur, Καὶ δὴ εἰ διαφέρει ὅπως ἔχοντος τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πρὸς ἄλληλα διακειμένων τῶν ἄστρων. quibus verbũ τῶν ἀστέρων συναυγίαν καὶ συναυγασμὸν ſignificauit, quam συναστερισμὸν vulgò dicunt. Idẽ alibi in eodem, Vident ex conſtantiſſimo motu lunæ quando illa è regione ſolis facta, incurrat in vmbram terræ,quæ eſt meta noctis,vt eam obſcurari neceſſe ſit. Metam noctis appellat τὴν πυραμιδοειδῆ σκιὰν καὶ κωνοειδῆ,quam terræ obiectus efficit: in quã cum luna in linea ecliptica exiſtens incurrit, colluſtrari à ſole nõ poteſt:quare deliquiũ patitur. Eſt enim meta Latinè, κῶνος Græcè. Idem alibi, Quod habet extremum, id cernitur ab alio extrinſecus. id eſt, quod finitum eſt,neceſſe eſt vt alio ſecretum ſit extrinſecus. Sic more Græcorũ dixit cernere pro ſecernere. Ariſtot. in Probl. ſect. 11, Ἔτι δὲ συμβαίνει τῶν ὑγρῶν καταπινομένων καὶ κρινομένων κάτω, καὶ πνεῦμα ἐπάγεσθαι αὐτοῖς, id eſt in veſicam excretis. Nec verò pomœria protulit modò linguæ Latinæ Cicero, ſed exemplum rationémque reliquit ſtudioſis ſui, non inertibus. Itaque in primo de Oratore, Poſtea mihi placuit (inquit) eóque ſum vſus adoleſcens, vt ſummorum oratorũ Græcas orationes explicarẽ. quibus lectis hoc aſſequebar, vt cum ea quæ legerã Græcè, Latinè redderem, non ſolùm optimis verbis vterer, & tamen vſitatis, ſed etiam exprimerem quædam verba imitando quæ noua noſtris eſſent, dũmodo eſſent idonea. Licuit enim ſemperq; licebit, vt inquit Horatius, Signatum præſente nota producere nomen, & reliqua. Iam verò ipſe Cicero ad Atticũ lib. XII. ſcribens de libris ſuis philoſophicis, De lingua (inquit) Latina ſecuri es animi dices, qui talia conſcribas: ἀπόγραφα ſunt, minori labore fiunt. verba tamen affero quibus abundo. Ἀπόγραφα vocauit libros de Finibus, de Officiis, & Tuſculanas, & de Natura deorum, & alios ſimiles, veluti volumina quædam deſcripta magis quàm à ſe conſcripta, quaſque



exempla Græcorum voluminum, in quibus tamen vertẽdis operam ipſe præſtitit & oleum. hoc eſt Latinorum verborum delectum & inuentionem, leporémque dialogicum ex Platonicis ſcriptis tranſlatitiũ diuinitus accommodauit. Nam & ipſe ad Atticum ſcribẽs ita inquit, de Academicis ſuis loquens, Sunt enim vehementer Antiochea: quæ diligenter à me expreſſa, acumen habent Antiochi: nitorem orationis noſtrũ, ſi modò is eſt aliquis in nobis. Ipſe etiam huiuſmodi ſcripta ἀπόγραφα appellat, vt alibi dictum eſt. quod tamen ita intelligendum eſt vt ipſe in primo Finium dixit his verbis, Non enim interpretum fungimur munere, ſed tuemur ea quæ dicta ſunt ab iis quos probamus, eíſq; noſtrum iudicium & noſtrum ſcribendi ordinem adiungimus. Ex quo neceſſe fuit non ſemper ſui eſſe ſimilem vſquequaque. ab iis enim auctoribus, quos ipſe paraphraſticè conuertebat, ſcribendi quoque formulas interdum accipiebat. Et quidem ego difficillimum eſſe puto, modum & formã rationémque Tullianæ dictionis penitus animo percipere memoriáq; cõplecti. Fuit enim ingenio fœcundiſſimo, animo mirè liberali & magnifico. habuit vnde copiã ſumeret, Academica ſcripta atque oratoria. Ex quibus cum abundè helluantérque hauſiſſet, vt eius verbo vtar: cum ei etiã natura ſuapte copia felici ac beata profuſè ſuppeditaret alia atque alia: quẽ in eo tandem fuiſſe modum eloquentiæ, quàm multifariam varium arbitrari debemus? At nos ipſi hodie homines vix quincũciales, de eloquẽtiæ finibus, ſi Superis placet, id eſt de M. Tullii dicendi facultate audemus pronunciare. de illa etiam cohorte ſcriptorum Marco Tullio ſuppariũ ita cenſere, atque etiam veluti iure noſtro iudicium firmare, vt vnicuiq; ſcriptori modum laudis meritæ magna fiducia impertiamus. quaſi verò illud iudicium non maius ſit cognitione cuiuſque. videlicet illi Ciceroni ſi non proximi, tamen ſecundi, quorúmque patres aut aui Ciceronem meminiſſent, qui omnia eius ſcripta eadémque incorrupta in manibus haberent, qui eruditionis antiquæ veſtigia in foro adhuc Rom. cernerẽt, ac per manus traditam linguæ Romanæ puritatem accepiſſent, de eloquentia Rom. certius iudicium facere, déque Cicerone ipſo non potuerunt. aut cũ Ciceronis vim dicendi tantopere ipſi admirarentur, tam præpoſtero propoſito infelicíque fuerunt, vt ſcientes prudentéſque deteriora ſequerentur, cum optima haberent in manibus. Quis enim non videt eos cum genus dictionis mutarent, ætatis ſuæ iudiciis atque voluntatibus, aliquantulum etiam fortaſſe ingeniis ſuis ſeruiuiſſe? Adde quòd neque M. Tullius vnus omnia vidit: neque quam inexhauſtam dicendi copiam animo conceperat, in monumentis ſuis conſignatam reliquit: nec quatenus conſignata eſt ab eo, ad ætatem noſtram ipſa aſſeruata eſt. qui & Hortenſiũ, & Cõſolationem, & libros de Rep. & OEconomicon, & alia deſideremus, non ſine deplorãda quidẽ illa linguæ Latinæ calamitate: ſed quoquo modo tamen & hodie reparanda, vt quiſq; meritò ſe ad id operã conferre poſſe confidit. Neque verò cum eam copiam ex Græcia in Italiam importauit, cõmercium inde abſtulit, vt idem aut ſimile quod ipſe

auſus eſſet, poſteris non liceret, qui quidem eodem animum ſtudiúmque intendiſſent. quocirca nonnulli quoque eorum poſtea ſingulari doctrinæ prærogatiua id meruerunt, ab eorum vt auctoritate verba quoque nõ pauca, loquendíque formulæ ius ſumerent. Hoc enim ſentire & ſequi, è dignitate mihi atque exiſtimatione linguæ Latinæ eſſe videtur potius, quàm vnum Ciceronem fuiſſe, aut vnam eius ætatem, cui fines Romanæ dictionis propagare liceret. quod quid aliud eſt, quàm poſtera ſæcula tarditatis damnare aut inertiæ, iiſque auctoritatem & facultatem benè de literis merendi abrogare? Quid Plinius libro ſecũdo de ſpiritibus quibuſdam lethalibus loquens, & ſpecubus fatidicis, Quibus in rebus (inquit) quid poſſit aliud cauſæ afferre mortalium quiſpiam, quàm diffuſæ per omne, naturæ ſubinde aliter atque aliter numen erumpens? Quo exemplo dicemus (inquam) Plinius omne τὸ πᾶν dixit? niſi Ciceronem imitari voluït, qui in Verrem act. I I I. ita ſcripſit, Cui ſtatuæ Romæ ſtant inauratæ, à communi Siciliæ, quemadmodum inciſum videmus, datæ. Et rurſum, Iidem pro parte contulerunt in commune Siciliæ. Et in 2, Pro quæſtore verò quomodo iſte commune Maliadum vexarit. id eſt communẽ Remp. inquit Aſconius, id eſt τὸ κοινόν. Herodot. in Erato, Καί σφι τὸ κοινὸν τῶν σαμίων ἔδωκε διὰ τοῦτο τὸ πρῆγμα ἐν στήλῃ ἀναγραφῆναι πατρόθεν ὡς ἀνδράσι ἀγαθοῖσι γενομένοισι. Age iam permittamus nobis M. Tullium, vnum extra aleã (vt dicitur) iudiciorum poſitum, pauliſper in controuerſiam reuocare, quaſi venia à Prætore expoſcita. non quòd de hominis auctoritate addubitandum putemus: verùm vt animi (vt dicitur) cauſa oſtendamus quàm parum conueniat inter auctores maximos de ratione dicendi probatiſſima. Dionyſius Halicarnaſſeus de Lyſia loquens, Ἑτέραν δὲ ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ ῥήτορι, ἣν πολλοὶ μὲν ἐζήλωσαν τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων, οὐδεὶς δὲ ἐπεδείξατο. τίς δέ ἐστιν αὕτη; ἡ διὰ τῶν κυρίων τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὀνομάτων ἐκφέρουσα τὸ νοούμενον. ἥκιστα γὰρ ἄν τις εὕροι τροπικῇ φράσει χρησάμενον. καὶ οὐκ ἐπὶ τούτῳ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ περιττὰ καὶ σεμνὰ καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ, τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασιν. Halicarnaſſeus eo nomine mirè commẽdat Lyſiam, quòd tropis abſtineat, & ſimpliciter res indicet, nec tamẽ eo modo rerũ magnitudinẽ imminuat: adeo vt circũforanea veſte & triuiali cultu ornamentum rebus afferat & perſonis. Huic ſentẽtiæ è diametro oppoſita illa Ciceronis eſſe videtur in Oratore perfecto, Sed iam forma reſtat (inquit) & dicendi character qui dicitur: qui qualis debeat eſſe, ex iis quæ ſupradicta ſunt intelligi poteſt. nam & ſingulorũ verborum lumina attigimus, quibus ſic abundabit orator, vt verbũ ex ore nullum niſi aut elegans aut graue exeat. Ex omniq; genere frequentiſſimæ tranſlationes erunt, quòd eæ propter ſimilitudinem transferũt animos & referũt, ac mouent huc & illuc. Qui motus cogitationis celeriter agitatus, per ſe ipſe delectat: & reliqua ex collocatione verborum, quæ ſumuntur quaſi lumina, magnum afferunt orationi ornamentum. Idem in tertio de Oratore de tranſlationibus multa dixit, vt magnum ſplendorẽ orationi afferentibus, cum hoc etiã quòd ſupplent inopiam. Fabius de tropis loquens, Incipiamus igitur



(inquit) ab eo qui cum frequentiſſimus eſt, tum longè pulcherrimus: tranſlationem dico, quæ metaphora Græcè dicitur. Idem in duodecimo, de florido dicendi genere loquens, Medius hic & tranſlationibus crebrior, & figuris erit iucundior, egreſſionibus amœnus. Plutarchus in Politicis præceptis, accommodatiores metaphoras dicit eſſe ciuili orationi & concionali, quàm forenſi. Tranſlationis autem exemplum inſigne ſatis eſt apud Ciceronẽ in præfatione Bruti, vbi de remetiendo loquitur. & in oratione pro Domo ſua, his verbis, Quid tandẽ? ſi tu quæ in illis Reipub. tenebris, cæcíſque nubibus & procellis, cum Senatum à gubernaculis deieciſſes, populum è naui exturbaſſes, ipſe archipirata cum grege prædonum impuriſſimo, &c. Et pro Sylla, Quo facilius vento aliquo in optimum quẽque excitato, poſſet in malis Reipub. portum malorum ſuorũ aliquẽ inuenire. Et pro Rabirio, Nec illius animi mentẽ præſtringit ſplẽdor ſui nominis, nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. Vſus eſt etiam crebris trãſlationibus in grandi epiſtola ad Lentulum lib. I. Epiſtol. Quintilianus de extemporali facultate loquens in x, Hoc dum egredimur è portu, ſi nos nondũ aptatis ſatis armamentis aget ventus: deinde paulatim ſimul euntes aptabimus vela, & diſponemus rudentes, & impleri ſinus optabimus. id potius quàm ſe inani verborũ torrenti dare. Quomodo autẽ illuſtre genus dicendi & admirabile ſine hac troporum copia efficere quiſquam poteſt? de qua ipſe eloquẽtiæ noſtratis parẽs ita inquit, Illuſtris autem oratio eſt, ſi & verba grauitate delecta ponuntur, & tranſlata & ſuperlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata, & idem ſignificantia, atque ab ipſa actione atque imitatione rerum non abhorrentia. Eſt enim hæc pars orationis quæ rem conſtituat penè ante oculos. his enim maximè ſenſus attingitur. ſed cætera tamẽ & maximè mẽs ipſa moueri poteſt. Sed quæ dicta ſunt de oratione dilucida, cadunt in hanc illuſtrem omnia. eſt enim plus aliquanto illuſtre quàm dilucidũ. altero fit vt intelligamus, altero verò vt videre videamur. Hoc elogio apparet quàm inepti ſint ac ridendi, qui earum rerum diſceptatores ſe faciunt, quarum ne exiſtimatores quidem ſatis eſſe didicerunt: tantúmque id probandum eſſe exiſtimant, quod probabile vtcunque ſit, quando vltra progredi nequeunt ipſi. Nos verò vt quæ admiranda ſunt, æmulanda eſſe ſemper duximus: ita illic inſiſtendum, vltra quod Minerua procedere noſtra nõ poteſt, vt non ſibi vim afferat, & in cacozeliã incurrat. Cuius virtutis exempla petere debemus ab ipſo parente eloquentiæ Latinæ, præcipuè in libris de Oratore, quos ipſe vehementer probabat, in quibus ipſe multus eſt in huiuſcemodi tropis. Tranſlationes etiã inſignes, & interdum παρακεκινδυνευμέναι apud Demoſthenem inueniuntur, quo nomine ab AEſchine exagitatus fuit, vt ſuprà diximus in mentione verbi ἀμπελουργεῖν. nec minus frequentes & grandiloquæ apud Platonem, Demoſthenis & Ciceronis magiſtrum & ſuppeditatorem copiæ, cuíque ipſe Cicero acceptam illam referre non grauatus eſt. Rurſus Cicero in Oratore de Thraſymacho & Gorgia loquens, Horum vterque (inquit) Iſocra-

*De tranſlationibus.*

tem ætate præcurrit: vt eos ille moderatione, non inuentione vicerit. Eſt enim vt in transferendis tranquillior, ſic in ipſis numeris ſedatior. Idem, Nam neminem in eo genere ſcientius verſatum Iſocrate confitendum eſt. Et in Bruto de eodem, Magnus orator & perfectus magiſter, quanquam forenſi luce caruit, intráque parietes aluit illam gloriam, quam nemo meo quidem iudicio eſt poſtea conſecutus. De hoc loquens Halicarnaſſeus ita ſcribit, Κατὰ δὲ τὴν λαμπρότητα τῶν ὑποθέσεων, καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς προαιρέσεως, πλεῖστον διαφέρειν αὐτὸν Λυσίου ἡγούμην, ἢ παιδὸς ἄνδρα, ὡς ὁ Πλάτων εἴρηκεν. εἰ δὲ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ῥητόρων, ὅσοι φιλοσόφως τοῦ μαθήματος τούτου προέστησαν. Hactenus cũ Cicerone cõuenit. quod ſequitur diſcrepat, Τῆς μέντοι ἀγωγῆς τῶν περιόδων τὸ κύκλιον, καὶ τῶν σχηματισμῶν τῆς λέξεως τὸ μειρακιῶδες οὐκ ἐδοκίμαζον. δουλεύει γὰρ ἡ διάνοια πολλάκις τῷ ῥυθμῷ τῆς λέξεως, καὶ τοῦ κομψοῦ λείπεται τὸ ἀληθινόν. Et infrà, Καὶ οὐ τὸ γένος μέμφομαι τῶν σχημάτων· πολλοὶ γὰρ αὐτοῖς ἐχρήσαντο καὶ συγγραφεῖς καὶ ῥήτορες, ἀνθίσαι βουλόμενοι τὴν λέξιν· ἀλλὰ τὸν πλεονασμόν. τῷ γὰρ μὴ ἐν καιρῷ γίνεσθαι μηδὲ ἐν ὥρᾳ, προσίστασθαί φημι ταῖς ἀκοαῖς. Quintil. in x, In compoſitione (inquit) adeo diligẽs, vt cura eius reprehendatur. Idem Halicarnaſſ. Τρίτην ἀρετὴν ἀποφαίνομαι περὶ τὸν ἄνδρα, τὴν σαφήνειαν, οὐ μόνον τὴν ἐν τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν. ἔστι γάρ τις καὶ πραγματικὴ σαφήνεια, οὐ πολλοῖς γνώριμος. τεκμαίρομαι δὲ, ὅτι τῆς μὲν Θουκυδίδου λέξεως καὶ Δημοσθένους, οἳ δεινότατοι πράγματα ἐξειπεῖν ἐγένοντο, πολλὰ δυσείκαστά ἐστιν ἡμῖν καὶ ἀσαφῆ, καὶ δεόμενα ἐξηγητοῦ. ἡ δὲ Λυσίου λέξις ἅπασά ἐστι φανερὰ καὶ σαφής. Idem, Ως δὲ τἀληθὲς ἔχει, ὁ καὶ παλαιότερον ἀεὶ θαυμαζόμενος Θουκυδίδης τοὔνομα, δαιμονιώτατος τῶν συγγραφέων, ἔν τε τῷ ἐπιταφίῳ καὶ ἐν ταῖς δημηγορίαις ποιητικῇ κατασκευῇ χρησάμενος, ἐν πολλοῖς ἐξήλλαξε τὴν ἑρμηνείαν εἰς ὄγκον ἅμα καὶ κόσμον ὀνομάτων ἀηθέστερον. Thucydidem appellat δαιμονιώτατον τῶν συγγραφέων, quod perinde eſt ac ſi diceres diuinum & admirandum, atque ingenio præſtantiſſimo animóque præditum, quæ in elocutione eius eminent. At Cicero in Oratore perfecto, Thucydides autem (inquit) res geſtas & bella narrat & prælia, grauiter ſanè & probè: ſed nihil ab eo transferri poteſt ad forenſem vſum & publicum. Ipſæ illæ conciones ita multas habent obſcuras abditáſque ſententias, vix vt intelligantur: quod eſt in oratione ciuili vitium vel maximum. Quis porrò vnquam Græcorum rhetorum à Thucydide quicquam duxit? At laudatus eſt ab omnibus. fateor. ſed ita vt rerum explicator prudens, ſeuerus, grauis: non vt in iudiciis verſaretur, ſed vt in hiſtoriis bella narraret. itaque nunquã eſt numeratus orator. Hoc Ciceronis elogium multũ diſcrepat ab Halicarnaſſei: ne cum Quintiliani quidem conuenit ſententia, qui lib. x. ita ſcribit, Hiſtoriam multi ſcripſere præclarè. Et paulo inferius, Denſus & breuis, & ſemper inſtans ſibi Thucydides: dulcis & cãdidus & effuſus Herodotus. ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior: ille concionibus, hic ſermonibus: ille vi, hic voluptate. Rurſus Cicero in Oratore, Itaque & Herodotus, & eadem ſuperiórque ætas numero caruit: niſi ſiquãdo temerè ac fortuito. At Hermogenes Sophiſta ita ſcribit in Rhetoricis, Ἐν τοίνυν τοῖς καθ' ἱστορίαν πανηγυρικοῖς πανηγυρικώτατός ἐστιν ὁ Ἡρόδοτος. Et paulò poſt, Κατὰ μέντοι ἐπιμέλειαν καὶ τὸ πολὺ τοῦ κόσμου τὸ

συναμφότερον



συναμφότερον καὶ τὴν ἡδονὴν ἔχει καὶ τὸ μέγεθος. οἱ γὰρ πλεῖστοι τῶν ῥυθμῶν αὐτῷ κατά τε τὰς συνθήκας καὶ τὰς βάσεις δακτυλικοί τε εἰσὶ καὶ ἀναπαιστικοί, σπονδειακοί τε καὶ ὅλως σεμνοί. De Thucydide autem loquẽs ferme idẽ ſentit cũ Cicerone. Mihi verò videtur Cicero omnia dicendi genera in libris ſuis tẽtaſſe & miſcuiſſe: plærunq; verò naturæ ſuæ nauiter indulſiſſe, ne bona ingenii corrumperet. quod qui facit, etiam alioqui multum ſibi negocii exhibet, cum ea quæ illaborata fluunt inhibens, aquam, vt eſt in prouerbio, ſæpe hærere cogat, vt aliorſum flectat: quaſiq; aduerſo flumine nauigare, quàm ſecundis ipſe malit vndis. Nulla eſt enim (inquit) laus oratoris, cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua ſi non perfectio, &c. vt antè dictum. Nimiam autem Latinè loquendi religionem, qua imbutos eſſe nõnullos hodie audimus, Cicero ipſe, vt opinor, non probaret, ſi nunc ſuperſtes eſſet, qui in Bruto de L. Craſſo loquens ita ſcripſerit, Erat in eo ſumma grauitas: erat cũ grauitate iunctus facetiarũ & vrbanitatis oratorius non ſcurrilis lepos: Latinè loquendi accurata & ſine moleſtia diligens elegantia. Probaſſe eum autem Iſocratis pigmenta, dictionîſque lenocinia, præcipuè fidẽ facit imitatio: cuiuſmodi eſt illa pro lege Manilia, Qui ſæpius cum hoſte cõflixit, quàm quiſquã cum inimico certauit. plura bella geſſit, quàm cæteri legerunt. plures prouincias cõfecit, quàm cæteri concupiuerũt. Cuius adoleſcentia ad ſciẽtiam rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis: non offenſionibus belli, ſed victoriis: non ſtipendiis, ſed triũphis eſt tradita. Alibi in eadem, Quid tam nouũ quàm adoleſcentulũ, priuatũ, exercitum difficili Reipub. tempore conficere? confecit. huic præeſſe? etiam præfuit. rem optimè ductu ſuo gerere? geſſit. Et quod magis miremur, in Miloniana hoc genere non abſtinuit: in qua omnia erant ſolicita, & à feſtiuitate ſermonis iſocolíſque & antithetis diſſentanea, vt obiicere quiſpiam poſſit eorum qui Ciceroni obtrectauerunt. Sic autem ſcripſit, Eſt ergo hæc non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm etiam ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus. ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. Ipſe Cicero in Orat. de numeroſa concinnitate orationis loquẽs, In huius (inquit) concinnitatis conſectatione Gorgiam fuiſſe principem accepimus: quo de genere illa noſtra ſunt in Milon. Eſt enim iudices hæc nõ ſcripta, ſed nata lex. In inuectiua autem oratione Cicero verbis Thucydideis atrocique dictione mihi interdum videtur vti. vt in Anton. ſecunda, in Piſonem, & ſimilibus. Qualis eſt illa pro Sextio, Exierunt malis ominibus atque execrationibus duo Vulturii paludati, quibus vtinam ipſis eueniſſent ea quæ tum homines precabãtur. Quam ſcribendi varietatem & ingenii copia, & animi vehementia in odiis exercendis effecit. Quintil. in vi. de riſu loquens, Nam plærique (inquit) Demoſtheni facultatem huius rei defuiſſe credunt: Ciceroni modum. Nec videri poteſt noluiſſe Demoſthenes, cuius pauca admodum dicta, nec ſanè cæteris eius virtutibus reſpondentia, palàm oſtẽdunt non diſplicuiſſe illi iocos. Plutarch. in Politicis præceptis longè aliter ſentit, qui ridicula repercuſſa ait eſſe maximè probanda &

vendibilia, quæ à reſpondente laceſſenti retorquentur. in quibus valuiſſe Demoſthenem dicit. contrà verò Ciceronem σκωπτικὸν βωμολόχως appellat, & immodicum in laceſſendo. ὁ γὰρ ἐκ παρασκευῆς καὶ κατάρχοντα σκώπτειν, γελωτοποιοῦτός ἐστι, καὶ τούτῳ δόξα κακοηθείας πρόσεστιν, ὡς προσῆν τοῖς Κικέρωνος σκώμμασιν. ἀμυνομένῳ δὲ συγγνώμην ἅμα καὶ χάριν ὁ καιρὸς δίδωσι. καθάπερ Δημοσθένει, πρὸς τὸν αἰτίαν ἔχοντα κλέπτειν, χλευάζοντα δὲ αὐτοῦ τὰς νυκτογραφίας, οἶδα ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων. Hãc facultatẽ Cicero in Oratore perfecto propriã Atticorum eſſe dicit, Quicquid enim, inquit, aut ſalſum aut ſalubre eſt in oratione, id propriũ Atticorũ eſt: è quibus tamen non omnes faceti. Lyſias ſatis. Demades præter cæteros fertur. Demoſthenes minus habetur, quo mihi nihil videtur vrbanius: ſed nõ tam dicax fuit, quàm facetus. Quo in loco optimè Cicero de ridiculis paucis verbis præcipit, cũ immodicè ipſe vſus ſit. vſque adeo arduũ eſt iudicium quamlibet præſtans naturæ & ingenio modũ ſtatuere.

*Cicero repre-hẽſus à multis*

Reprehenſiones verò ſcriptorũ ſuorum nomine obtrectationéſque multifariam Ciceronẽ pertuliſſe, præter ea quæ ſuprà diximus, etiam ipſe his verbis ſignificat in ſecundo Tuſcul. Quanquã non ſumus ignari (inquit) multos ſtudioſè cõtrà eſſe dicturos: quod vitare nullo modo poſſumus, niſi nihil omnino ſcriberemus. Etenim ſi orationes quas nos multitudinis iudicio probari volebamus (popularis eſt enim illa facultas, & effectus eloquentiæ eſt audientiũ approbatio) Sed ſi reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent niſi quod ſe imitari poſſe confiderent, quíque ſperandi ſibi eundem bene dicendíque finẽ proponerent, & cum obruerẽtur copia ſententiarũ atq; verborũ, ieiunitatem & famẽ ſe malle, quàm vbertatẽ & copiam dicerẽt: vnde erat exortum genus Atticorũ, iis ipſis qui id ſequi ſe profitebantur, ignotũ, qui iam cõticuere, penè ab ipſo foro irriſi: quid futurũ putamus, cum adiutore populo, quo vtebamur antea, nunc minimè nos vti poſſe videamus? His verbis ſignificat exiſtimaríq; vult iis ſe moleſtiſſimis vſum eſſe obtrectatoribus, qui copioſæ ipſius & ſplendidæ inuidia eloquentiæ vrebantur & angebantur, qua præ ſe ac præ multis præditũ ipſum Ciceronẽ eſſe cernebant, ad quam ſe poſſe accedere omnino diffidebant. Hoc genus hominũ fere φιλοκρινοῦντας videmus: quo nihil eſt φιλαπεχθημονέστερον, magíſque expoſitum omniũ offenſioni.

*Torrens eloquentia.*

Illa verò quæ torrens dicitur eloquentia, quonam modo tenorem ſuum ſeruare atque impetum poteſt, ſi ſociam ſibi & comitem tantã loquendi religionem aſſumat? de qua loquens Fabius, ita inquit, At ille qui ſaxa deuoluat, & pontem indignetur, & ripas ſibi faciat, multus & torrẽs, iudicẽ vel nitentem contrà feret, cogẽtque ire quà rapit. Eius eloquentiæ meminit Cicero in 2. Fin. in principio. Quanta autẽ opinio Ciceronis de M. Bruto fuerit in iudicio literarum Latinæque orationis, ex eo intelligimus, quòd Oratorem ei ſuum, quaſi doctrinæ oratoriæ iudiciíque ſui in dicẽdi facultate ſpecimen, dicandũ duxit, cum libro de Claris oratoribus, qui etiam ab eodem Bruto nomen accepit. vt mittã quod de eodem in præfatione Finium dixit, eidem nũcupatorum. At in libro ſuperiore cũ de Herodoto & Thucydide prius locutus eſſet, ita ſcripſit, Horum ætati



ſucceſſit Iſocrates, qui præter cæteros eiuſdem generis laudatur ſemper à nobis, nonnunquã Brute leniter & eruditè repugnãte te: ſed credas mihi fortaſſe, ſi quid in eo laudem, cognoueris. Nam cum conciſus ei Thraſymachus minutis numeris videretur, & Gorgias: qui tamen primi traduntur arte quadam verba iunxiſſe: Thucydides autem præfractior, nec ſatis (vt dicam) rotũdus: primus inſtituit dilatare verbis, & mollioribus numeris explere ſentẽtias. Et inferius, Itaq; vt ego cum à noſtro Catone laudabar, vel reprehẽdi me à cæteris facilè patiebar: ſic Iſocrates videtur teſtimonio Platonis aliorũ iudicia debere cõtemnere. Eſt enim (vt ſcis) quaſi in extrema pagina Phædri his ipſis verbis loquens Socrates, Adoleſcens etiam nunc ô Phædre, Iſocrates eſt: ſed quid de illo augurer, libet dicere. Quid tandẽ? inquit ille. Maiore mihi ingenio videtur eſſe, quàm vt cum orationibus Lyſiæ comparetur: præterea ad virtutem maior indoles: vt minimè mirum futurum ſit, ſi cum ætate proceſſerit, aut in hoc orationum genere cui nunc ſtudet, tantum quantum pueris, reliquis præſtet omnibus qui vnquã orationes attigerunt: aut ſi contentus his non fuerit, diuino aliquo animi motu maiora cõcupiſcat. Ineſt enim natura philoſophia in huius viri mente quædam.

*Elogium Platonis de Iſocrate.*

Verba Platonis hæc ſunt, ὃ μέντοι μαντεύομαι κατ' αὐτοῦ, λέγειν ἐθέλω. Φαι. Τὸ ποῖον δή; Σω. Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους, τὰ τῆς φύσεως. ἔτι δὲ ἤθει γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι. ὥστε οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστὸν προϊούσης τῆς ἡλικίας, εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λόγους οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποτε ἁψαμένων λόγων. ἔτι δὲ εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσει ταῦτα, ἐπὶ μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ θειοτέρα. φύσει γὰρ ὦ φίλε ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ. Quibus verbis aſtipulatur eius ipſius Iſocratis teſtimonium ἐν τῷ πρὸς Φίλιπ. & plenius ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως.

*Brutus de optimo genere dicendi diſſenſit à Cicerone*

Diſſenſiſſe Brutum à Cicerone de optimo genere dicendi, præter ea quæ iam commemoraui, ex epiſtola quoque Ciceronis apparet ad Atticum lib. x v. ſic enim ſcribit, Brutus ad me miſit orationem ſuam habitam in concione Capitolina: petiuítque à me vt eam ne ambitioſè corrigerem antequam ederet. Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſimè ſententiis & verbis, vt nihil poſſit vltrà. ego tamen ſi illam cauſam habuiſſem, ſcripſiſſem ardentius. Et infrà, Quo enim in genere Brutus noſter eſſe vult, & iudicium habet de optimo genere dicẽdi: ita cõſecutus eſt in ea oratione, vt elegantius eſſe nihil poſſit. Sed ego ſolus alius ſum ſæpe. hoc rectè ſiue non rectè, tu tamen velim orationem legas, certiorémque me facias quid iudices ipſe. quanquam vereor ne cognomine tuo lapſus, ὑπεραττικὸς ſis in iudicando. Sed ſi recordabere Δημοσθένους fulmina, tum intelliges poſſe & ἀττικῶς totã grauiſſimè dici. Idẽ ad Cornificium lib. x i i. Epiſt. Sed proximè ſcripſi de optimo genere dicẽdi. in quo ſæpe ſuſpicatus ſum te à iudicio noſtro, ſic ſcilicet vt doctum hominem à nõ indocto, paululũ diſſidere. huic tu libro maximè velim ex animo, ſi minus, gratiæ cauſa ſuffragere. Verumenimuero cum Demoſthenis orationẽ vt Thucydidis, Halicarnaſſeus dixerit ſæpe obſcuram eſſe coniecturæque difficilis, mirũ videri poſſit, quòd Cicero ea de cauſa Thucydidis lectionẽ non probauerit, quòd vitium dicat eſſe obſcuritatẽ ma-

ximum in oratione ciuili. Longè autem denſiorem eſſe obſcuriorémque Demoſthenẽ Cicerone tum in Philippicis, tum alibi, hodie iudicare poſſumus, qui vtrũque auctorem in manibus habeamus. De quo ipſe Cicero ad Brutum ita inquit, Demoſthenes, cuius nuper inter imagines tuas ac tuorum (quòd eum credo amares) cum ad te in Tuſculanũ veniſſem, imaginem ex ære vidi: nihil Lyſiæ ſubtilitate cedit, nihil argutiis & acumine Hyperidi, nihil lenitate AEſchini & ſplẽdore verborum. Idem in Bruto, Nam planè perfectũ, & in quo nihil admodum deſit, Demoſthenẽ facilè dixeris. Et tamen in præfatione Tuſcul. oratores Latinos nihil omnino Græcis cedere affirmauit. Et rurſus in Oratore, Hoc nec grauior extitit quiſquam, nec callidior, nec tẽperatior. Itaq; nobis monendi ſunt ii, quorum ſermo imperitus increbruit: qui aut dici ſe deſiderant Atticos, aut ipſi Atticè volũt dicere, vt mirẽtur hunc maximè, quo Athenas quidem ipſas magis credo fuiſſe Atticas. Quid enim ſit Atticũ diſcant, eloquentiámque ipſius viribus, non imbecillitate ſua metiantur. nunc enim tãtum quiſque laudat, quantũ ſe poſſe ſperat imitari. Et inferius, Sẽper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorũ prudẽtia. Omnes enim qui probari volunt, voluntatẽ eorum qui audiũt intuentur, ad eámque & ad eorum arbitrium & nutum totos ſe fingunt & accommodant. His verbis Ciceronis doceri poſſumus, cur ætas Quintiliani & Plinii genus dictionis Tullianæ immutauerint: nec ab omnibus eiuſdem rei ſcriptoribus eundẽ modum orationis exigendũ. Nam cum eſt (inquit idem Tullius) oratio mollis & tenera, & ita flexibilis, vt ſequatur quocunque torqueas: tum & naturæ variæ & volũtates multũ inter ſe diuerſæ varia effecerunt genera dicendi. Flumen aliis verborum volubilitáſque cordi eſt, qui ponunt in orationis celeritate eloquẽtiam: diſtincta alios & interpuncta interualla, moræ reſpirationéſque delectant. Quid poteſt eſſe tam diuerſum? tamen eſt in vtroque aliquid excellens. Idem in ſecundo de Oratore, Tãtum eſt flumen optimorum grauiſſimorúmque verborum. Verùm cum Marcus Tullius tantopere Demoſthenẽ admiratus ſit in omni genere omníque parte orationis, fulmina etiam eius ſuo teſtimonio flagrantiora reddiderit atque fulgentiora, ſimul in inuentione ac diſpoſitione quàm ſimillimus ei eſſe cõcupiuerit & affectarit, atque etiam vt opinor, proximè eum aſſecutus ſit: ecquis eſt qui dubitet in elocutione quoque & phraſi eueſtigio eundem ſecuturum fuiſſe ipſum, niſi ingenio ſuo & naturæ indulgendũ eſſe cenſuiſſet, quam perinde felicem & vberẽ nactus erat? De quo loquens Quintil. in 12, Nam ferè ſic, inquit, docti iudicauerunt, plurimũ in eo virtutum, nonnihil fuiſſe vitiorum. & ſe ipſe multa ex illa iuuenili abundãtia coërcuiſſe teſtatur. Hermog. de Demoſthene cum Halicarnaſſeo non idem pronunciat, ſed ſatis diuerſum. de oratione enim loquens, quam ipſe ciuilem vocat, ita inquit, Ἄριστός τε γὰρ πολιτικῶν λόγων ὁ δημοσθενικός. ὅ,τε αὖ δημοσθενικὸς λόγος τῶν πολιτικῶν ἄριστος. φημὶ τοίνυν δεῖν ἐν τῷ τοιούτῳ λόγῳ πλεονάζειν μὲν ἀεὶ τὸν τῆς σαφηνείας ποιοῦντα τύπον, καὶ τὸν ἠθικόν τε καὶ ἀληθῆ. σαφήνεια & δυσγνωσία planè oppoſita ſunt & ἀσάφεια. Ex quo intelligimus quãta ſit

*Elogium Ciceronis de Demoſthene.*



varietas iudiciorũ. Diſcamus igitur potius & contendamus Marci Tullii naturã, animum & doctrinã eximiam & beatã percipere & admirari, quãtúmq; Latina facundia acceptũ ipſi referre debeat, exiſtimare & perpendere: vt inde præcipuè animũ quiſque ſuũ & alat & inſtituat: non etiam vt κακοζήλως Mineruã inuitam & repugnantẽ, effingere ſe & cõponere tãquam ad ſpeculũ, ſic ad Ciceronis exemplaria cogat: quo nihil eſt moleſtius, atq; interdũ etiam rancidius ac putidius. Neq; in vnam tãtùm ſpeciem ornatus cõformata, ſpecimen ſui præclarũ & mirabile præbere ſolet eloquentia: nec in omne theatrũ, omníque ſæculo, eodẽ ſemper cultu ornatúque prodiit: ſed ne eodem quidẽ tempore, tanquã ſub omni perſona, ita ab omni natura proficiſci eadẽ facie, vno vultu, iiſdémque geſtibus cõfigurata vnquã voluit, eadémq; veſte circundata & exornata. Adde quòd in bello cõmunem Martẽ eſſe dixerũt priſci: ita in certamine dicẽdi fortaſſe cõmunis eſt Minerua. nec qui in plæriſque, etiã in omnibus & ſemper ſuperior euadit. Erit porrò lingua Latina in dies longè copioſior, ſi ex Tullii inſtituto Latinè loquendi facultatẽ nos metiamur ipſi, quàm ſi è libris eius qui nunc extant, eandẽ circunſcribamus. Neq; verò iudicandũ eſt ac ſtatuendũ, tractam copioſè & feliciter, fuſámq; placidè atque æquabiliter orationẽ, qualis eſt Tulliana in libris præcipuè philoſophicis, & ſæpe in oratoriis (in quibus veluti ſecũdo flumine, ac leni aura obſecũdante potius, quàm ardore animi quaſi vento vehementi rapiente vehitur eloquentia) omniũ eſſe præſtantiſſimam in omni genere eloquentiæ: cum exẽplo Demoſthenis oratorũ principis, ipſiúſque Tullii elogio propemodum conſecrati, nõ modò preſſam orationẽ ſubobſcuréque aſtrictam, ſed etiã contortam interdúmque ſalebroſam conuenire videamus ardentius agẽti & peroranti. Quo de genere Halicarnaſſeus, iudex (vt mihi videtur) & æquus & ſeuerus, frugalitatis & ſimplicitatis amãs, ita ſcripſit, de Lyſia Attico loquens, cuius oratione Attici nominis admiratores & ſequaces, veluti norma quadam formuláque vtebãtur. Iam verò (inquit ille) facultatẽ vnam inuenio apud Lyſiam ſanè admirabilem, cuius Theophraſtus principẽ fuiſſe ait auctorem Thraſymachũ. ego verò Lyſiam fuiſſe cenſeo. Et paulum infrà, Quæ tandẽ igitur eſt illa facultas quam huiuſmodi eſſe perhibeo? dictionis genus ſententias contorquens rotundéque eloquẽs: propria magnopere atque neceſſaria forẽſi orationi, omníq; adeo certamini non fictitio. Hanc Lyſiæ virtutem cum pauci imitati ſint, Demoſthenes etiam exuperauit. hoc tantùm intereſt, quòd non vt Lyſias frugaliter & vt fert ſimplicitas, vſus eſt, verũ affectatè atq; amarulenter. Cicero ipſe in Oratore, de hiſtoria loquẽs, Interponuntur etiã conciones & hortationes. ſed in iis tracta quædã & fluens expetitur, non hæc eloquẽtia contorta, & acris oratio. Idem in 1. Tuſcul. Mihi verò ne hæc quidem notiora & iam illuſtriora carere vi diuina videtur: vt ego aut poëtã graue plerunq; carmen ſine cæleſti aliquo mẽtis inſtinctu putem fundere, aut eloquentiã ſine quadã vi maiore fluere, abundantẽ ſonãtibus verbis, vberibúſq; ſentẽtiis. Quintil. lib. VIII. in eam ſententiã ita ſcripſit, Nec for-

tibus modò, ſed etiã fulgentibus armis præliatus in cauſa eſt Cicero Cornelii: qui non aſſecutus eſſet docẽdo iudicem tantùm, & vtiliter demũ ac Latinè perſpicuéque dicẽdo, vt populus Rom. admirationẽ ſuã non acclamatione tantùm, ſed etiã plauſu cõfiteretur. ſublimitas profectò & magnificẽtia, & nitor & auctoritas expreſſit illum fragorẽ. nec tam inſolita laus eſſet proſecuta dicentem, ſi vſitata & cæteris ſimilis fuiſſet oratio. Quum autem nihil difficilius ſit, quàm de differentia orationis, déque genere dicendi optimo iudicare, eò tamen venimus, an ſtultitiæ an ignorãtiæ, an neſcio quid debeã potiſſimum vocare, vt ex ſummaria lectione & tumultuaria vnumquenq; ſcriptorẽ ſua vel palma donemus, vel ignominia notemus: à cuneis ipſi (vt ita dicã) in orcheſtrã impudenter tranſeuntes, quaſi non iam ſpectatores, ſed agonothetæ facti: ita interdũ homines expendẽtes, vt in ſingulas vncias iudicii, ſeſcuncias ſtudii, atque etiã odii fortaſſe adpõderemus, vt parciſſimè loquar. Et cum pauci Ciceronẽ perlegerint, longè pauciores intellexerint, nullus eſt tamen qui Tullianam phraſim vt percognitã, non in ore tertio quoq; verbo habeat. Adde quòd ἑλλανοδίκας nõnulli agere non dubitãt, déq; Græcorũ ſcriptoribus magna fiducia & tanquã pro poteſtate pronunciare, qui non planè rudimenta linguæ Græcæ nouerunt: impudentia vtiq; auctoritatẽ apud imperitos colligentes & emerentes, cũ tamen inter maximos auctores antiquitatíſque iudices controuerſa iudicia fuerint, vt ex iam dictis liquidò patet. Enimuero picturã eſſe aiunt veluti orationẽ mutam: contráque orationẽ quaſi picturam quandã vocalem. Vnde illud Ciceronis in v. Tuſcul. Traditũ eſt etiã Homerũ cæcum fuiſſe: at eius picturã nõ poeſim videmus. Ego verò Themiſtocli aſſentior, qui orationẽ picturã textilẽ eſſe dixit, vel texturam picturæ varietate diſtinctã & viſendam: quæ ita demũ intexta intus argumenta oculis mentis exponit & indicat, ſi ipſa expanſa cõmodè explicatáque fuerit. Pictores autẽ laudatiſſimi fuerunt, non qui hominũ effigies cõptas tantùm & pexas, ac munditia veſtis nitẽtes effinxiſſe dicuntur: ſed qui eo amplius viuaces viriléſq; maximè, ſimulq; ad viua liniamẽta eorũ hominum ductas, quorũ ipſæ ſimilitudinẽ præferũt. Iconicos illos Græci appellauerunt. Quibus ſi ipſis hoc quoque addideris, morata vt ſit eorum imitatio, quã ἠθοποιὸν vocãt, iam nihil (vt opinor) deeſſe videbitur: niſi vt proportionẽ membrorũ, totiúſque corporis cõcinnitatẽ à ſe demenſam, pigmentis diſtinguere tum intẽſis cum opus eſt, tum remiſſis nouerint atque mediocribus, iiſdémque in æuũ pertinacibus. non, quod quidã faciunt, vt præſenti quidẽ illi iucũditate, ſed fugaci delectent, nec ſolẽ ipſa diu nec ætatẽ perlatura. Neq; enim vt quanque vel tabulã pictã, vel ſtragulam veſtẽ aut cupidi licẽtur homines aut parũ perſpicaces, ita eiuſmodi eſt illa protinus quæ in fano Saturni dicãda ſit: dignúmque ideo illud periſtroma exiſtimandũ, in quo memoriæ conſecrandæ argumẽta detexantur. Nam quotus eſt eorũ quiſque tandem qui ad nundinas ventitãt, oculíſq; perluſtrãt tabernas inſtitorũ, qui tum materiã, tũ opus internoſcere indicaturámq; didicerit rerum expoſitarũ? qui notas exploratrices

*Iconici pictores.*



teneat, queis germanæ & probæ merces à ſubdolis ac mangonio prælitis, aut lenocinio prætextis diſcriminãtur? Et quidẽ cum eò iam incuriæ hominum emacium, fraudíſque artificũ & negociatorum ventũ eſſe videamus, vt nihil ferè quod hæc ætas ediderit rerum omnis generis ac merciũ, dignum ſit quod cum mercibus antiqui opificii probatíque componatur: tum verò id in bibliopoliis conſpicuum eſt ætatis noſtræ vitium. Quare plæraque eorum quæ velut in tumultu vel in naufragio ſcribimus, breui vtique interlitura ſunt contemptus & obliuio. ídque culpa vtique noſtra vitióque futurum eſt: qui gratiã impræſens aucupemur à quolibet nobis æquali, aut memoriæ noſtræ, tanquam luculentum ſtudiorum præmium, condignúmque precium operæ, nec à poſteris memoriam perpetuam clarámque opperiri ſuſtineamus. cum priſci fuerit inſtituti ac propoſiti, Saturni gratiá emereri ac ſperare potius, quàm Mercurii præſentis atque nundinatoris. Athen. lib. VIII. Dipnoſophiſt. φιλόσοφος δὲ ἦν τῶν πάνυ ὁ Αἰσχύλος, ὃς καὶ ἡττηθεὶς ἀδίκως ποτέ, ὡς Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς εἴρηκεν, ἔφη χρόνῳ τὰς τραγῳδίας ἀνατιθέναι, εἰδὼς ὅτι κομιεῖται τὴν προσήκουσαν τιμήν. Quid verò M. Tullii ſcripta cenſemus? num protinus quàm edita ſunt, eadem fuiſſe admiratione excepta, atque ſæculis fuerunt proximis & ſequentibus, cum deinceps maiorem maiorémque inuidia exoleſcente conſecuta ſunt? Contrà quàm vſu nobis (vt coniicio) iíſque poſthàc uẽturum eſt, quorum monumenta ſimul vt auſtera iam & tepida fuerint, homines rectius ſeueriúſque cum induſtria noſtra doctrináque æſtimabunt. at hæc muſteo adhuc guſtu feruentéque vanum habent ad vulgus falláxque experimentum. Cum eo quoque quòd etiam hominum non imperitorum odia ſtudiáque nedum ignorantium iudiciis rectis obſtrepunt. Quintilianus in præfatione tertii, Sed parco, inquit, nominibus viuentium. veniet eorum laudi ſuum tempus. ad poſteros enim virtus durabit, non perueniet inuidia. At verò ſi hoc iuris in re literaria aliquando conſtituatur, atque inter homines huius inſtituti conſortes id cõueniat, vt quaſi ingenuæ gloriæ petitores, in candida & pura, non in verſicolori aut pulla, ſe petere, fidem facere lectoribus debeant: nec in operum præfatione (vt aſſolet) iuſiurandum concipiant in verba ſolennia impudenter peierãtibus, dolum malum abeſſe, abfuturúmque eſſe: verùm ita texturam operum ordiantur & pertexant, figuríſque & coloribus veſtiant, vt qui maximè inclareſcere ingenio & induſtria concupierit, is maximè periclitari opinione vereatur. Hoc iure inquam ſi ſtare bonarum literarum cultores & profeſſores ita in animum induxerint, vt illi eo more iudicare inſiſtant, hi ſibi ius dici eodem non recuſent, grauius certè omnino atque amplius res literaria conſtituetur, maioréque cum dignitate. Cum enim viri ſtudioſi lautam & elegãtem copioſámque dictionem eſſe oporteat, impenſǽque operæ in literarum cultu teſtem atque indicem, etiam doctrinam in medium vt proferat neceſſe eſt, & moratam egregiè, & auctoris commendatricem: alioquin operam luſiſſe magis quàm nauauiſſe videbitur in officina morum, quam encyclopædiam vocant. Tam

maximè autem huiuſmodi eſſe orationem viri docti oportet: quàm id maximè & ſcriptoris perſona poſcit, & operis ſuſcepti titulus præ ſe ferre videtur ac polliceri. Neque enim dici meretur eloquentia, quæ non & animatum ſermonem & perſonatum habeat cum iis quæ iam dicta ſunt. Poſtremò hoc addam pro clauſula huius à propoſito digreſſionis, quod & eleganter & appoſitè M. Tullius in Oratore ſuo dixit, Nam nec latius neque copioſius de magnis variiſque rebus ſine philoſophia poteſt quiſquam dicere. Siquidem etiam in Phædro Platonis hoc Periclem præſtitiſſe cæteris dicit oratoribus Socrates, quòd is Anaxagoræ phyſici fuerit auditor: à quo cenſet eum, cum alia præclara quædam & magnifica didiciſſet, vberem & fœcundum fuiſſe, gnarúmque (quod eſt eloquentiæ maximum) quibus oratoriis modis quæque animorum partes pellerentur. quod idem de Demoſthene èxiſtimari poteſt, cuius ex epiſtolis intelligere licet quàm freques fuerit Platonis auditor. Verba Platonis hæc ſunt, Πᾶσαι ὅσαι μεγάλαι τῶν τεχνῶν, προσδέονται ἀδολεσχίας καὶ μετεωρολογίας φύσεως πέρι. τὸ γὰρ ὑψηλόνουν τοῦτο καὶ τὸ πάντῃ τελεσιουργὸν ἔοικεν ἐντεῦθέν ποθεν εἰσιέναι, ὃ καὶ Περικλῆς πρὸς τῷ εὐφυὴς εἶναι ἐκτήσατο. προσπεσὼν γὰρ οἶμαι τοιούτῳ ὄντι Ἀναξαγόρᾳ, μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς, καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος, ὧν δὴ πέρι τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο Ἀναξαγόρας, ἐντεῦθεν εἵλκυσεν ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην τὸ πρόσφορον αὐτῇ. & reliqua quæ proſequitur ipſe longius. Demoſthenes autem ad Heracleodorum ita ſcribit de Platone, Ὁρῶν ὅτι δόξης ἐπιτυγχάνων, καὶ παιδείαν ἀπεδέξω, καὶ ταῦτα τῆς ἀπὸ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς, ἥπερ ἐστὶν ὡς ἀληθῶς τῶν μὲν πλεονεκτημάτων καὶ τῶν περὶ ταῦτα σοφισμάτων ἔξω, τοῦ βελτίστου δὲ καὶ τοῦ δικαιοτάτου πάντων ἕνεκα ἐξητασμένη. ἧς μὰ τοὺς θεοὺς τοῖς μετασχόντι, μὴ οὐχὶ ἀψευδεῖν, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀγαθῷ εἶναι, οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι, Hæc enim de te teſtificari, hæc prædicare ſolitus ſum, ex eo animum tuum moréſque iudicans: quòd cum gloria comparata doctrinam amplexus eſſes, & præſertim à Platonis ſchola quæſitam: quæ quidem eſt ipſa eiuſmodi, vt & procul ab omni iniquitate abſit quæſtuoſáque verſutia, omnibúſque in rebus quod optimum ſit & æquiſſimum, id ipſa magnopere inquirat & confectetur. cuiuſmodi doctrinæ cui participem eſſe contigit, illi vtique non & veritatem colere ac neminem fallere nefas eſſe cenſeo, neque omnibus cum hominibus ita agere, vt nunquam non vir bonus ſit. Quo in loco ἐξητασμένη ἀντὶ ἐξητακυῖα dixit Attica licẽtia. Addam & illud ex libro quarto Legum, vbi Ἀθηναῖος ξένος ita inquit, τῷ Κλεινίᾳ Κρητὶ προσδιαλεγόμενος, Τὴν πόλιν ἅπαντες ἡμῶν Ἕλληνες ὑπολαμβάνουσιν ὡς φιλόλογός τέ ἐστι καὶ πολύλογος. Λακεδαίμονα δὲ καὶ Κρήτην, τὴν μὲν βραχύλογον, τὴν δὲ πολύνοιαν μᾶλλον ἢ πολυλογίαν ἀσκοῦσαν. σκοπῶ δὴ μὴ δόξαν ὑμῖν παράσχωμαι περὶ σμικροῦ πολλὰ λέγειν, μέθης πέρι σμικροῦ πράγματος παμμήκη λόγον ἀνακαθαιρόμενος, itaque vereor ne opinionem vobis præbeam tanquam multa dicere ſoleam de re parua. quippe qui nunc de ebrietate quæ res eſt contemnenda, longam orationem perſequar. Eſt enim ἀνακαθαίρεσθαι ἀντὶ τοῦ διεξιέναι, de quo ſuprà diximus. Cæterùm ex hoc loco intelligimus, Athenienſium olim orationem πολυλόγον fuiſſe, Lacedæmoniorum βραχυλόγον, Cretenſium πολύνουν, hoc eſt ſententioſam.



Moris eſt etiam Græcorum, omnibus verbis ſeu tranſitiuis, ſeu abſolutis, ſeu paſſiuis, ſeu deponentibus nomina ſubſtantiua ab eiſdem deducta accuſatiuo caſu ſubiicere. vt, Ἀδικῶ σε ἀδικίαν οὐ μεγάλην. Ἐρῶ σου ἔρωτα σφοδρόν. Ἀπειθεῖς μοι ἀπείθειαν καταφρονητικήν. Ἀμελοῦμαι ὑπό σου ἀμέλειαν ἀφιλοπρεπῆ. Demoſth. περὶ στεφάνου, Εἶτα κενὰς χαρίζῃ χάριτας τουτοισὶ ἐμὲ συκοφαντῶν. Idem πρὸς Λεπτίνην. Φέρε δὴ καὶ τὰς εὐπορίας ἃς ἀναπαυομένους τινὰς εὐπορήσειν οὗτοι φήσουσιν, εἰς δέον ὑμῖν γνωμόνας δείξω. Sic alibi, Παραγραφὴν παραγράφεσθαι. Lyſias, Καὶ γὰρ πολλοὶ ἐξ ἐκείνης τῆς βουλῆς τὴν ὑμετέραν βουλὴν ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἐβούλευον. AEſchin. Ἀλλ' ὥσπερ ὑμῶν ἕκαστος αἰσχυνθείη τὴν τάξιν λιπεῖν ἣν ἂν ἐτάχθη ἐν τῷ πολέμῳ, οὕτω καὶ νῦν αἰσχύνθητε τὴν τάξιν ἐκλιπεῖν ἣν τέταχθε ὑπὸ τῶν νόμων. Gregor. Τίς δὲ οὐκ ἂν ἤλπισεν ἐκ τῆς πίστεως ἣν ἐπιστεύθη, δικαιότερον ποιήσειν; id eſt, Cui enim non erat veriſimile eum reconciliatum iri cum eo qui tandem ipſi fidem habuiſſet? Plutarchus in Cæſare de Iubæ filio, μακαριωτάτην ἁλοὺς ἅλωσιν. Cicero in ſecundo de Legibus, Video orationem eius de legibus peroratam eſſe vno æſtiuo die. Cælius ad Ciceronem, Poſtridie Hortenſius in theatrum introiit, puto vt ſuum gaudium gauderemus. Salluſt. Quæ negotia multo magis quàm prælium malè pugnatum terrebant, ἢ μάχη κακῶς μεμαχημένον. Ipſe Cicero pro Murena, Ex omnibus pugnis acerrima mihi videtur illa quæ cum rege commiſſa eſt, & ſumma contentione pugnata. Sic, dicta in te dicere, in Philippica ſecunda: & ſtatuam ſtatuere, in Verrem actione quinta. His non abſimile eſt illud eiuſdem ad Catonem, Magnúmque Arabum equitatum à cohorte prætoria quæ erat Epiphaneæ præſidii cauſa, occidione occiſum. Liuius etiam vſus eſt, Ethruſci cum inuicem his atque illis terga darẽt, occidione occiſi. Alibi libro decimo, Auream olim atque argenteam Samnitium aciem à parente ſuo occidione occiſam. Illa etiam quæ ſequuntur à Græcis trãſlata ſunt. Idem in Epiſtol. Nos in caſtra properabamus quæ aberãt bidui. Et rurſus, Primum iter deuium. deinde ab Antonio & cæteris quatridui. Idem ad Quintum fratrem de aquæductu loquens, Præſertim cũ tu neq; per Locuſtæ neq; per Varronis velles ducere. Idẽ, Ad Telluris quidẽ etiam ſtatuã tuam locaui. Et pro Cluentio, Sicut in ſtatuis inauratis quas poſuit ad Iuturnæ, quibus ſubſcripſit reges à ſe in gratiam eſſe reductos. Et Philippica ſexta, In foro Lucii Antonii ſtatuam videmus, ſicut illam Q. Trebellii qui Hernicos deuicit, ante Caſtoris. Terent. in Adelphis, Vbi ad Dianæ veneris, ito ad dextrã. Xenoph. Εἰς οὐδενὸς διδασκάλου πώποτε φοιτήσαντα. vt ἐν ᾅδου, & ſimilia. Ariſtoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, Ἐν τῇ θαλάσσῃ τῇ ἔξω Ἡρακλείων στηλῶν, φασὶν ὑπὸ Καρχηδονίων νῆσον εὑρεθῆναι ἐρήμην, ἔχουσαν ὕλην τε παντοδαπὴν καὶ ποταμοὺς πλωτοὺς, ἀπέχουσαν δὲ πλειόνων ἡμερῶν. Sic dixit vt aberant bidui. Cicero pro Plancio accuſatiuo addidit, vt eſſet plena locutio, Qui cum abeſſent aliquot dierum viam, in Macedoniam ad Planciúmque perrexi. Quo in loco perrexi pro me contuli dixit. Alibi ire infinitiuũ addidit, in Acad. Itaq; cõfeſtim ad eum ire perreximus, hoc eſt cœpimus. Liuius, Triginta nauium claſſe ire obuiã hoſti pergit. Quod ſimile eſt illi Demoſth. περὶ στεφάνου, Εἰ μὲν ὡς ἐκράτησε Φίλιππος ᾤχετ' εὐθὺς ἀπιών.

*Κενὰς χαρίζῃ χάριτας, καὶ τὰ ὅμοια.*

*Παραγραφὴν παραγράφεσθαι, καὶ τὰ ὅμοια.*

*Βουλὴν βουλεύειν.*

*Gaudium gaudere.*

*Pugna pugnata.*

*Per Locuſtæ & Varronis ducere.*

*Statua ante Caſtoris.*

*Ἀπέχειν πλειόνων ἡμερῶν. Abeſſe bidui.*

*Pergo ire.*

*Ὤχετο ἀπιών.*

Iliad. vltimo, Βῆ δ' ἰέναι κούρῳ αἰσυμνητῆρι ἐοικὼς Πρῶτον ὑπηνήτῃ. Græci etiam dicunt Πνεῖν θυμόν, & ἀττικῶς πνεῖν θυμοῦ. & πνεῖς δίκην καὶ δίκης, & πνέω μάχην. Vnde illud Ciceronis in Catilinam inuectiua ſecunda, Tandem aliquando Quirites L. Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem, patriæ peſtem nefariè molientē, ex vrbe vel eiecimus vel emiſimus. Sic apud Homerum, μένεα πνείοντες Ἀχαιοί. In oratione de Reditu ſuo, A parentibus id quod neceſſe erat, paruus ſum procreatus: à vobis natus ſum Conſularis, ὑφ' ὑμῶν γέγονα ὑπατικός, vel ἐγενόμην. Idem Philippica decima, Exercitus qui in Syriam ducebatur bipartito: alter eum à quo ducebatur reliquit in Theſſalia, ſeſéque ad Brutum cōtulit: alterum in Macedonia Gn. Domitius adoleſcens ſumma virtute & conſtantia, ab legato Syriaco abduxit. Lego, exercitus qui ducebantur, numero plurali, pro exercituum autem.

*Πνεῖν θυμόν & θυμοῦ.*

Eſt enim ſchema Atticum cum rectus pro genitiuo ponitur. Iliad. x, Σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν Ὅππως κέρδος ἔῃ. ἀντὶ δυοῖν συνερχομένοιν. Demoſthen. κατὰ Νεαίρ. Ἀλλὰ μόνοι τῶν Βοιωτῶν, οἱ μὲν ἡμίσεις αὐτῶν μετὰ Λακεδαιμονίων συναπώλοντο. οἱ δὲ λοιποὶ ἐμβάντες, καὶ τὰ λοιπά. Ariſtot. in III. de hiſt. animalium, Αἱ δὲ ἠπειρωτικαὶ βόες αἱ μεγάλαι, βδάλλεται ἑκάστη ἀμφορέα. id eſt τῶν δέ. Idē in nono, Ἀπόλλυνται δὲ διά τε ἄλλα συμπτώματα, καὶ ὅταν οἱ ἡγεμόνες πολλοὶ γενόμενοι, ἕκαστος αὐτῶν μέρος ἀπαγάγῃ. Et in Problem. ſect. XXXIIII, de reſpiratione loquens, Ἑλκόμενον οὖν τὸ πνεῦμα πάλιν. εἶτα ἀνοίξαντες τοῦ σώματος πόρους, πάλιν γίνεται τὸ πῦρ. καὶ πάλιν διχοῦντες ἐκπέμπομεν. ἀντὶ εἶτ' ἀνοιξάντων. Pauſanias in Atticis, Ἀφικόμενοι δὲ οἱ παῖδες ἱκέται, πρῶτον τότε Πελοποννήσιοι ποιοῦσι πόλεμον πρὸς Ἀθηναίους, Θησέως σφᾶς οὐκ ἐκδόντος αἰτοῦντι Εὐρυσθεῖ. ἀντὶ ἀφικομένων δέ. Xenophon in VI. Ἑλληνικῶν, Ἀπογραψάμενοι δ' ἐν ταῖς ὁμωμοκυίαις πόλεσι καὶ οἱ Θηβαῖοι, προσελθόντες πάλιν τῇ ὑστεραίᾳ οἱ πρέσβεις αὐτῶν, ἐκέλευον μεταγράφειν ἀντὶ Θηβαίων Βοιωτοὺς ὀμωμοκότας. id eſt ἀπογραψαμένων δέ. Cicero in Philipp. IIII, Hodierno enim die Quirites, ne mediocrē rem arbitremini, fundamenta iacta ſunt reliquarum actionum. Sic dixit hodierno die pro hodie, vt Græci dicunt τὴν τήμερον ἡμέραν, ἀντὶ σήμερον καὶ τήμερον. Dinarch. Καὶ ἡ τήμερον ἡμέρα καὶ ἡ ἡμετέρα ψῆφος πολλὴν ἀσφάλειαν τῇ πόλει καταστήσει. Demoſthen. περὶ Ῥοδίων, Καὶ μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας οὐ γέγονε πόλεμος διὰ τοῦθ' ἡμῖν. Vel in principio ſententiæ poſitum pro Nam, indignationi interdum ſeruiens, etiam à Græcis tractum videtur, qui ἦ eodem fermè modo vtuntur: vt ex his liquere poteſt quæ ſuprà diximus, cū de hac particula ἦ loqueremur. Quare miror quid Quintilianus his verbis in nono intelligi voluerit, capite de Figuris. Alia (inquit) commendatio vetuſtatis, cuius amator vnicè Virgilius fuit, Vel cum ſe pauidum contra mea iurgia fingit Artificis ſcelus, & reliqua: quæ ſcripta ſunt in XI. Aeneid. quaſi ſcilicet ſimile ſit illi, Progeniem ſed enim Troiano, & cætera. cū tamen Cicero non ſemel vſus ſit in eo ſenſu. à quo vt opinor Virgilius ſumpſit potius quàm ab antiquitate obſoleta retulit. Cicero pro Flacco, Vel quod eſt in eodē decreto ſcriptum, homines clariſſimos ciuitatis hoc Prætore circunuētos: cur ii non in iudicio adſunt? ac ſi diceret, quid impudentius quàm hoc dicere. Et rurſus, Vel quod ait Luceius L. Flaccum ſibi dare cupiſſe, vt fide

*Rectus pro genitiuo.*

*Hodiernus dies, ἡ τήμερον ἡμέρα.*

*Vel in principio ſententiæ.*



ſe abduceret, ſeſtertiûm vicies: & eum accuſas auaritiæ quem dicis vicies voluiſſe perdere? Lucanus in oratione, vt opinor, Maſſilienſium, Vel cū tanta vocēt diſcrimina Martis Iberi, Cur rapidum deflectis iter? Gellius libri IX. cap. XII, Vel illud quale eſt, quod idem Plinius in decimo libro Democritū ſcripſiſſe aſſeuerat, &c. Terentius in Andria, Vel hoc quis non credat qui te norit, abs te eſſe ortum? Et itidem intelligendum cenſeo in Hecyra in principio, Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, quàm ſanctè? vbi Donatus hæſit. Plato, ἢ πῶς λέγεις ὦ Γοργία τὰ τοιαῦτα; Cicero pro Milone, Cuius tu inimiciſſimum multo crudelius punitus es, quàm erat humanitatis meæ poſtulare. Et in ſecundo Rhetoricorum, Tum leges quoque & iudicia demonſtranda ſunt, per quæ potuerit id peccatum quod ſponte ſua reus punitus ſit, moribus & iudicio vindicari. Quintilianus in loco ſupradicto, Fiunt & in verbis figuræ, vt, fabricatus eſt gladium, &, inimicos punitus eſt. Quod mirum minus eſt, quòd in natura verborum eſt & quæ facimus, patiendi modo ſæpe dicere: vt, arbitror, ſuſpicor. & contrà faciendi, quæ patimur: vt vapulo. ideóque frequens permutatio eſt. Hactenus ille. Hæc ex Græcorū imitatione nata ſunt: apud quos ἐπηρμένος τὸ ῥόπαλον dicitur, ἀντὶ ἐπηρκώς. καὶ καθειμένος τὸν πώγωνα, καὶ διεζωσμένος, & alia quæ ſuprà adnotauimus. Simile eſt illud eiuſdem in Piſonem, Vt ſcriba ad ærariū qui eas retulit, perſcriptis rationibus, ſecum ipſe ſiniſtra manu caput perfricās, commurmuratus ſit, ratio quidem hercle apparet: argentum decoctum œchetæ, hoc eſt οἴχεται. commurmuratus ſit pro commurmurauerit dixit. Et ad Atticum lib. XIIII, De Petulciano nomine quod mihi ſuppeditatus es, gratiſſimū eſt: & ſimile tuorum omnium. Tranq. in Aug. Neque crebrius aut perfidioſius rebellantes grauiore vnquam mulctatus eſt pœna, quàm vt captiuos ſub lege venundaret, ne in vicina regione ſeruirent. Cicero in præfatione poſterioris Rhetoricorum, Tunc Crotoniatæ publico de conſilio virgines locum in vnū conduxerunt, & pictori quas vellet eligendi poteſtatem dederunt. hoc eſt coegerunt, quia Græci συνήγαγον dicunt. Idem in eodem, Ac veteres quidem ſcriptores huius artis vſq; ab principe illo atque inuētore Tiſia repetito, vnum in locū conduxit Ariſtoteles. id eſt cōgregauit. Idem pro Cluentio, Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione iudices: ſic vt me audiatis, quaſi hoc tempore hæc cauſa primùm dicatur. deprecationem pro poſtulatione dixit: non pro recuſatione & amolitione. vt in tertio de Oratore, Cum ſibi non incolumē fortunam, ſed exilium & fugam deprecaretur, eſſe coactum vt vita ſeſe ipſe priuaret. id eſt poſceret. Quia Atticè παραιτεῖσθαι (quod repudiare eſt & vitare, auerſarique: Herodian. Εἰς τοσοῦτον δὲ μανίας προὐχώρησεν, ὡς τὴν πατρῴαν προσηγορίαν παραιτήσασθαι, ἀντὶ τοῦ Μάρκου υἱοῦ, Ἡρακλέα καλέσας αὑτόν. Plutarch. de Auguſto, Οὕτω δὲ μετενόησεν ὥστε τὴν ἡμέραν ἐκείνην παραιτήσασθαι τὸ δεῖπνον, prandio abſtinuit. Idem de Cæſare loquens, Πομπηΐαν δὲ τὴν γυναῖκα κακῶς ἀκούσασαν ἐπὶ Κλωδίῳ παραιτησάμενος.) interdum αἰτεῖσθαι ſignificat, vt apud Ariſtophanem ἱππεῦσιν, ἓν δ' αὐτοὺς παραιτησώμεθα, Vnum hoc eos rogemus. Vbi interpres προσαιτεῖ inquit,

*Punitus.*

*Commurmuratus eſt.*

*Suppeditatus es*

*Mulctatus eſt pro ἐζημιώθη.*

*Conducere.*

*Συνάγειν.*

*Deprecatio.*

*Deprecari.*

*Παραιτεῖσθαι.*

ἡ προσθέσις. ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ παρακαλέσωμεν. πλεονάζουσι γὰρ καὶ ἐνίοτε ταῖς προσθέσεσιν οἱ Ἀττικοί. Demoſthen. Παραιτήσομαι δ᾽ ὑμᾶς μηδὲν ἀχθεσθῆναί μοι. Quod autem Cicero in ſuperiore exemplo dixit, ſic vt me audiatis: hunc habet rectum contextum, vt me ſic audiatis. Cui ſimile eſt illud in Oratore perfecto de Thucydide, Ipſæ illæ conciones ita multas habent obſcuras abditáſque ſententias, vix vt intelligantur. hoc eſt vt vix intelligãtur. His ſimilia ſunt apud Græcos, Οὐκ ἔφησε ποιήσειν, negauit ſe facturum: & ſimilia, vt ſuprà dictum eſt. Dinarch. Καὶ δεομένων καὶ ἱκετευόντων δοῦναι τὰ χρήματα εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν, οὐκ ἐτόλμησεν ὁ μιαρὸς οὗτος καὶ αἰσχροκερδὴς, ἀπὸ πολλῶν χρημάτων ὧν εἶχε, δέκα μόνον τάλαντα δοῦναι, ſuſtinuit non dare. Idem in Prætura vrbana, Pro Quæſtore verò quomodo iſte commune Maliadum vexarit, non eſt neceſſe demonſtrare verbis. id eſt τὸ κοινὸν, communem Rempublicã, inquit Aſcon. Herodotus in Erato, Καί σφι τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων ἔδωκε διὰ τοῦτο τὸ πρῆγμα ἐν στήλῃ ἀναγραφῆναι. Idem in Diuinatione, Sed repentè è veſtigio tanquam aliquo Circæo poculo factus eſt verres. ἐκ παραλλήλου dixit Græcorum more, qui ἴσως που & τάχα που & βάσκ᾽ ἴθι & multa huiuſcemodi dicunt. Idem in Frument. Ecquid tu ibi tum? quid facis? Hermog. tomo primo τῶν ἰδεῶν, περὶ περιβολῆς loquẽs, Εἰ μή τις τὰς ἰσοδυναμούσας ἑτέραις λέξεσι διὰ τὸ ἐκ παραλλήλου δυνάμεις τίθεσθαι, περιβολῆς ἰδίας λέγοι, οἷόν ἐστι καὶ τὸ, τί ἐροῦμεν, τί φήσομεν. καὶ τὸ, ἃ ἐγὼ προορώμενος ὦ ἀθηναῖοι, καὶ λογιζόμενος, γράφω ψήφισμα. καὶ τὸ, εἰσὶ κρίσεις, καὶ ἀγῶνες, μικροὶ καὶ μεγάλοι ἔχοντες ἐπιτίμια. Et infrà, Οὐκοῦν περιβλητικὸν τὸ, τί ἐροῦμεν, τί φήσομεν. οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἡ ἐκ παραλλήλου θέσις αὐτῶν πεποίηκεν ἴσως τινὰ ἔμφασιν περιβολῆς. Idem ad Atticum libro quinto, Ad quas literas tibi reſcribi velis neſcio: nullas enim adhuc acceperam, præter quæ mihi binæ ſemel in Trebulano redditæ ſunt. Præter pro præterquam dixit. Et ad Quintum fratrẽ libro primo, Atque etiã è Græcis ipſis cauendæ ſunt quædam familiaritates, præter hominum perpaucorum, ſi qui ſunt vetere Græcia digni. Ariſtoteles in nono de hiſtor. animal. Ἀθυμότερα δὲ τὰ θήλεα πάντα τῶν ἀρρένων, πλὴν ἄρκτος καὶ πάρδαλις. Demoſthen. Οὐ γὰρ ἦσαν αὐτόθι Ἀμφικτύονες, πλὴν Θηβαῖοι καὶ Θετταλοί. Xenoph. Ἐγὼ δέ σοι οὐκ ἠθέλησα διδόναι πλὴν μετρίους τινάς. Cum verò præter ſignificat, iungitur genitiuo. Gregor. Ἀλλά γε ὅσα θαυμάζουσιν ἄνθρωποι, ὧν οὐδὲν τοὺς ἐγείραντας πλὴν δόξης ὀλίγης ὤνησε. Interdum iũgitur cum ἀλλ᾽ ἢ, ἐκ παραλλήλου. vt χωρὶς εἰ μὴ, καὶ πλὴν εἰ μή. Ariſtoteles in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ᾽ ἢ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ Καλλίαν ἢ Σωκράτη. Significat etiam veruntamen. Ariſtoteles in quarto Ethicorum περὶ τοῦ ἐπιεικοῦς loquens, Ὁμοίως δὲ πρὸς τοὺς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους, καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις τοῦτο ποιήσει. πλὴν καὶ ἐν ἑκάστοις ὡς ἁρμόζει. οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν. ἀντὶ τοῦ πλὴν ἀλλά. vt Lucianus, Οὐκ ἐπὶ δώροις τὰ ἡμέτερα. πλὴν ἀλλ᾽ ἄπιθι. Verba ſunt Paridis. Idem, Πλὴν ἀλλά τι ἂν πάθοιμι. Πλὴν εἰ, niſi ſi. Theophraſtus in primo de Cauſis, Πλὴν εἴ τι συμβαίνον καὶ ὡς παράλογον. Idem, Πλὴν εἴ που καὶ παραβλαστάνει, καθάπερ φασὶν ἐν Κρήτῃ. Ariſtotel. Πλὴν ἐὰν χεῖρος ἢ χεὶρ γένηται. Cicero, Niſi verò ſi quis eſt qui Catilinæ ſimiles cum Catilina ſentire non putat. Tacitus, Niſi ſi cupido do-

*Vix ut intelligantur. Οὐκ ἔφησε ποιήσειν.*

*Commune, Τὸ κοινόν.*

*Repente è veſtigio, ἐκ παραλλήλου.*

*Præter pro præterquam.*

*Πλήν.*

*Πλὴν ἀλλ᾽ ἤ.*

*Πλὴν ἀλλά.*

*Πλὴν εἰ.*

*Πλὴν ἐάν.*



minandi cunctis affectibus flagrantior eſt. Aſſentire autem & aſſentiri apud Ciceronem, reuertere & reuerti, impertire & impertiri, remunerare & remunerari, ſimilia ſunt illis quæ à Græcis vtraque voce dicuntur: qualia ſunt δαπανᾶν καὶ δαπανᾶσθαι, ἐπανορθοῦν ἐπανορθοῦσθαι, ἀναστρέφειν ἀναστρέφεσθαι, & alia quæ ſuperius enumerata ſunt. Idem de Reditu ſuo ad Senatum, Quibus autem officiis beneficia Titi Annii remunerabo? Idem ad Appium, Quonam te remunerer potiſſimum genere? Et ad Atticum, Tu ſi tibi eadẽ cauſa eſt, me remunerere ſanè velim. Eſt etiam elucubrare & elucubrari eadem ratione ab eo dictum ad eundem libro ſeptimo, Quinetiam eam epiſtolam quam eram elucubratus, ad te nõ dedi. Idem in ſecũdo de Natura deorum, Nec vnà hæc opinio cum ſæculis ætatibuſque hominũ inueterare potuiſſet. Et pro lege Manilia, Delenda eſt enim macula quæ inueterauit in populi Romani nomine. Contrà in Philippica ſecunda, Atque his iam inueteratis patres Conſcripti, cõſuetudine obduruimus. Nihil enim intactum reliquit Cicero, quo minus lingua Latina cedere Græcæ videretur. Idẽ in tertio de Oratore, de actione loquẽs, Huic primas dediſſe Demoſthenes dicitur, cum rogaretur quid in dicendo eſſet primum: huic ſecundas, huic tertias. Et in Oratore perfecto, Primas enim ſequentem, honeſtum eſt in ſecundis tertiiſque conſiſtere, τὰ γάρ τοι πρωτεῖα διώκοντας, καλόν ἐστιν ἐν τοῖς τε δευτερείοις καὶ τριτείοις ἐξετάζεσθαι. Plato in Philebo, Καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὔτ᾽ αὖ τῶν πρωτείων, οὔτ᾽ αὖ τῶν δευτερείων ἡ ἡδονὴ μετὸν ἀληθῶς ἂν λέγοιτο. πορρωτέρω δ᾽ ἐστὶ τῶν τριτείων, εἴ τι τῷ ἐμῷ νῷ δεῖ πιστεύειν. Quid illud in ſecundo de Diuinatione, nónne planè Græcum eſt? Qui cum ad eum retuliſſet, quaſi oſtentum, quòd anguis domi vectem circuniectus fuiſſet: tum eſſet inquit oſtentum, ſi anguem vectis circumplicaſſet, εἰσαγγείλαντος γὰρ οἱονεὶ τερατῶδές τι, ὡς ἄρα οἴκοι ὄφις τὸν μοχλὸν τῆς θύρας ἐφθάκει περιβαλών· τήνικαῦτα μέντοι ἔφη, τέρατι τοῦτο ἐῴκει, εἰ τῷ ὄφει ὁ μοχλὸς περιελίσσετο. hoc eſt circumplicatus eſſet, vt ipſe alibi dixit. Et in ſecundo de Natura deorum, Terram autem eſſe infimam, quam craſſiſſimus circunfundatur aër. Sic enim legendum puto paſſiua voce potius quàm circunfundat. neque enim ſui ſemper ſimilis eſt Cicero. vt in ſecundo de Oratore, Quæ cogitatio ſtudio & diligentia præcurrit ætatem. & in 1. Officiorum, Vt appetitus rationem non præcurrat. Sic Περίκειμαι cum accuſatiuo iungitur, Οἶδα γὰρ καὶ αὐτὸς ἀσθένειαν περικείμενος, inquit Gregorius εἰς τὰ ἐπιφάνια. Syneſius Theophilo, Ἐγὼ δὲ τὴν δεισιδαιμονίαν ἀξιῶ διαφεύγειν ἀπὸ τῆς εὐσεβείας. κακία γάρ ἐστιν, ἀρετῆς προσωπεῖον περικειμένη. Simile eſt ἐξηρτημένος τὴν πήραν, καὶ ἐξημμένος. Baſil. Καὶ πάντα ἑσμὸν ἡδονῆς ἐξηρτημένην ἄγειν. Lucian. Οὗτος ὁ αὐχμῶν, ὁ τὴν πήραν ἐξηρτημένος. Quorum ſimilitudinẽ quandam referunt illa Ciceronis: quale eſt in ſecundo de Natura deorũ, Primùm enim ſuperiora ſuperciliis obducta, ſudorẽ à capite defluentem repellunt. Et in ſecundo de Legib. Corpus ita locatum & ſitum quaſi operimento matris obducitur. Corpori enim terra potius obducitur, quàm ipſum corpus terra obducitur. quo modo alibi in eodẽ vſus eſt, Hoc ius terra humandi. quam cum proximi fecerant, obductáque terra erat,

*Aſſentire & aſſentiri, & alia.*

*Remunero & remuneror.*

*Elucubro & elucubror.*

*Primæ, ſecundæ, tertiæ.*

*Τὰ πρωτεῖα καὶ δευτερεῖα.*

*Circuniectus.*

*Περίκειμαι προσωπεῖον.*

frugibus obſerebatur. Idẽ ad Qu. fratrẽ, Multis enim ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſque natura. Eadem ratio loquẽdi eſt in perfundo & ſuffundo, vt in Prætura vrb. Aqua deniq; feruenti Philodamus perfunditur. Et in 1. de Natura deorũ, Quos igitur odores adhibebis ad deos, vt eos perfundas voluptatibus? Et in primo de Diuinat. Tum viſam beluam vaſtam & immanẽ, circumplicatam ſerpentibus. Cicero Philip. vndecima, Quaſi verò non vnũ idémque bellum ſit contra hoc iugum impiorum nefarium. imaginem Antonii cru-

*Iugũ, ζεῦγος.*

delitatis in Dolobella cernitis. Iugum dixit, cum ſuprà dixiſſet, Ecce tergeminum in ſcelere par. quia Græci ζεῦγος vtrunque dicunt. ζεύγη enim μίσθια Plutarchus dixit bigas meritorias & rhedas. & ζεύγη τῶν αὐλῶν Theophraſtus in IIII. ὅθεν ζευγίτης κάλαμος dictus. Idem ad Atticum lib. XIII, Purgat Cæſarem de interitu Marcelli, in quem ne ſi inſidiis quidẽ ille interfectus eſſet, caderet vlla ſuſpicio. nunc verò cum de Magio conſtet,

*Αἰτίαν ὑπέχειν, Cauſam ſuſtinere.*

nónne furor eius omnem cauſam ſuſtinet? αἰτίαν μὲν ὑπέχοι; quod etiam αἰτίαν ἔχειν dicitur, hoc eſt ſuſpectũ eſſe, & crimine premi. Et in III. de Legib. Nam Caſſiæ legis culpam Scipio tuus ſuſtinet, quo auctore lata eſſe dicitur. tu ſi tabellariã tuleris, ipſe præſtabis. Idem in Verrẽ actione IIII, quæ Frumentaria dicitur, Is in itinere interfectus eſt. cauſam mortis eius fugitiui ſuſtinent. Verùm Cicero in eadem epiſtola, Piſonẽ ſi poteris con-

*Quod cõmodo tuo fiat.*

uenias. vides quàm maturũ ſit. ſed tamen quod cõmodo tuo fiat. Hoc ſimile eſt illis Græcorũ compendiariis quæ ſuprà adnotata ſunt. hoc enim ſignificat, etſi tempeſtiuum eſt vt aggrediaris rem agendã, tum demum tamen fieri volo quum commodum tibi erit, ὁρᾷς ὡς ὡραῖον τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' ὅπως ἐν δέοντι ἐντεύξῃ τῷ ἀνδρὶ τὸ κατὰ σέ. vel, ἀλλ' ὅπως εἰς δέον σοι ἡ ἔντευξις γενήσεται. Idem in Verrem actione prima, Primùm M. Metellum amiciſſimum:

*Non ſolùm.*

deinde Hortẽſium Conſulem: non ſolùm, ſed etiam Q. Metellum: qui quàm iſti ſit amicus attendite. non ſolùm, pro neque ſolùm hũc, poſuit, Græcorum more, qui τοῦ οὐ μόνον ſic vtuntur. Greg. in 2. περὶ υἱοῦ, Καὶ τοῦτο μὲν

*Οὐ μόνον δέ.*

εἴη τὸ ἕως ἄρτι καὶ τὸν πατέρα ἐργάζεσθαι καὶ τὸν υἱόν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τὴν ὧν πεποίηκεν οἰκονομίαν τε καὶ συντήρησιν. Idem, Καὶ τὸν ἥκοντα τὸν λόγον ἀποδεχόμενοι. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ κρατοῦντες, καὶ τοῖς ἄλλοις προφαίνοντες. Idem in Bruto, Hoc etiã autem

*Ab oratoribus in foro ſolitudo.*

magis probabatur, quòd erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. id eſt quod quidem ad oratores pertinet. Greg. in 1. στηλιτευτ. Ἐπεὶ δὲ ἦγον ἀπὸ πάντων σχολήν, ἐχρῶντο καὶ τῶν ἄλλων παιδευτικῶν μαθημάτων. Idem ad Atticum lib. VI, Denique coacturũ dixi me. homines non modò non recuſare, ſed

*A me ſoluere.*

etiã dicere ſe à me ſoluere. Quod enim Prætori dare conſueſſent, quoniã ego non acceperã: ſe à me quodam modo dare. à me, pro de mea pecunia dixit. Plautus, Da ſodes à te: pòſt reddidero tibi. Me. Immo cedo abs te.

*Παρ' ἐμοῦ.*

Lucian. Οὗτος παρ' ἐμοῦ ἑκκαίδεκα τάλαντα μιᾶς ἡμέρας ἐκτίσας τῇ πόλει, καταδεδίκαστο γὰρ καὶ ἐδέδετο οὐκ ἀποδιδούς, κἀγὼ ἐξενωσάμην. Idem Cicero, Plato è Titanũ

*Ὁ μὲν, ὁ δέ, nũc ad proximum, nunc ad remotius referuntur.*

genere ſtatuit eos, qui vt illi cæleſtibus, ſic hi aduerſantur magiſtratibus. hic ad proximũ retulit, ille ad remotius, vt plerunque fit. quo modo apud Græcos, ὁ μὲν ad adiunctum, ὁ δὲ ad remotum refertur ſæpius. Alibi aliter



pro Roſcio Comœdo, Quid eſt quòd negligenter ſcribamus aduerſaria? quid eſt quòd diligẽter conficiamus tabulas? qua de cauſa? quia hæc ſunt menſtrua, illæ ſunt æternæ. Sic Ariſtotel. in IIII. Ethic. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν. τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον ἡ αἰσχρολογία, τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ ὑπόνοια. διαφέρει δὲ οὐ μικρὸν ταῦτα πρὸς εὐσχημοσύνην. Ariſtot. ὑπόνοιαν nouæ comœdiæ tribuit, & ſic τοῖς δὲ ad proximũ retulit: ſicque Græci aliquando vtuntur. Vſus eſt & variè Quintilianus.

*Ὁ δὲ geminatũ.*

ὁ δὲ interdũ venuſtè geminatur. Pauſ. in Meſſ. Οἱ δὲ ὁπότε αἴσθοιντο οἱ τραυματίαι τὴν ἰσχὺν σφᾶς ἀπολείπουσαν, διεκελεύοντο τοῖς δρῶσι μὴ χείρονας ἢ αὐτοὶ γίγνεσθαι. quod perinde eſt ac ſi dixiſſet, οἱ δὲ τραυματίαι ὁπότε, & reliqua.

*In æs incidere.*

Cicero in Philip. Quæ ille in æs incidit: in quo populi iuſſa perpetuáſque leges eſſe voluit. Idem, Immunitates in æs accepta pecunia iubebat incidi. Demoſth. in III. κατὰ Φιλίππου,

*Εἰς στήλην χαλκῆν γράψαι. Εἰς τὸ παρόν.*

Γράμματα τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δηλοῦν ἃ ἐκεῖνοι κατέθεντο, εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες, εἰς ἀκρόπολιν. Εἰς autem ἀντὶ τοῦ ἐν ſæpe ponitur. vt εἰς τὸ παρόν, ἀντὶ ἐν τῷ παρόντι, quod dicitur tam de tempore quo loquimur, quàm de alio inſtanti. Andocid. κατὰ Ἀλκιβιάδου, Περὶ μὲν γοῦν τούτων οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ μακρότερον λέγειν πάντως. οὐδὲν γὰρ πλέον εἰς τὸ παρὸν ποιήσομεν. Demoſth. Τῆς εἰς τὸ παρὸν τιμῆς στοχαζόμενοι. Quod Latinè impræſens ob id dicitur. Εἰς τὸ παραχρῆμα Plato

*In præſentia.*

dixit in 1. de Legib. In præſentia etiã τὸ νῦν ſignificat. vt Cicero in Verr. actione vlt. Quid ergo? iſte teſtis nobiliſſimus linquetur? In præſentia inquit Cleomenes, quoniam ita neceſſe eſt: poſtea aliquid videbimus, ne iſte nobis obſtare poſſit. Alibi ἀντὶ ἐν τῷ παραυτίκα, quòd Cato impræſentiarum dixit, & Tacitus, & Vlpianus. Cicero in tert. Verr. Sopater cum hoc illi improuiſum accidiſſet, commotus eſt ſanè: neq; in præſentia Timarchidi quid reſponderet habuit. Ἐν τῷ παρόντι etiã Græci dicunt. Thucyd.

*Εἰς δέον, ἐν δέοντι.*

Καὶ γὰρ ἂν ἀπ' ἐκείνης πολλῷ ἀσθενεστέρου ἐν τῷ παρόντι κακῶς πράττειν. vt, εἰς δέον & ἐν δέοντι. Plut. Τότε δὲ ὑπῆρχεν τοῖς Συρακουσίοις εἰς δέον ἡ παρασκευή, id eſt opportuna fuit, opportunè accidit. Demoſth. Φέρε δὴ καὶ τὰς εὐπορίας εἰς δέον ὑμῖν γενομένας δείξω. Syneſ. de Deo, Καὶ τοῖς καλοῖς ἐν δέοντι χρήσασθαι. Demoſth. Καὶ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν ἐν οὐ δέοντι συμβεβηκυῖαν εἶδεν ἡ βουλή, id eſt importunè accidiſſe.

*Εἰς καλόν.*

Simile eſt εἰς καλόν, pro commodè & auſpicatò. Xenoph. in Sympoſ. Εἰς καλὸν ὑμῖν συντετύχηκα. ἑστιᾶν μέλλω Αὐτόλυκον.

*Εἰς τὰ μάλιστα. Εἰς τὰ ἔσχατα.*

Inde Εἰς τὰ μάλιστα, εἰς τὰ ἔσχατα. vt ἐν τοῖς μάλιστα, εἰς τὰ ἔσχατα, ſummé. Xenoph. in λακεδαιμ. πολιτ. Τοῦτον καὶ θαυμάζω, καὶ εἰς τὰ ἔσχατα μάλα σοφὸν ἡγοῦμαι. Demoſth. Εἰς τὰ μάλιστα πλούσιοι, ſummè diuites.

*Ἐν καλῷ.*

Ἐν καλῷ etiam dicunt. Xenoph. Οὐκ ἐν καλῷ ἔφη αὐτοῖς ὁρμεῖν, ἀλλὰ μεθορμίσαι ἐς Σηστὸν παρῄνει, non honeſtum eſſe dicebat. Et in IIII. ἑλληνικῶν, Οἱ μὲν Θετταλοὶ οὐκ ἐν καλῷ εἶναι νομίσαντες πρὸς τοὺς ὁπλίτας ἱππομαχεῖν, στρέψαντες ἀπεχώρουν, incõmodum eſſe exiſtimantes.

*Ἐν ὀργῇ εἶναί τινι.*

Ἐν ὀργῇ εἶναί τινι, ſignificat offendiſſe aliquem, eique inuiſum eſſe. Greg. Ἦν μὲν ἐκ πλείονος ἐν ὀργῇ τοῖς Ἀρεθουσίοις, id eſt, Iamdiu ipſi Arethuſii infenſi erant. Interdum genitiuus iungitur cum datiuo. vt apud Xenophontẽ in VI. ἑλληνικῶν, Τὴν δὲ Κέρκυραν κεῖσθαι ἐν καλῷ μὲν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου καὶ τῶν πόλεων αἳ ἐπὶ τοῦτον καθήκουσιν,

*Ἐν καλῷ τοῦ ποιεῖν τόδε.*

ἐν καλῷ δὲ τοῦ τὴν Λακωνικὴν χώραν βλάπτειν, ἐν καλλίστῳ δὲ τῆς ἀντιπέραν ἠπείρου, id eſt commodiſſimè ad traiectum in continentem. Idẽ in IIII. ἀπομνημ. Τοῦτο

αὖ ποτέρωσε θετέον; νὴ Δί' ἔφη, πρὸς τὴν δικαιοσύνην. id eſt ποτέρωθι, & ἐν τῇ δικαιοσύνῃ. Cicero etiã In præpoſitionẽ tum ablatiuo, tum accuſatiuo cõſtruere ſolet: qui mos fuit antiquorũ, vt Gellius docuit lib. I. Inde in Philip. ſecũda, In huius me conſilii ſocietatem, tanquã in equũ Troianũ, includi cum principibus nõ recuſo. Et ad Atticũ lib. III, Sic enim conſtituebã, neminem includere in dialogos eorũ qui viuerent. Et in IIII. Tuſcul. Opinationem autẽ, quam in omnes diffinitiones ſuperiores incluſimus, volunt eſſe imbecillã aſſenſionẽ. In 2. de Natur. deor. Sed phyſica ratio non inelegans incluſa eſt in impias fabulas. Sic in dotem eſſe, & doti eſſe Iulianus Iuriſconſul. in tractatu de Iure dotiũ pro eodem dixit, cap. Quemadmodum. Idẽ Cicero de Lege agraria, Aliquando tandẽ lex in publicũ proponitur. Sic in tabulas perſcribere idem dixit. & in Paradox. Et ea ſentio quæ non ſanè probantur in vulgus. Idẽ, Sed tamen hoc euenit vt in vulgus inſipientiũ opinio valeat honeſtatis. Sicque potius dicitur quàm per ablatiuum. Et in 2. de Oratore, de exordio loquens, Eſt id quidem in totã orationem confundendũ: nec minimè in extremam. Sic in mẽtem eſſe, & in poteſtatẽ, quæ Gellius adnotauit. Et pro Cluentio, Neque nũc quicquam agitur iudices, niſi vt equeſter ordo in huiuſce legis periculum includatur. Et in poſter. Rhetor. Quidam iudicatus eſt parentẽ occidiſſe: & ſtatim quo fugiendi poteſtas non eſſet, ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt. Inde illa locutio, Καθίσαμεν εἰς ἐξουσίαν, & alia de quibus diximus in mẽtione eius verbi. Dicitur hoc & per ἐπί. Herodia. lib. I, Ποιησάμενός τε αὐτὸν ἐπ' ἐξουσίαν, ἐπεβούλευε τῇ ἀρχῇ. ἐξουσία enim & in bonã partẽ & in malam accipitur, hoc eſt iuſtam & legitimã poteſtatem, & iniuſtè occupatã, ac per iniuriã vſurpatã. Inde ἐξουσίαν διδόναι AEſchines nõ ſemel dixit pro poteſtatem dare. & οἱ ἐπ' ἐπεξουσίας appellantur magiſtratus, vt οἱ ἐπ' ἀξιώσεως. Dicunt etiam ἐξουσίαν, quam Latini licentiã appellant. vt Demoſth. Νῦν δὲ ὕβρις, ἀσέλγεια, αἰσχύνη, εἰ μὴ τὴν ἄγαν ταύτην ἐξουσίαν ζητήσετε ὑμεῖς, hoc eſt hãc libidinem atque intemperantiã. Idem ἐν τῷ περὶ παραπρ. in fine, ἂν δὲ τούτους ἀπολωλότας πύθηται, ὑμῖν τοῖς πολλοῖς, καὶ πάντων κυρίοις τὰ λοιπὰ ποιεῖν βουλήσεται. εἶτ' ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἧσπερ νῦν ἐξουσίας καὶ ἀσελγείας μένεις, τοὺς ὁτιοῦν ἂν ἐκείνῳ ποιήσοντας ἀνῃρηκότες ἐκ τῆς πόλεως ἔσεσθε, ἂν τούτους ἀνέλητε. hîc pro improbitate atque inſolentia poſuit. Cicero etiam Licẽtia in bonam partem vſus eſt in primo Offic. Nec quẽquam hoc errore duci oportet, vt ſi quid Socrates aut Ariſtippus contra morem conſuetudinémque ciuilẽ fecerint, locutíve ſint, idem ſibi arbitretur licere. Magnis enim illi & diuinis bonis hãc licentiã aſſequebantur. Idem in III, Nobis autẽ noſtra Academia magnam licẽtiam dat, vt quodcũque maximè probabile occurrat, id noſtro iure liceat defendere. Demoſth. ἐν τῷ περὶ παραπρ. Κἂν πιλίδιον λαβὼν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, περινοστῇ, καὶ ἐμοὶ λοιδορῇ. Inde illa locutio Ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίζεσθαι, pro ad aram ſtare propter ius aſyliæ. Thucyd. Ὁ δὲ τῆς γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος, διδάσκεται ὑπ' αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. Εἰς δυσγένειαν λοιδορεῖν τινὰ καὶ τινὶ, ſignificat ob ignobilitatem irridere vel mordere. Plutarch. Εἰς δυσγένειαν αὐτῷ λοιδορούμενος, quod ad ignobilitatẽ pertinet vel ſpectat. cui ſimile eſt

Odyſſeæ

*Ποτέρωσε ἀντὶ τοῦ ποτέρωθι.*
*In præpoſitio.*
*Includere in dialogos.*
*In dotem eſſe.*
*In publicum proponi, & ſimilia.*
*In vulgus valere.*
*In poteſtatem eſſe.*
*In pedes inductæ.*
*Εἰς ἐξουσίαν καθίσασθαι.*
*Ἐπ' ἐξουσίαν ποιεῖν.*
*Ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίζεσθαι.*
*Εἰς δυσγένειαν λοιδορεῖσθαι.*



Odyſſ. I, Οὐ μὲν γάρ τι κακῷ εἰς ὦπα ἐῴκει. Polyb. in V, Καὶ σκώπτων καὶ διεξιμάχων περὶ ἕκαστον εἰς ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν ὠνείδιζε. Plutarch. in Demetr. de Demetrio & Antonio, ἐν πράγμασι μεγάλοις γεγονότες ἐπιφανεῖς εἰς κακίαν. Quo modo loquendi ſæpe vtuntur, & Demoſthenes vſus eſt. Εἰς Ἀθανάσιον καὶ εἰς Βασίλειον λέγειν, ſignificat in laudem Athanaſii ſcribere: vt ex Gregorio Nazanzeno intelligimus. Εἰς etiam ſignificat vſque. Pauſ. Καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν οἶκοι, Et ad ætatem vſque meam erant domus. Significat etiam apud. Idem, Διαβεβλημένος ἐς τοὺς Μακεδόνας, Apud Macedonas infamis, & infamia laborans. Xenoph. Τὴν λείαν ἅπασαν κατέθεντο ἐς τοὺς Βιθυνοὺς ἀστυγείτονας ὄντας. Idem, Ἐς ἅπαντας γνώριμον, in vulgus notum. Εἰς circiter, vt Ad Latinè. Thucydid. Ἐς ἄνδρας διακοσίους καὶ εἴκοσι μάλιστα. Alibi, Ἐς ἄνδρας ὀκτακοσίους. Vtũtur & hoc modo. Pauſ. Καὶ τὰ μὲν ἐς Μέδουσαν, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐν τοῖς Ἀττικοῖς σημῆναι, Et ea quidem quæ ad Meduſæ hiſtoriam pertinent. Idem, Καὶ τὰ μὲν εἰς Τολμίδην τοιαῦτα ἐπυνθανόμην ὄντα. Εἰς δύναμιν etiam dicunt, pro eo quod eſt, quàm potuit maximè. Εἰς τὸ ἀκριβέστατον, εἰς ὑπερβολὴν, pro ſummè. Lucianus, Καὶ ἐδήλου ὠχρὸς ἐς ὑπερβολὴν, καὶ λεπτὸς ἐς τὸ ἀκριβέστατον. Cicero in Verr. act. tertia, Faciunt homines, quos in ſumma nequitia non ſolùm libido & voluptas, ſed etiam nequitiæ fama delectant, vt multis in locis notas ac veſtigia ſcelerum ſuorum relinqui velint. Idem ad Atticum lib. III, Sed non faciam vt animum tuum angam querelis, aut meis vulneribus ſæpius manus afferam. In his exemplis ita verbum facio περιέλκει, vt apud Græcos τυγχάνω & διατελῶ & φθάνω, de quibus iam à nobis dictum eſt. Plato lib. 2. τῶν πολιτ. de Gyge loquens, Συλλόγου δὲ γενομένου τοῖς ποιμέσιν εἰωθότος, ἵν' ἐξαγγέλλοιεν τῷ βασιλεῖ τὰ περὶ τὰ ποίμνια, ἀφικέσθαι καὶ ἐκεῖνον, ἔχοντα τὸν δακτύλιον. καθήμενον οὖν μετὰ τῶν ἄλλων, τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιάγοντα πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρὸς, id eſt περιαγαγεῖν. Simile eſt quod Laurentius Elegantiarum libro tertio adnotauit, Excuſauit quòd brachiũ fregiſſe diceret. quod ſimile eſt illi Xenophõtis, Ὁ δ' ἔφη κατακωλυθεὶς, pro inhibitus eſt. Et Iſocratis, Οἱ δ' οὐκ ἔφθησαν πυθόμενοι τὸν περὶ τὴν Ἀττικὴν πόλεμον, καὶ πάντων τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, ἧκον ὑμῖν ἀμυνοῦντες. & τῷ φθάναι quando περιέλκει, vt ſuperius dictum. Eiuſdem generis eſt illud in 2. de Natura deorũ, Suſcepit autem vita hominum conſuetudóque communis, vt beneficiis excellentes viros in cælum fama ac voluntate tollerent. Et item illud in primo de Diuinatione, Appius non ſatis ſcienter virum bonum & ciuẽ egregium cenſor C. Atteium notauit, quòd ementitum auſpicia ſubſcriberet. id eſt notauit, & cauſam ſubſcripſit, quòd ementitus eſſet auſpicia. Idem Cicero pro Flacco, Liceat illis qui hæc ſalua eſſe volunt, ipſis eſſe ſaluis. Demoſth. περὶ μεγαλοπολ. Ὅτι μὴ προσδεξαμένων μὲν ὑμῶν τοὺς Μεγαλοπολίτας, ἐὰν μὴ ἀναιρεθῶσι καὶ διοικισθῶσιν, ἰσχυροῖς Λακεδαιμονίοις εὐθύς ἐστιν εἶναι. Ariſtid. Τῇ τῶν τρόπων πρᾳότητι, οὐδέσιν ἄλλοις ὁμοίως ἡμέροις εἶναι δοκεῖν λιπόντες. Sic pro Cælio, Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis ne in communi quidem otio liceat eſſe. Interdum per accuſatiuum dicitur. vt pro Cornelio Balbo, Quid ſi ciui Romano licet eſſe Gaditanum ſiue exilio, ſiue poſtliminio? A datiuo enim ad accuſatiuum tranſitus factus eſt: vt apud Iſo-

*Εἰς Βασίλειον καὶ εἰς Ἀθανάσιον λέγειν.*
*Εἰς ἐμέ.*
*Ἐς Μακεδόνας.*
*Εἰς δύναμιν.*
*Εἰς ὑπερβολήν.*
*Facio in oratione vacans.*
*Licet Romano eſſe Gaditanum.*

cratem, licet non per infinitiuum verbi ſubſtantiui loquentem. ſic enim ſcribit in Plataico, Εἰ δ' οὖν καὶ τἀναντία μέλλοιεν ἅπαντα πράξειν, οὐδ' οὕτως ἡγοῦμαι προσήκειν ὑμῖν τῆς Θηβαίων πόλεως πλείω ποιήσασθαι λόγον, ἢ τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν. ἐνθυμουμένοις πρῶτον μὲν ὡς οὐ τοὺς κινδύνους, ἀλλὰ τὰς ἀδοξίας καὶ τὰς αἰσχύνας φοβεῖσθαι πάτριον ὑμῖν ἐστιν. Hanc etiam loquendi formam Cicero quodammodo imitatus eſt in libro Rhetor. his verbis ſcribens, Locos autẽ communes & quos ipſa cauſa det, videre oportebit, & ex vtilitatis & honeſtatis ampliſſimis partibus ſumere: demonſtrantem per amplificationem, ad vtram potius oporteat accedere legem. Accuſatiuum enim infinitiuo ſubiunxit, qui modus frequentiſſimus eſt Græcis. Idem in Finib. Circunſcriptis igitur iis ſententiis quas poſui, relinquitur vt ſummum bonum ſit, viuere ſcientiam adhibentem earum rerum quæ natura eueniant. Alibi, Finis bonorum conſiſtit ſecundum naturam viuere, ſic affectum vt optimè affici poſſit. Inde illud primi Officiorum, Fortis autem animi & cõſtantis eſt, non perturbari in rebus proſperis, nec tumultuãtem de gradu deiici, vt dicitur, ſed præſentis animi vti conſilio. Iſocrat. Χρὴ δὲ καὶ τῶν προγόνων ποιήσασθαί τινα πρόνοιαν, καὶ μὴ παραμελῆσαι μηδὲ τῆς περὶ ἐκείνους εὐσεβείας, ἐνθυμουμένοις ὅπως ἂν διατεθεῖεν εἴ τις ἄρα, & reliqua. Fit etiam tranſitus à genitiuo ad accuſatiuum. vt idem in eodem, Δεόμεθα οὖν ὑμῶν ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαι τῶν λεγομένων. ἐνθυμηθέντας ὅτι πάντων ἂν ἡμῖν ἀλογώτατον εἴη συμβεβηκός, εἰ Θηβαίοις, καὶ τὰ ἑξῆς. Sequitur etiam infinitiuũ datiuus. vt apud Ariſtotelem in ſecundo de Partibus animalium, Δεῖ δὲ λαβεῖν, ὡς μεγάλῳ παρεικάζοντι μικρόν, ὁμοίως συμβαίνειν τὰ ῥεύματα ὥσπερ τὴν τῶν ὑετῶν γένεσιν. Sic Xenoph. Ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν, Vt autem breuiter dicam. Sed de his ſuprà memini me dicere. Fit etiam hoc in iis quæ θέσεως ἐπιῤῥήματα dicuntur. vt, ἀποστατέον μοι τοῦ πράγματος, καὶ ἀποστατέον ἐμέ. Sic χρηστέον ἐμοὶ καὶ ἐμέ, & ſimilia. videlicet τὸ χρηστέον ſignificat ἄξιόν ἐστι χρῆσθαι. & ἀποδοτέον, ἄξιον ἀποδιδόναι. ἰτητέον, ἄξιον ἰέναι. & itidẽ alia. Cum igitur illud ἄξιον cũ datiuo conſtruunt, χρηστέον ἐμοὶ dicere poſſunt, ἀντὶ τοῦ ἄξιόν ἐστι μοι χρῆσθαι. Quòd ſi ad verbum aduerbialiter poſitum cõſtructionem referant, χρηστέον ἐμὲ dicẽt: quod ſic reſoluitur, ἄξιόν ἐστιν ἐμὲ χρῆσθαι τῷ πράγματι, ex natura infinitiui qui accuſatiuum ante ſe poſcit. Ariſtot. in OEcon. Ἐπισκεπτέον οὖν τὰ μὲν αὐτόν, τὰ δὲ τὴν γυναῖκα, ὡς ἑκατέροις διαιρεῖται τὰ τῆς οἰκονομίας. Et in 1. περὶ ζώων γενέσ. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ζώων λεκτέον κατὰ τὸν ἐπιβάλλοντα λόγον καθ' ἕκαστον αὐτῶν, ἀπὸ τῶν εἰρημένων συνείροντας, Dicendum eſt nobis ſigillatim, ab iis quæ iam explicata ſunt ſermonem connectentibus. vel vt Cicero locutus eſt, ſigillatim dicere oportet, ab iis quæ iam dicta ſunt, quæ dicenda ſunt connectentes. Polyb. in v, Διόπερ οὐδέποτε ταῖς τοιαύταις ἐπινοίαις εἰκῇ χρηστέον τοὺς ἐπὶ πραγμάτων ταττομένους. Sæpe etiam additur verbum ſubſtantiuum, vt ſermo plenus ſit. Galenus lib. x. Methodi, ἆρά γε τὸν πυρετὸν ἐστὶ μόνον ἰατέον, ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας, ἢ τὴν αἰτίαν ἐκκοπτέον, οὐδὲν φροντίζοντα τοῦ πυρετοῦ. Demoſth. Τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἐκείνων ἀντιληπτέον ἐστίν. Idem, Οὐδὲν ἦν τὸν παῖδα ὑπὲρ τούτων βασανιστέον. Idem, Ἔστι γὰρ πάντας μὲν τοὺς νόμους ἡμῖν σπουδαστέον ὡς κάλλιστα ἔχειν. Xenophon participio pro verbo vſus eſt ἀττικῶς, Ἐπειδὴ ἔγνω μενετέον ὄν. Dicunt

*De conſtructione infinitiui.*

*Θέσεως ἐπιῤῥήματα. Ἀποστατέον μοι τοῦ πράγματος, καὶ ἀποστατέον ἐμέ.*



& pluraliter πορευτέα εἶναι, ἀντὶ πορευτέον, Attico more, vt ſuprà dictum eſt. Loquuntur & per nomina, vt Ariſtoteles περὶ ζώων γενέσεως, Ἡ δὲ τοῦ λεγομένου σπέρματος φύσις ἡ πρώτη πάλιν λεκτέα τίς ἐστι. Demoſth. Λυτέος καὶ οὐκ ἐατέος ὁ τοιοῦτος νόμος κύριος γενέσθαι νυνί. Eſt autem ea infinitiui natura, vt non modò accuſatiuum, ſed etiam ante ſe nominatiuum poſcat apud Græcos, vel in contextu orationis exiſtentem, vel ſubauditum. De accuſatiuo notum eſt: vt apud Demoſthenem, Τοσοῦτον χρόνον καὶ ἔπαινον παρὰ πάντων γενέσθαι, ὥστε τὸν Φίλιππον παθεῖν τι καὶ δεδιέναι. De recto exemplum eſt apud Xenophontẽ de Socrate, Ἔτι δὲ πρὸς τὸ τῶν μετρίων δεῖσθαι πεπαιδευμένος οὕτως, ὥστε πάνυ μικρὰ κεκτημένος, πάνυ ῥᾳδίως ἔχειν ἀρκοῦντα, Vſque adeo modicis egere edoctus, vt cum valde pauca poſſideret, facilè tamen quæ ad victum ſatis eſſent, ſibi ipſe ſufficeret atque ſuppeditaret. Idem, Ἐὰν οὖν ἐκεῖνος μηδὲν βελτίων γίγνηται; τί γὰρ ἄλλο, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἢ κινδυνεύσεις ἐπιδεῖξαι, σὺ μὲν χρηστός τε καὶ φιλάδελφος εἶναι, ἐκεῖνος δὲ φαῦλός τε καὶ οὐκ ἄξιος εὐεργεσίας; Demoſth. περὶ στεφάνου, Τί οὖν εἴποι τις ἄν, σὺ τοσοῦτον ὑπερῆρας ῥώμῃ καὶ τόλμῃ, ὥστε πάντα ποιεῖν αὐτός; ἀλλ' οὐ λέγω ταῦτα. Et rurſus, Ἔφη γὰρ ἥκειν πεπεικὼς Φίλιππον πάνθ' ὅσα συμφέρει τῇ πόλει. Et περὶ παραπρεσβ. Ἀλλ' ὑπὲρ ὧν ὑμᾶς παρὰ τούτων ἔδει δίκην λαμβάνειν, ἐκεῖνος ἐνδέχεται τὴν αἰτίαν, καί φησιν αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι. Cui ferme ſimile eſt illud in Tuſcul. Platonem ferunt, vt Pythagoreos cognoſceret, in Italiam veniſſe, & didiciſſe Pythagorea omnia: primúmque de animorum æternitate non ſolũ ſenſiſſe idem quod Pythagoras, ſed rationẽ etiam attuliſſe. id eſt, idem quod Pythagoram. licet ſic intelligi poſſit, idem quod Pythagoras ſenſit. Idem Demoſthenes vtroque caſu in eadem ſententia vſus eſt κατὰ Μειδίου, Καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο εἰ θέλοιτε σκοπεῖν καὶ ζητεῖν, ὅτῳ ποτ' εἰσὶν ὑμῶν οἱ ἀεὶ δικάζοντες ἰσχυροὶ καὶ κύριοι, οὔτε τῷ μεθ' ὅπλων εἶναι συντεταγμένοι μόνοι τῶν ἄλλων πολιτῶν, εὕροιτ' ἄν, οὔτε τῷ τὰ σώματα ἄριστα ἔχειν, καὶ μάλιστα ἰσχύειν τοὺς δικάζοντας, οὔτε τῷ τὴν ἡλικίαν εἶναι νεώτατοι. Hîc vel αὐτοὶ ſubaudiendum, vt ſit, αὐτοὶ εἶναι συντεταγμένοι, & αὐτοὶ εἶναι νεώτατοι. vel ab accuſatiuo præcedente infinitiuum, ad rectum tranſiit, ex natura verbi ſubſtantiui. quale eſt illud Ciceronis ad Q. fratrem libro tertio, Multa ſunt quæ ego neſcire malo, quàm cum aliquo periculo fieri certior. Similius tamen Græco illud Lucani, Tutúmque putauit Iam bonus eſſe ſocer. In illo Ciceronis pro Quintio, Ne vt par quidem ſit poſtulat, inferiorem eſſe patitur: ſubauditur accuſatiuus ſeſe, vt ſit, ſeſe patitur eſſe inferiorem. vt in illo Cæſaris, Tenuem ſectamini prædam quibus licet eſſe fortunatiſſimos. id eſt quibus eſſe ipſos licet fortunatiſſimos. Cum autem idem Demoſthenes dicit, Ἰθυφάλλοις δὲ καὶ αὐτοληκύθοις συγχωροῦμεν εἶναι τοῖς νέοις τοῖς τούτου. & Andocid. Οἷς προσήκει ἀγαθοῖς ἀνδράσιν εἶναι, fit hoc ex natura verbi προσήκει. ſicque ἀγαθοῖς ἀπὸ τοῦ οἷς trahitur, vt antecedentia relatiua trahunt ad ſeſe, vt χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις. Demoſth. Ἀλλὰ μὴν οἵας ἠφίει φωνὰς ὁ Φίλιππος, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τῶν ἐκείνου μαθήσεσθε, ὧν εἰς Πελοπόννησον ἔπεμψε. Cui ſimile eſt illud Cæſaris in ſecundo de bello ciuili, Portus omnes timens quos teneri ab aduerſariis arbitrabatur, ad eum locum, quæ appellatur Pharſalia applicuit. Plin. Anguſtiæ vnde procedit, iſthmus appellatur. Cicero in primo de Finibus, Illi enim bonum quicquam eſſe,

*De infinitiui natura & conſtructione.*

*Rectus ante infinitiuum.*

*Antecedens trahit ad ſe relatiuum caſum & genus.*

niſi neſcio quam vmbram, quod appellant honeſtum. Liuius, Ne appellarent conſilium, quæ vis ac neceſſitas appellanda eſſet. Sed apud Græcos hæc figura longè latius patet. Demoſth. Ὥστε πάντων τῶν πεπραγμένων ἐκστάντα, ὧν ἀπήγγελλεν, ὧν ὑπέσχετο, ὧν πεφενάκικε τὴν πόλιν, Φωκέων κατηγορήσειν. Id quod ideo fit, quòd Græci omnibus verbis tranſitionem quandam tribuunt. A quo more eſt illud, de quo & ſimilibus alibi dictũ eſt, Καὶ προσήκει τοῖς βοηθείας δεήσεσθαι δοκοῦσιν, ἀφ' ὧν ἔπραττον οὗτοι, αὐτοῖς βοηθεῖν ἑτέροις, ἐξ ὧν ἐπείσθητέ μοι. Herodian. Τὸ γὰρ πιστὸν ὑμῶν καὶ σεβάσμιον δεδηλώκατε δι' ὧν ἀγανακτεῖτε ἐφ' οἷς οἱ κατὰ Ῥώμην ἐτόλμησαν, Fidem enim veſtram pietatémque declarauiſtis querelis veſtris indignabundis, ob ea à vobis editis quæ Romanieſis exercitus auſus eſt. Plato in ſeptimo de Repub. Οὐ μὰ τὸν Δία ἔφη, εἰ μὴ μάλα γέ τινες ὀλίγοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα. Trahitur etiam genitiuus à genitiuo, vt datiuus à datiuo. Xenoph. in primo Ἑλληνικῶν, Ἐνταῦθα δὲ κατά τε τοῦ Τισσαφέρνους ἔλεγον ἃ πεποιηκὼς εἴη, αὐτοῦ τε τοῦ Κύρου ἐδέοντο ὡς προθυμοτάτου πρὸς τὸν πόλεμον γενέσθαι. Fit hoc interdum nullo caſu præcedente, ſed tamen ſubintellecto. vt ἐν τῷ πρὸς Λεπτίν. Ἐπειδὰν τις εἰς τὴν καλουμένην γερουσίαν ἐγκριθῇ, παρ' ἀξίαν ἑαυτὸν οἷς χρή, δεσπότης ἐστὶ τῶν πολλῶν. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐστὶ τῆς ἀρετῆς ἆθλον, τῆς πολιτείας κυρίῳ γενέσθαι μετὰ τῶν ὁμοίων. Subauditur enim τῷ ἐγκρινομένῳ. Idem in eodem, Μεγάλων μὲν οὖν εὐεργεσιῶν οὔθ' ὑμῖν συμφέρει συμβαίνειν πολλάκις καιρὸν, οὔτ' ἴσως ῥᾴδιον αἰτίῳ γενέσθαι. Vtuntur & figuratè infinitiuo. vt idem περὶ παραπρεσβ. Ὡς δὲ ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας ἐν τῷ συμποσίῳ, τοσοῦτον κρότον καὶ ἔπαινον καὶ θόρυβον παρὰ πάντων γενέσθαι, ὥστε τὸν Φίλιππον παθεῖν τι. ἀντὶ, ὡς δὲ ἤκουσαν ταῦτα οἱ παρόντες. Idem in eodem, Αὐτὸς δὲ θαυμάσας ἐρέσθαι τινὰ τῶν ὁδοιπόρων τίς ὁ ἄνθρωπός ἐστιν. ἐπεὶ δὲ ἀκοῦσαι ὅτι Ἀτρεστίδας δωρεὰν ταῦτα ἔχων παρὰ Φιλίππου ἀπέρχεται, δεινόν αὐτῷ τι δόξαι. Greg. εἰς Βασίλ. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι τὸν ὕπαρχον, καὶ τὴν ἔνστασιν μαθεῖν τοῦ ἀνδρὸς, τὸν μὲν ἔξω πέμψαι καὶ μεταστήσασθαι. Plato libro decimo de Repub. Ἐπειδὴ δὲ κατὰ σχολὴν σκέψασθαι, κόπτεσθαί τε καὶ ὀδύρεσθαι τὴν αἵρεσιν, οὐκ ἐμμένοντα τοῖς προρρηθεῖσιν ὑπὸ τοῦ προφήτου. Et in Sympoſ. Ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῇ Ἀγάθωνος, ἀνεῳγμένην καταλαμβάνειν τὴν θύραν. Et vbique ἐπειδὴ in his locis præcedit. ἀντὶ τοῦ, μετὰ δὲ τὸ γενέσθαι. Apud Herodotum autem in primo non ἐπειδὴ ſed ὡς præcedit infinitiuum, eodem tamen ſignificatu, vbi de Arione loquitur, Ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι αὐτοὺς τοὺς πορθμέας κληθέντας, ἱστορέεσθαι εἴ τι λέγοιεν περὶ Ἀρίονος, vt autẽ aduenerunt portitores. Idem de Crœſo in ſummo pyræ exiſtente, Ὡς δὲ ἄρα μιν προσστῆναι τοῦτο, ἀνενεικάμενόν τε καὶ ἀναστενάξαντα ἐκ πολλῆς ἡσυχίης, ἐς τρὶς ὀνομάσαι τὸ, Σόλων, Simul vt autem eum hoc ſubiit, reſipiſcentem & reſpirantem ex multo animi deliquio, ter nominatim exclamaſſe, Solon. Sic Plato libro ſupradicto, Εὐθὺς οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα, ὦ φάναι Ἀριστόδημε, εἰς καλὸν ἥκεις ὅπως συνδειπνήσῃς. id eſt, ὡς εἶδεν τάχιστα ὁ Ἀγάθων, εἰπεῖν, ὦ Ἀριστόδημε. Sic Demoſth. Ὡς γὰρ ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας, vt ſuprà. Thucydid. libro tertio circa finem, Λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρὸς, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν. Quibus verbis aliquid deeſſe prima lectione arbitrari quiſpiam poſſit, cũ nihil reuera deſit. Sed ſubaudimus συνέβη, vel quid ſimile. ἀντὶ τοῦ, ὅτε δὴ ἐπλανᾶτο αὐτός. Apud Homerum Iliad. ι x, Πολλῶν γὰρ ἀγρομένων τῷ πείσεαι,

Ὀλίγοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα.

Ἐπειδὴ ἀκοῦσαι, ἀντὶ τοῦ ἐπειδὴ ἤκουσεν.

Ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα, ἀντὶ τοῦ ὡς εἶδεν ὁ Ἀγάθων.



ὅς κεν ἀρίστην βουλὴν βουλεύσῃ. μάλα δὲ χρεὼ πάντας Ἀχαιοὺς ἐσθλῆς καὶ πυκινῆς, ὅτι δήϊοι ἐγγύθι νηῶν καίουσι πυρὰ πολλά. ſubaudiendum puto κατέλαβε, vel vt ipſe loqui ſolet, ἱκάνει. Et alibi in eodem, Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ διοτρεφὲς, οὔτι με ταύτης χρεὼ τιμῆς, φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ. Nec vnquam ferè aliter protulit, vt in decimo, Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε, Κερδαλέης. Cui nõ abſimile eſt, Vnde tibi frontem libertatémque parentis. Et illud Ciceronis in Verrem Comicis ſimile, Hanccine impudẽtiam? hunccine hominem iudices? hanccine audaciam? Et in Antonium, Tãtámne impatiẽtiam dii boni? tantam moderationem? Poteſt & aliter intelligi, vt accuſatiuus ſit pro datiuo, & ſubſtãtiuum verbum ſubaudiatur, οὔτι μοι ταύτης χρεία ἐστὶ τιμῆς. more enim ſuo & priſco accuſatiuum pro datiuo poſuit. vt in III. Odyſſ. Τηλέμαχ' οὐ μέν σε χρὴ ἔτ' αἰδοῦς οὐδ' ἠβαιόν. Oratores autem dicunt, οὐ δεῖ σοι αἰδοῦς. Plato, Ὡς ἄρα σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων. Et in quarto Odyſſeæ, Νῆά μοι οἴχετ' ἄγων, ἐμὲ δὲ χρεὼ γίνεται αὐτῆς Ἤλιδ' ἐς εὐρύχορον διαβήμεναι. Et Odyſſ. λ. de Tityo, Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον. ἀντὶ τοῦ οἱ. Non abſimilis eſt illa Latinorum locutio, qualis eſt eiuſdem Ciceronis in Verrem, Curſare iſte homo potens cum filio blando & gratioſo circũ tribus: paternos amicos, hoc eſt diuiſores appellare omnes & cõuenire. Et rurſus alibi, Iſte qui tãtos tumultus ſua cupiditate cõcitatos viderat, cupere aliquà euolare ſi poſſet. Vbi cœpit ſubaudimus, pro cupiebat. Et rurſus, Mirari ſtultitiam alii: alii amentiam: cui comperendinato hoc veniſſet in mentem. Et pro Cluentio, Hic iudices ridere, ſtomachari atque acerbè ferre patronus cauſam ſibi eripi. Idem Cicero in Prætura vrbana, Hic iſtius ſcelerata locatione nefarióque latrocinio fortunis omnibus ſpoliatus, venit in iudicium: ſi nihil aliud, ſaltem vt eum cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paulo tamen obſoletius veſtitum videret. Hoc ſumptum eſſe à Græcis ex iis quæ ſuprà diximus de compendiariis locutionibus, liquere poteſt. εἰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλὰ τοῦτόν γε ἐρρυπωμένον ἐνδεδυμένος, δι' ὄν. vel, ὅπως τοῦτον αὐχμηρότερόν πως ἠμφιεσμένον ὄψεται, δι' ὃν συχνὰ ἤδη ἔτη αὐχμῶν αὐτὸς διατελεῖ. Lucian. Ἀλλὰ δώσεις ἐν τάχει τὴν δίκην, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἐνεπόρνευσας. Xenoph. in Sympoſ. Ὁ δὲ Καλλίας, νὴ τὴν Ἥραν ἔφη, τά τε ἄλλα ζηλῶ σε τοῦ πλούτου, καὶ ὅτι οὔτε ἡ πόλις σοι ἐπιτάττουσα, ὡς δούλῳ χρῆται, οὔτε οἱ ἄνθρωποι ἢν μὴ δανείσῃς ὀργίζονται. Illa etiam antiquorum locutio qua Cicero non abſtinuit, à Græcis manaſſe videtur: vt integer animi, & nimius animi, & impotens, & ſimilia. vt in poſter. Rhetoric. Hoc autem ipſum genus erit eo firmius, ſi eo ipſo in genere quo arguetur, integer animi fuiſſe demonſtrabitur. vt ſi cum auaritiæ cauſa feciſſe arguatur, minimè omni in vita pecuniæ cupidus fuiſſe doceatur. Liuius, Manlius nimius animi, cum alios principes ſperneret, & cætera. Alibi, Impotens lætitiæ. Impotens amoris, Tacitus, ἀκρατὴς ἔρωτος. nimius animi, ὁ ἀμέτρως τοῦ θυμοῦ διακείμενος, ὁ ὑπέρογκον ἔχων τοῦ φρονήματος. impotens lætitiæ, ὁ ἀκρατῶς ἔχων τῆς χαρᾶς. Sic ſuſpenſus animi, & abiectior animi, idem Liuius, ὁ καταβεβλημένως ἔχων τῆς γνώμης, ὁ καταβεβλημένος τὴν διάνοιαν. Quintilian. Si quis tam cæcus animi eſt. Sic, pendeo animi, animo, & animum, vt inquit

Χρεώ.

*Cupere pro cupiebat, & ſimilia.*

*Si nihil aliud, ſaltem.*

Τά τε ἄλλα καὶ ὅτι.

*Integer animi*

*Nimius animi.*

*Impotens lætitiæ.*

*Pendeo animi.*

Diomedes. Cicero libro quarto Tuſculanarum, Exanimatúſque pendet animi. Cælius Ciceroni, Ego quidem vehementer animi pendeo. Liuius, Tot populos inter ſpem metúmque ſuſpenſos animi habetis. Idem, Multos ſibi mœſtiores & abiectiores animi viſos. Terentius in Phormione, Cum ſpe pẽdebit animi, decipiam. Idem, Cum mihi paueo, tum me Antipho excruciat animi. Et itidem in Adelphis, Diſcrucior animi. Similia ſunt, arrectus animũ & animi, felix huius rei & hac re, & diues agrorum & agris, eodem auctore Diomede. Inde illud Plauti in Epidico, Deſipiebam mentis cum illas ſcriptas mittebam tibi. Alibi pendere cum ablatiuo iunxit Cicero, vt de Lege agraria, Nolo ſuſpenſam & incertam plebem Romanam, obſcura ſpe & cæca expectatione pendere. Diſcrucior animo, κολάζομαι τὸν θυμόν. Diſcrucior animi, tale videri poteſt quale illud Pauſ. Πεποίηται δὲ τὸ ἄγαλμα λίθου λευκοῦ. de quo genere ſuprà dictũ eſt. Xenophon in primo ἀναβάσ. Γένει τε προσήκων βασιλεῖ, καὶ τὰ πολέμια λεγόμενος ἐν τοῖς ἀρίστοις Περσῶν, ἐπιβουλεύει Κύρῳ. Huic ſimile eſt illud Ciceronis de Reditu ſuo ad populum, Aut itineribus neceſſariis, aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Demoſth. πρὸς Λεπτίν. Καὶ προφάσεις δικαίας κατὰ τῶν ἢ παρακρουσαμένων, ἢ μετὰ ταῦτα ἀδικούντων, ἢ ὅλως ἀναξίων, δι' ἣν ἂν ὑμῖν δοκῇ, κωλύσετε ἔχειν τὴν δωρεάν. Cui ſimile eſt illud eiuſdem Ciceronis, Quos commodum fuit vocauit. Χίων μάντειδι, Ταχεῖ δ' οὖν πλῷ διασωθεὶς, ἔγνων αὐτός τε ἐπιμεῖναι χρόνον ὃν ἄν μοι καλῶς ἔχειν δοκῇ, καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐκπέμψαι Κρώβυλον. Liuius, Mitterétque cum imperio quem ipſi videretur, qui rem gereret quoad Minutius conualuiſſet. Demoſth. περὶ τῆς ἰδίας καθόδου, Ἀλλὰ καὶ εὔνουν ἐμὲ εὑρήσετε τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ τοῖς μάλιστα ὁμοίως, ἵνα μηδὲν ἐπίφθονον γράψω. Plinius in Epiſtolis, Magna in homine varietas. amat, vt qui veriſſimé: dolet, vt qui impatientiſſimé: laudat, vt qui benigniſſimé. Xenoph. Πάλιν δὲ πορευθεὶς ὡς ἐδύνατο τάχιστα εἰς τὴν Τεγέαν, τοὺς μὲν ὁπλίτας ἀνέπαυσε, τοὺς δ' ἱππέας ἔπεμψε εἰς τὴν Μαντίνειαν. Idem, Ἐξώπλισε τὴν στρατιὰν ὡς ἐδύνατο κάλλιστά τε καὶ ἄριστα. Demoſth. Καὶ χρώμεθ' ἀλλήλοις ὡς οἷόν τε μάλιστα. Cic. Hæc, vt breuiſſimè dici potuere, ſic à me dicta ſunt. Idem Xenoph. Ἐγὼ γὰρ δώσω ὅσον τις καὶ ἄλλος πλεῖστον δήποτε ἔδωκε, quantum plurimum quis vnquam dedit. Celſus, Cibus dandus & frequentior, & quantus pleniſſimus poteſt concoqui. Cicero in Epiſtolis, Gratum igitur mihi feceris, ſi huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui plurimum. Τὸν ἐνόντα τρόπον etiã ſignificat quàm fieri poteſt maximé. Ariſtot. in VIII. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Ἔοικε δὲ ὃ λέγομεν, εἶναι οὐ τόδε, ἀλλ' ἐκείνινον. οἷον τὸ κιβώτιον, οὐ ξύλον, ἀλλὰ ξύλινον. Idem, Εἰ δέ τι ἐστὶ πρῶτον, ὃ μηκέτι κατ' ἄλλο λέγεται ἐκείνινον, τοῦτο πρώτη ὕλη. Ἐκείνινον appellat τὸ ἐξ ἐκείνου πεποιημένον, vt ξύλινον τὸ ἐκ ξύλου. Sic mihi videtur Cicero Lentulitatẽ & Appietatẽ in Epiſtolis dixiſſe, & Syllaturire, pro eo quod eſt proſcripturire: quæ voces ſunt fictitiæ, vt inquit Quintilianus. in quo genere ferme nihil non licet Græcis. Athen. lib. XIII, Ὁ δὲ μέγας Ἀλέξανδρος οὐ Θαΐδα εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ τὴν Ἀττικὴν ἑταίραν; περὶ ἧς φησὶ Κλείταρχος ὡς αἰτίας γενομένης τοῦ ἐμπρησθῆναι τὰ ἐν Περσεπόλει βασίλεια. Huic locutioni germana eſt illa Ciceronis, Hæc eſt enim vetus & Socratica ratio contra alte-

*Abiectior animi.*
*Diſcrucior animi.*
*Felix huius rei & hac re.*
*Magnam partem, &c.*
*Videretur.*
*Ὁμοίως τοῖς μάλιστα.*
*Vt qui veriſſimé.*
*Ὡς ἐδύνατο τάχιστα.*
*Ὅσον πλεῖστόν τις ἔδωκε.*
*Quantus pleniſſimus.*
*Ἐκείνινος.*
*Appietas. Lentulitas. Syllaturire.*
*Animaduertẽda locutio.*



rius opinionem diſſerendi. Vt enim ille ὡς αἰτίας γενομένης dixit, ἀντὶ τοῦ ὡς αἴτια ἐγένετο, ita hic diſſerendi pro diſſerere dixit. Sic Plinius libro XXXI. de aqua loquens, Eſt etiam vitiũ non fœtidæ modò, verùm omnino quicquam reſipiẽtis, iucundum ſit illud licet gratúmque. Idem, Mala ſunt ſigna vrinæ bullantis & craſſæ. Liuius, Proxima oratio fuit omnia permittentis arbitrio Romanorũ. id eſt, omnia ſe permittere deinde dixit arbitrio Rom. Alibi, Prima eius oratio fuit excuſantis. Quintilianus in quinto, Illud eſt vitium nimiũ ſoliciti, & circa omnia momenta luctantis. id eſt nimium eſſe ſolicitum, & circa omnia momenta luctari. Xenophon in ſeptimo ἑλληνικῶν, Ἔπειτα ἡγεῖτο Ἀρχίδαμος, καὶ διαβὰς ὅ,τι περ ἐδόκει ἔχειν κώλυμα, ἐπορεύετο ἐπὶ τοὺς ἀντιπάλους. ἐνταῦθα δὴ οἱ πῦρ πνέοντες, οἱ νενικηκότες τοὺς Λακεδαιμονίους, οἱ τῷ παντὶ πλέονες οὐκ ἐδέξαντο τοὺς περὶ τὸν Ἀρχίδαμον, ἀλλ' ἐγκλίνουσι. Hîc repetitio multiplex ſine coniunctionibus, qualis apud Ciceronẽ in Oratore, Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, nõ omnis ætas: nec verò locus, aut tempus, aut auditor omnis eodem aut verborũ genere tractandus eſt aut ſententiarum. Quo de genere Plutarch. meminit in Platon. quæſtion. Græci, Πεποίηταί μοι τοῦτο, ἀντὶ τοῦ ὑπ' ἐμοῦ, καὶ πέπρακται, καὶ λέλεκται, & ſimilia dicere ſolent: quod Cicero imitari volens, ſic ſcripſit in Finibus, Explicatum à nobis nõ modò quid nobis probaretur, ſed etiam quid à ſingulis diceretur. Alibi, Etſi mihi nullo modo probantur. Quintil. in I, Nam receptas hiſtorias, aut certè claris oratoribus memoratas expoſuiſſe ſatis eſt, τοῖς λογίμοις ἀπομνημονευομένας. Plato τοῖς Δίωνος οἰκείοις, Καὶ τὸν ἐπίλοιπον βίον ζῆν ἠθέλησε διαφερόντως τῶν πολλῶν Ἰταλιωτῶν τε καὶ Σικελιωτῶν, ἀρετὴν περὶ πλείονος ἡδονῆς τῆς τε ἄλλης τρυφῆς ἠγαπηκώς, Et reliquum vitæ poſtea viuere inſtituit præſtãtius aliis. Xenoph. in OEcon. Νὴ τὴν Ἥραν ἔφην ἐγὼ ὦ Ἰσχόμαχε, ἀρεσκόντως γέ μοι ταῦτα ποιεῖς. Sic Ariſtoteles de nidis auiũ loquens, Ἐπιτηδείως τοῖς τρεφομένοις. Hoc ſic dictum eſt, vt cõuenienter naturæ viuere, à Cicerone. Idem Xenophon, Καὶ πῶς ἔφην ἐγώ, διέταξας αὐτῇ; τί δὲ εἰ μὴ τῆς οἰκίας τὴν δύναμιν ἔδοξέ μοι ἐπιδεῖξαι αὐτῇ; Idem, Τί δὲ εἰ μὴ ὑπισχνεῖτό γε ἐπιμελήσεσθαι; Quid aliud tandem niſi ſe accuraturum pollicebatur? Cicero in Tuſculan. Nam quid aliud agimus cum ab omni negocio ſeuocamus animum, niſi animum ad ſeipſum vocamus? Hîc nihil deeſt. Quare illud Liuii ſimilius, Itaque illa nocte nihil aliud præterquam vigilatum eſt. hoc eſt, nihil aliud actum niſi vigilatum eſt. Idem, Claſſis ad inſulam ſe recepit, nihil aliud quàm depopulato hoſtiũ agro. Celſus, Itaque nihil niſi continẽdus eſt æger. Cicero rurſus pleno ſermone vſus, Ego quoq; hoc tempore nihil aliud agerem, niſi eum qui accuſatus eſſet defenderem. Vbi prius verbum deeſſe poteſt, hoc modo, Ego quoque hoc tempore nihil aliud niſi eum, &c. Sic Plutarchus, Εὐφυεῖς οὗτοι καὶ ὁμογλώσσοις ἐπαίδευον, εἰ μηδὲν ἄλλο, φωνῆς ἑλληνίδος συνιέντας. Et Lucianus, Ἡμεῖς δ' ἡσυχίαν ἄγοντες, οὐδὲν ἄλλο ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γιγνομένων παρηκολουθοῦμεν. Idem, Σὺ δὲ δὴ τί πρὸς τοῦτο; Διο. τί δὲ ἄλλο ἢ ἐγέλασα; Thucydid. in III, Ὑμεῖς δὲ εἰ κτενεῖτε ἡμᾶς, καὶ χώραν τὴν Πλαταΐδα, Θηβαΐδα ποιήσετε, τί ἄλλο ἢ ἐν πολεμίᾳ τε καὶ παρὰ τοῖς αὐθένταις, πατέρας τοὺς ὑμετέρους καὶ ξυγγενεῖς ἀτίμους γερῶν ὧν νῦν ἴσχουσι καταλείψετε; Græci τὸν

*Mala ſigna vrinæ bullãtis.*
*Cõuenientèr naturæ viuere.*
*Τί δὲ εἰ μή.*
*Quid aliud agimus niſi.*
*Nihil aliud quàm, &c.*
*Nihil niſi &c.*

*Εἰ.*

παρατατικὸν τῆς ὁριστικῆς, vel aliud tẽpus σὺν τῷ εἰ συνδέσμῳ iungunt, de præterito loquentes: túmque vim habet optatiui, vel optatiui certè loco ponitur, cum ἂν δυνητικὸς additur. Gregor. Εἰ μὲν οὖν ἐμείναμεν ὅπερ ἦμεν, ἐγενόμεθα ἂν ὅπερ οὐκ ἦμεν. Hîc non παρατατικῷ ſed ἀορίστῳ vſus eſt, quod idẽ eſt. Demoſth. Οὐ τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ, εἴ τι περὶ ἐμοῦ γέγραφε. Hîc ὑπερσυντελικῷ vſus eſt σὺν τῷ παρακειμένῳ, ſed qui vim habet τοῦ παρατατικοῦ. Sic Quintilianus in quinto, Sed mihi naturam intuenti nemo non vir ſpadone formoſior erit. neque tam auerſa vnquã videbitur ab opere ſuo prouidentia, vt debilitas inter optima inuẽta ſit. nec id ferro ſpecioſum fieri putabo, quod ſi naſceretur, monſtrũ erat, ὃ δὴ εἰ ἐγένετο, τέρας ἂν ἦν. Idem in VI, Si pulſaſſes, defendi non poteras: vulneraſti, εἰ μὲν γὰρ μόνον ἔτυψας, οὐκ ἂν εὗρω τὸν συνεργοῦντα. vel, οὐδεὶς ἂν σοι συνδραμεῖν ἠδ[illegible]. Idẽ in VIII, Quòd ſi iccirco fieret vt ſemper optimis vterentur, abominanda tamen

*Scelus quẽnã hic laudat.*

hæc infelicitas erat. id eſt fuiſſet. Terentius in Andria, Scelus quemnam hic laudat? Da. omnis res eſt iam in vado. id eſt ſceleſtus: neutrum cum maſculino iunxit, ad ſenſum reſpiciens, non ad vocem. Idem, Vbi illic eſt ſcelus qui me perdidit? Hoc à Græcis ſumptum. Dinarch. κατὰ Δημοσθένους, Ἐκεῖνοι ἦσαν ἐκεῖνοι ὦ Ἀθηναῖοι, ἄξιοι σύμβουλοι καὶ ἡγεμόνες ὑμῶν καὶ τοῦ δήμου. μὰ Δί' οὐ τὰ τοιαῦτα κινάδη, οἳ πεποιήκασι μὲν οὐδὲν οὐδὲ πράξουσιν ἀγαθὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως. Demoſthen. περὶ στεφάνου, Οὓς σὺ ζῶντας μὲν ὦ κίναδος κολακεύων παρηκολούθεις, τεθνεῶτας δ' οὐκ αἰσχύνῃ κατηγορῶν. Idem, Καὶ ταῦτ' ἔλεγεν ἡ μιαρὰ καὶ ἀναιδὴς κεφαλή, ἐξεληλυθὼς τῇ προτεραίᾳ παρὰ Ἀριστάρχου.

*Ἡ μιαρὰ κεφαλὴ ἐξεληλυθώς.*

Quod ab Homero ſumptum. vt Odyſſ. λ, in Necyia, ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο χρύσεον σκῆπτρον ἔχων. Et Iliados λ, Ἐλθὼν γὰρ ἐκάκωσε βίη Ἡρακληείη. ἀντὶ τοῦ Ἡρακλῆς. Plutarch. in Demetrio, ἦγε δὲ πεζοὺς μὲν ἑπτακισμυρίων πλείους, ἱππεῖς δὲ μυρίους. τῶν ἐναντίων ἐχόντων πεζοὺς μὲν ἑξακισμυρίους καὶ τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντακοσίοις τῶν ἐκείνου πλείονας, equites autem quingentis plures quàm ille. hoc eſt πεντακοσίοις πλείονας. Huius ſchema ſimile eſt apud Latinos frequentiſſimum.

*Ne minus dimidiũ ad illũ perueniret. Capta ampliꝰ duo millia.*

Cicero in Verrem, Iurarent ſe curaturos ne minus dimidium ad illum perueniret. id eſt ne minus dimidio. Et in Philipp. Ne exercitum propius vrbẽ millia paſſuum ducenta admoueret. Liuius, Capta amplius duo millia hominum, minus duo millia circa muros cæſa. Tranq. in Calig. Eliſique per eum tumultum XX. amplius equites Rom. Varro, Agrum enim minus dena mil. reddere, villam plus vicena. Cato, Ne plus quatriduum in ſole ſiueris. Qua in locutione quàm vel quid ſimile ſubaudiendũ. vt in illa Ciceronis aliquid deeſſe videtur. ſic enim ſcribit ad Lentulũ, Iccirco naues onerarias quarum minor nulla erat duûm mil. amphorarũ, contractas in Lycia, à claſſe obſideri. Liuius, Paulo plus XX. milliũ alius exercitus fuit. hoc eſt paulo plus numero XX. mil. vel quàm XX. millia. Idem Cicero in ſecundo de Legibus, Nam rogũ buſtúmve nouũ vetat propius

*Plus ſatis.*

ſexaginta pedes adiici ad ædes alienas. Sic plus ſatis Cicero ad Atticum lib. XXII. dixit, pro pluſquã ſatis, Habes in Hoſtienſi puſillũ loci, ad hanc

*Ad incerta fortunæ venenũ erat.*

rem tamen plus etiã ſatis. Liuius, Ad incerta fortunæ regio more venenũ erat. Idẽ, Primis tenebris trãquillò peruectus Chalcidẽ, quà infrequẽtiſſi-



ma vrbis ſunt, turrim ſcalis capit. Alibi, In immenſum altitudinis deiecit. Sic Pauſ. Ἐπὶ μέγιστον δόξης ἐλθὼν πάντων τῶν κιθαρῳδῶν. Idem, Ἐπὶ μέγα δυνάμεως προελθόντες.

*Ἐπὶ μέγα δυνάμεως προελθόντες.*

Idem, Ἐλθόντες ἐπὶ μέγα ἀπεχθείας. Plutarch. Σύλλας δὲ ἑώρα τὸν μὲν ὁρῶν εἰς ὅσον δόξης προέλθοι καὶ δυνάμεως. Apud Latinos autem non legi hanc quam ſubiiciam locutionem. Greg. Εἶτ' ἐνέπαιζον ὅσα βουλομένοις ἦν, illuſerunt arbitratu ſuo.

*Ὅσα βουλομένοις ἦν.*

Admonuit me tamen vir mihi amicus loci apud Tacitum lib. I, Vt bellum quibuſque inuitis aut volentibus erat. Et in vita Agricolæ, Quibus bellum volẽtibus erat. Xenoph. in IIII. ἑλληνικῶν, Τί οὖν ἔφη, οὐ πυνθάνῃ εἰ καὶ ἐκείνῳ βουλομένῳ ταῦτ' ἐστί; Quin igitur ſciſcitaris an hæc illi conditio placeat?

*Οὐκ ἦν βουλομένῳ μοι ταῦτα.*

Idem in V, ἦν δὲ οὐ τῷ Ἀγησιλάῳ ἀχθομένῳ ταῦτα, Hæc nõ inuito nec dolente Ageſilao fiebant. Idem in IIII. παιδείας, Ὑμεῖς γὰρ οὐκ ἐπιθυμοῦντες τῆς ἐξόδου, ἠρωτήσατε εἰ ἐξίοιτε, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνου κελευσθέντες ἐξιέναι, ὅτῳ ὑμῶν μὴ ἀχθομένῳ εἴη, ſi quis veſtrum ire non grauaretur.

*Ὅτῳ μὴ ἀχθομένῳ εἴη.*

Plato in Phædone, Ὅθεν δὲ ἀπελίπομεν ἐπανέλθωμεν, εἴ σοι ἡδομένῳ ἐστί. Idem alibi, Ἀλλ' ὅρα εἴ σοι βουλομένῳ εἴη ἃ λέγω. Antiph. Ἐὰν ὑμῖν ἡδομένοις ᾖ, Si hoc vobis gratũ eſt. Iliad. ξ, Νῦν δ' εἴη ὃς τῆσδέ γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι ἢ νέος ἠὲ παλαιός, ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη. Quemadmodum apud Græcos nõ memini eſſe ſimilẽ huic locutionem, id ætatis homo, & id temporis.

*Id ætatis. Id temporis.*

Cic. lib. V. Tuſcul. in principio, Maximéq; quòd is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ. Liuius, Admonitus ab amicis vt ſe purgaret quòd id tẽporis veniſſet. Cicero in Verrem, Hominẽ id ætatis minimè litigioſum quàm tumultuoſiſſimè aggrediũtur, ἀνθρώπῳ κατ' ἐκεῖνο τῆς ἡλικίας γεγονότι, ὡς θορυβωδέστατα ἐπιχειροῦσι. vel, ἀνθρώπῳ εἰς τοῦτο τῆς ἡλικίας ἥκοντι ἐπιφύονται. Plaut. Quid ætatis tibi videor? πηλίκος σοι εἶναι δοκῶ; vel πόσος τὴν ἡλικίαν.

*Quid ætatis, &c.*

Tacitus, Romanorum nemo id auctoritatis aderat, vt promiſſa eius magni penderẽtur, εἰς τοῦτο ἀξιώματος ἥκων.

*Id auctoritatis*

Cicero in ſecundo de Orat. Per mihi ſcitum videtur C. Mummium quiduis temporis hominem eſſe, ἄνθρωπον ἀεὶ τὸν αὐτὸν εἶναι. vel, ἄνθρωπον εἶναι ἐπὶ πᾶν τοῦ καιροῦ ἐπιβάλλοντα. vel, καθ' ὁντινοῦν δήποτε καιρὸν χρήσιμον.

*Quiduis temporis homo.*

Simile eſt Id genus, pro eius generis. Cicero ad Atticum libro XIII, Scis me antea orationes aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, vt Varronem nuſquam poſſem intexere.

*Id genus, pro eius generis.*

Quod genus, pro cuius generis. Idem in Rhetoricis, Hiſtoria eſt res geſta, ab noſtræ ætatis memoria remota: quod genus eſt, Appius indixit Carthaginenſibus bellum.

*Quod genus, &c.*

Sic omne genus, pro omnis generis. Quæ eodem penè ſchemate formata ſunt, vt illud Homericum, οὔτι με ταύτης χρεὼ τιμῆς, de quo ſuprà dictũ eſt. In Quoad eius facere poſſum, eius παρέλκει, vt in ἑκὼν εἶναι, & in aliis de quibus diximus.

*Quoad eius facere poſſum*

Cicero ad Craſſum, Vt quoad eius fieri poſſit, præſentiæ tuæ deſiderium meo labore minuatur, ὡς ἐνδέχεται μάλιστα. Liuius, Sed vt eos prohiberet quoad eius ſine bello poſſet, Prætori mandauit.

*Quoad eius poſſet.*

*Ὅτι παρέλκον.*

Ὅτι etiã παρέλκει apud Græcos. Demoſth. περὶ παραπρεσβείας. Ἀκούειν δὲ καὶ τῶν Εὐβοέων ἔφη τεταραγμένων καὶ λεγόντων, ὅτι οὐ λελήθατε ἡμᾶς ἄνδρες πρέσβεις, ἐφ' οἷς πεποίησθε τὴν εἰρήνην πρὸς Φίλιππον. Idẽ, Ὡς δὲ ἀκούειν οὐκ ἠθέλετε, ἡσυχίαν ἔσχον, τοσοῦτον διαμαρτυράμενος, ὅτι ταῦτα οὔτε οἶδα, οὔτε κοινωνῶ. Niſi ὅτι abundaret, dixiſſet ὅτι ταῦτα οὔτ' ᾔδειν, οὔτ' ἐκοινώνουν. Sic alibi, Οὐδὲ γὰρ εἶχε καλῶς εἰπεῖν, ὅτι ἀλλ' ἔχουσιν ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, Neque enim honeſtum erat

dicere, at verò ille & ille munera iam à nobis habent. Idem, Ἔλεγε τοίνυν ποτὲ πρὸς τοὺς δικαστάς, ὅτι ἀπολογήσεται δὲ Δημοσθένης ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ κατηγορήσει τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων. Hoc eſſe ἰδίωμα ἑλληνικὸν ignoraſſe videtur interpres Apocalypſeos, qui cap. III. ita vertit hæc verba, ὅτι λέγεις ὅτι πλούσιός εἰμι, καὶ πεπλούτηκα, καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω, quia dicis quòd diues ſum, & locupletatus: & nullius egens. Qui locus ita ab iis qui Græcè neſciunt, exauditur, quaſi de Deo peccator, non de ſeipſo loquatur. quare illud quòd perperã additũ eſt, quia Latinè loquẽtiũ proprius ſermo nõ admittit vt ſic loquamur vt Græci. Legẽdũ igitur, Quia dicis, diues ſum. hoc eſt diuitiis tuis inniteris. Huiuſmodi infinita ſunt loca in Euangelio, in quibus interpres antiquus quia pro quòd poſuit, vbi nec quia nec quòd vertendũ fuit. vt Ioan. cap. x, Amẽ dico vobis quia ego ſum oſtium ouiũ. Vbi quia omnino ſuperuacaneũ eſt.

*Ὡς παρέλκον.*

Ὡς etiam pro ὅτι itidẽ παρέλκει, vt κατὰ Μειδίου, Οὗτος οὗτος ὡς ἀπήλλαγμαι περιιὼν λογοποιεῖ, ἔνδηλοί τινες ἦσαν ἀχθόμενοι. Illud enim ἀπήλλαγμαι dicitur in perſona Mediæ, ἡνίκα ὅτε ἐψεύδετο λέγων, διελύσατό μοι Δημοσθένης, mecum decidit Demoſthenes, καὶ ἀπηλλάγην τοῦ κινδύνου.

*Ἠθοποιΐα.*

Eſt enim ἠθοποιΐα & imitatio loquentis, quam Aphthonius inter progymnaſmata ponit. vt paulo pòſt, Καὶ ταῦτα πάντα ἐποίει δηλονότι, οὐδὲν ἄλλο ἐνδεικνύμενος, ἢ ὅτι οὐδὲν ἐγὼ πέπονθα ὑπὸ τῆς χειροτονίας, οὐδὲ δέδοικα οὐδὲ φοβοῦμαι τὸν μέλλοντα ἀγῶνα, nec populi præiudicium, nec iudicium iudicum formido ego Medias. Thucyd. Εἰ μὲν γὰρ ἀμαθίαν κατητιῶντο, ὁ μὴ πείσας, ἀξυνετώτερος ἢ ἀδικώτερος ἀπεχώρει. Halicarnaſſ. de Areopagitico Iſocratis, Οὐ μέντοι παντάπασί γε τὴν ἰσοκράτειον ἀγωγὴν ἐκβέβηκεν, ἀκαρῆ δέ τινα διασώζει τῆς κατασκευῆς καὶ σεμνολογίας ἐκείνης ἐνθυμήματα, καὶ ποιητικώτερα μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἀληθινώτερα.

*Ποιητικώτερα μᾶλλον ἢ ἀληθινώτερα.*

*Cautior quã promptior.*

Liuius, Acrior animis atq; impetu, quàm cõpoſitior vllo ordine pugna fuit. Idem de Fabio Maximo, Cautior tamẽ quàm prõptior hic habitus fuit. Cic. pro Mil. Non timeo iudices, ne odio inimicitiarũ mearum inflãmatus, libentius hæc in illum euomere videar quàm verius. Iuſtinus de Alcibiade, Certant ſecũ Atheniẽſes vtrũ contumelioſius eũ expulerint, an reuocauerint honoratius.

*Ἄριστα ἑαυτοῦ τότε διελέχθη.*

Illud autem Latini imitari eadẽ loquendi forma non poſſunt, Ἄριστα ἑαυτοῦ τότε διελέχθη. cuiuſmodi eſt illud Demoſthenis pro Cteſiph. Οὐ γὰρ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ, οὐδ' ἐπὶ τούτοις μέγιστον τῶν ἐμαυτοῦ φρονῶ, neque ex hoc maximè cenſeri me velim inter ea quæ ego in publicum contuli. neque hoc nomine maximè cenſeri me de Repub. meritum volo, vt quidem ſunt reliquæ meæ actiones: neque eo nomine imprimis mihi placeo. Baſil. de ſolſtitio loquens, ὅτε καὶ φλογωδέστατός ἐστιν ἑαυτοῦ ὁ ἥλιος. Plutarch. Αὐτὸς αὑτοῦ κράτιστος ἐν τῷ μονομαχεῖν, Seipſum vincẽs in ſingulari certamine. id eſt in eo genere maximè pollens. in ea pugna ſeipſo longè melior.

*Ἐλάττων ἢ κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν.*

Illud autem planè apud vtroſque ſimile, quale eſt Iſocratis in Buſir. Ἐλάττω νομίσας τὴν ἀρχὴν ἢ κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν εἶναι, inferiorem quàm pro ſuo ingenio atque animo. Ariſtot. in III. Politic. Ἀλλ' οὐκ ἔτι τοῦτο ῥᾴδιον πιστεῦσαι. χαλεπὸν γάρ, καὶ μείζονος ἀρετῆς ἢ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν. Illud autem modo tãtum verbi diſſimile, cuiuſmodi eſt id Syneſianum quod ſequitur,

*Κρείττους ὄντες ἢ ἁλῶναι.*

Καὶ διώξαντες κατὰ κράτος, ὡς ἔγνωσαν κρείττους ὄντας ἢ ἁλῶναι, ἐκέλευσαν ἀπαγγέλλειν ἡμῖν, poſtquam intellexerunt validiores eſſe quàm vt à ſe vincerentur, vel vinci poſſent. Vel potius idẽ modus eſt, ſed ſupplendũ verbum δύνασθαι, vel aliud ſimile.



*Ὑπερθετικὸν ἀντὶ τοῦ συγκριτικοῦ.*

Attici etiam ſuperlatiuo interdum pro comparatiuo vtuntur, cuius apud Latinos exemplũ non inuenitur. Ariſtot. in IIII. de Generat. animal. Ὅσα δὲ τῶν ζώων πλεῖστον προΐεται σπέρμα ἢ εἰς ἑνὸς ζώου ἀρχήν, οὐκ ἐνδέχεται ἐκ ταύτης ἓν γίνεσθαι πάσης, id eſt πολλῷ πλεῖον. Idem, Διὸ καὶ κινητικώτατά ἐστι κυούμενα τὰ ἄρρενα τῶν θηλέων, id eſt κινητικώτερα. Plato lib. IX. de Repub. Οὐκοῦν αὖ ὁ τὰ δίκαια ποιεῖν λέγων λυσιτελεῖν, φαίη ἂν δεῖν ταῦτα πράττειν καὶ ταῦτα λέγειν, ὅθεν τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος ἔσται ἐγκρατέστατος, id eſt longè potentior. vt illud κινητικώτατα, longè mobiliora.

*Maior prætoria cognitione ſumma eſt.*

Illa autem locutio, Maior prætoria cognitione ſumma eſt, apud Quintilianũ, & exceptione maior, quam Laurentius improbare videtur, à Græcis ſumpta, apud quos eſt vſitata. Plut. in Antonio, Ἐντυχὼν δὲ παρασκευῇ λόγου κρείττονι, μάλιστα τῶν φώτων τὸ πλῆθος ἐξεπλάγη.

*Λόγου κρείττων παρασκευή.*

Iſocr. Προσποιούμενοι χρημάτων εἶναι κρείττους. Ariſtot. in v. Politic. Ὡς τῆς φύσεώς ποτε φυούσης φαύλους, καὶ κρείττους τῆς παιδείας. ἐνδέχεται γὰρ εἶναί τινας οὓς παιδευθῆναι καὶ γενέσθαι σπουδαίους ἄνδρας ἀδύνατον.

*Κρείττων τῆς παιδείας.*

κρείττους τῆς παιδείας vocat quos doctrina emẽdare non poteſt, quaſi validiores & ſuperiores doctrina. Thucyd. Φιλόπολίς τε καὶ χρημάτων κρείσσων. Idem, Γενόμενον γὰρ κρεῖσσον λόγου τὸ εἶδος τῆς νόσου, τά τε ἄλλα χαλεπωτέρως ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν προσέπιπτεν ἑκάστῳ. de peſte inauditæ ſæuitiæ loquens. Greg. in I. κατὰ Ἰουλ. Τί τοῦτο ὦ θειότατε βασιλέων καὶ φιλοχριστότατε. ἵνα ταύτην ἐβουλεύσω βουλήν. προσάγομαι γὰρ ὡς παρόντι καὶ ἀκούοντι μέμψασθαι, καὶ εἰ πολὺ κρείττονα γινώσκω τῆς ἡμετέρας μέμψεως, μετὰ θεοῦ τεταγμένον, etiam ſi maiorem & ſuperiorem eſſe ſcio quàm vt à nobis reprehendi debeat, hoc eſt iam inter beatos adoptatum.

*Λόγων στερρότερος.*

Idem de Baſilio, Κρείττων ἀπειλῶν ὁ ἀνήρ, λόγων στερρότερος, πειθοῦς ἰσχυρότερος. Herodot. in vlt. Τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος, ὥστε τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς, πρό τε τοῦ θανάτου πισσούμενος πολλά τε καὶ λυγρά, ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου.

*Μέζον λόγου ἔργον.*

Athen. Ἁπάντων καταφρονῶν Σωκράτης, τοῦ Ἀλκιβιάδου κάλλους ἥττων ἐστίν. Herodian. Καὶ πάντα μὲν ἐνθύμως πράττων, ὀργῆς τε ἥττων ὤν.

*Ἥττων ὀργῆς.*

*De comparatiuo.*

Latius tamẽ patet vſus comparatiui apud Græcos quàm apud noſtros. Ariſtot. in VI. Ethic. Ὥστε δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων ἢ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις, οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων, Itaque aſſentiri oportet ſententiis & opinionibus ſeniorum, expertorum & prudentium, non minus quàm demonſtrationibus, id eſt ἴσα καὶ ἀποδείξεσι. Idem in nono, Εἰ δὲ κάλλιον εὖ ποιεῖν φίλους ὀθνείων, τῶν εὖ πεισομένων δεήσεται ὁ σπουδαῖος, Si honeſtius eſt amicos quàm alienos beneficio afficere. Quo modo ſermonis Latinis vocibus abſurdè diceretur. Idem in decimo, Εὔλογον δὲ τοῖς εἰδόσι, τῶν ζητούντων ἡδίω τὴν ἀγωγὴν εἶναι, Atqui rationi conſentaneum eſt, ſcientium vitam ſuauiorẽ quàm indagantium eſſe. Idem in 2. Politic. de Platonis politia loquens, Γινομένη τε μία, μᾶλλον οἰκία μὲν ἐκ πόλεως, ἄνθρωπος δ' ἐξ οἰκίας ἔσται. μᾶλλον γὰρ μίαν τὴν οἰκίαν τῆς πόλεως φαίημεν ἄν, καὶ τὸν ἕνα τῆς οἰκίας, potius enim diceres vnam eſſe domũ quàm ciuitatem, vnúmque eſſe hominem quàm domum vnam, in qua ciuitate nihil non eſſet commune: id quod Plato in Repub. ſua inſtituit. Et in primo τῶν μετὰ τὰ φυσ. Ἀλλ' ὅμως τό γε εἰδέναι καὶ τὸ ἐπαΐειν τῇ τέχνῃ τῆς ἐμπειρίας ὑπάρχειν οἰόμεθα μᾶλλον, καὶ σοφωτέρους τοὺς τεχνίτας τῶν ἐμπείρων ὑπολαμβάνο-

μὲν, id eſt, Scire & intelligere arti ineſſe & cõpetere magis cẽſemus quàm experientiæ. Et in Probl. ſect. duodeuiceſima, Διὰ τί τοῖς παραδείγμασι χαίρουσιν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τῶν ἐνθυμημάτων, exemplis magis gaudent homines quàm ſententiis argumentíſque oratoriis. Secundum quem modum loquendi dictum eſt illud ab Horatio in Arte, Vt qui cõducti plorant in funere, dicunt Et faciunt propè plura ex animo dolentibus. Per ſuperlatiuũ autem & Græci & Latini hoc modo loquendi vtuntur. Iſocr. περὶ εἰρήνης, πῶς οὖν, εἴπερ οὕτω κακῶς βουλευόμεθα, σωζόμεθα, καὶ δύναμιν οὐδεμιᾶς πόλεως ἐλάττω κεκτημένοι τυγχάνομεν. pot etiam nulla ciuitate minorẽ dixit, pro eo quod eſt, nullius ciuitatis potentiæ noſtra minor eſt potentia. Laërt. in Antiſthene, Τὸν δίκαιον ἔλεγεν περὶ πλείονος ποιεῖσθαι δεῖν τοῦ συγγενοῦς, pluris æſtimare quàm propinquum. Demoſth. de reditu ſuo ad Athenienſes, Ἐπ' οὐδενὶ γὰρ τῶν πεπραγμένων ἠδικηκότα με εὑρήσετε, ἀλλὰ καὶ εὔνουν τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ τοῖς μάλιστα ὁμοίως, ἵνα μηδὲν ἐπίφθονον γράψω, καὶ πλεῖστα πεπραγματευμένον τῶν νυνὶ ζώντων, ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ μέγιστα ὑπάρχοντά μοι τῶν κατ' ἐμαυτὸν σύμβολα εὐνοίας πρὸς ὑμᾶς, & qui plurima è re veſtra egerim omnium huius ætatis, vel omniũ

*Περὶ τῶν ἀριθμικῶν. De numeralibus.*

qui nunc viuunt. In numeralibus etiam Græcos noſtri ſecuti ſunt: dicunt enim δυοῖν δέοντα ἑκατὸν ἔτη, vt Plinius vndecentenis pedibus dixit lib. XXXVI. cap. VIII. Alibi vndequadragenûm pedũ. Et Cicero pro Milone,

*Δυοῖν δέοντα ἑκατόν.*

Vndequinquageſima die totam ad imperium populi Rom. Siciliam adiũxit. Liuius, Duodequadrageſimo ferme anno ex quo regnare cœperat.

*Δυοῖν δέοντα εἴκοσι.*

Demoſth. Δυοῖν δέοντα εἴκοσί ἐστιν ἐξ οὗ ἐνείμω τὰ πατρῷα. Idem κατ' Ἀφόβου, Εἰσφορὰς δὲ εἰσενηνοχέναι λογίζονται, δυοῖν δεούσας εἴκοσι μνᾶς. Idem, Πεντήκοντα μιᾶς δεούσης ἔλαβε τριήρεις. Xenoph. Δυοῖν δεούσαιν εἴκοσι ναυσί. Dicitur etiam Δυοῖν λεί-

*Δυοῖν λείποντα*

ποντα. Polyb. in III. hiſtor. Ταῦτα δ' ἐστὶ πρότερα τῆς Ξέρξου διαβάσεως εἰς τὴν Ἑλλάδα τριάκοντ' ἔτεσι λείπουσι δυοῖν. Dicitur & de pluribus. Pauſ. in I. Eliacôn,

*Τριῶν δέοντα.*

Καὶ σφίσιν ἀφ' οὗ γῆν παρὰ βασιλέως ἔχουσιν, εἴκοσιν ἔτη καὶ διακόσια τριῶν δέοντα ἦν ἐς ἐμέ. Præponunt etiã inferiorem numerũ plærunque ſupra viginti, & vice verſa ſupra centum, vt Latini ſolent facere, ſi quidem addatur copulatiua: vt Laurentius docuit in tertio. Athen. Ἑκατὸν γὰρ καὶ τεσσαράκοντά εἰσι πρὸς ταῖς τέσσαρσι. de libris Damaſceni loquens. Idem, Ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς ταῖς εἴκοσι, primo & viceſimo libro. Idem, Ἐν τῇ τρίτῃ καὶ τριακοστῇ. Alibi, Ἐν τῇ τριακοστῇ δευτέρᾳ, triceſimoſecundo vel altero libro. Et ἐν τῇ τριακοστῇ ἐνάτῃ. Alibi, Ἐν ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν. Xenoph. Πέντε καὶ εἴκοσι διαγέγονεν ἔτη. Demoſth. Πέντε καὶ εἴκοσι δραχμῶν. Xenoph. ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα νῆες. Idem, ἦν δὲ ὀλυμπιὰς τρίτη καὶ ἐνενηκοστή. Dinarch. Τέτταρα γὰρ τάλαντά ἐστι καὶ ἑξήκοντα ἤδη εὑρημένα. Cicero in Catone, Vno & octogeſimo anno. quod Gaza πρώτῳ καὶ ὀγδοηκοστῷ ἐτελεύτησεν ἔτει dixit. Alibi, Quarto & nonageſimo anno. Gaza, τετάρτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ. At vbi Cicero, Cẽtum & ſeptem compleuit annos: ipſe, ἑπτὰ καὶ ἑκατὸν ἔτη διετέλεσε, vertit. hoc tamen non eſt perpetuũ. AEſch. περὶ παραπρ. Ἔτη γὰρ ἤδη βεβίωκεν ἐνενήκοντα καὶ τέτταρα. Sic Tranquill. in Auguſt. Obiit in cubiculo eodem quo pater Octauius, ſeptuageſimo & ſexto ætatis anno, diebus quinque & triginta minus. Idem in Nerone, Obiit trigeſimo & ſecundo ætatis anno. Contrà in Galba, Obiit tertio & ſeptuage-



ſimo ætatis anno. Et in Tyberio, Octauo & ſeptuageſimo. Rurſus in Othone, Triceſimo & octauo ætatis anno, nonageſimo & quinto imperii die. Varro etiam octoginta & vna non ſemel dixit. & Cicero pro Cluentio, triginta & duo dixit. Demoſthenes περὶ συμμοριῶν, ἑκατὸν καὶ εἴκοσι dixit. Idẽ in I. κατ' Ἀφόβου, Μαχαιροποιοὺς μὲν τριάκοντα καὶ δύ' ἢ τρεῖς, vt AEſchines dixit. Idem, Τοῦτο τοίνυν ὃ μὲν οὐκ ἀθρόον ἐλήφθη, σχεδὸν εἰσὶν ἑβδομήκοντα μναῖ καὶ ἑπτά, ἡ πρόσοδος ἣν ἀπὸ τῶν ἀνδραπόδων. Idem, Τὴν μὲν τοίνυν προῖκα ἀπὸ τῶν ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτὰ μνῶν λογιστέον. Ante centenarium etiam minorem numerũ poſuit, vt in his verbis, Λαβεῖν γὰρ ἐκ τῶν ἐμῶν ὁμολογοῦσιν, οὗτος μὲν ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μνᾶς, Θηριππίδης δὲ δύο τάλαντα. Ante millenariũ etiam minor numerus inuenitur. Idem περὶ συμμοριῶν, Καὶ τί τοῦτ' ἐστὶ πρὸς διακοσίας καὶ χιλίας καμήλους, ἃς βασιλεῖ τὰ χρήματ' ἄγειν φασὶν οὗτοι; Idem, Ἐχόντων δὲ ἡμῶν οὕτω καὶ προεξῳρμημένων, τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους ἀναπληρῶσαί φημι χρῆναι. Herodot. de Xerxis exercitu loquens, Σύμπλοος δὲ τοῦ στρατοῦ τοῦ πεζοῦ ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες. τῶν δὲ τριήρεων ἀριθμὸς μὲν ἐγένετο ἑπτὰ καὶ διηκόσιαι καὶ χίλιαι. Alibi aliter, Καὶ δὴ τότε ἔκ τε τῶν νεῶν καὶ τοῦ πεζοῦ πλῆθος συντιθέμενον γίνεται, διηκόσιαί τε μυριάδες καὶ τριήκοντα καὶ μία. Idem, Ἐκ μέν νυν τουτέων τῶν νεῶν ἄνδρες τετρακισχίλιοι καὶ δισμύριοι γίνονται. Et paulo pòſt, Γίνονται ἀνδρῶν αἱ πᾶσαι μάχιμοι μυριάδες διηκόσιαι καὶ ἑξήκοντα καὶ τέσσαρες. Athen. lib. IIII. de Alexandro magno loquens, Καὶ ἀνηλίσκετο εἰς τὸ δεῖπνον τάλαντα τετρακόσια. γίνεται δὲ ταῦτα ἰταλικοῦ νομίσματος ἐν μυριάσι διακοσίαις τεσσαράκοντα. αὗται δὲ εἰς μυρίους πεντακοσίους μεριζόμεναι ἑκάστῳ ἀνδρί, γίνονται ἀνὰ ἑκατὸν ἑξήκοντα ἰταλικοῦ νομίσματος. Plato in Timæo, Ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους, ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων, πρὸς τρία καὶ τεσσαράκοντα καὶ διακόσια. Plut. aliter, Θνήσκει δὲ Καῖσαρ τὰ μὲν πάντα γεγονὼς ἔτη πεντήκοντα καὶ ἕξ. Ariſtotel. in 2. OEcon. Αὐτὸς τάξας τριάκοντα καὶ δύο δραχμὰς τοῦ σίτου τιμήν. Et in 2. de hiſtor. animal. Κύει δὲ ἑξήκοντα καὶ μίαν, ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας. Xenophon etiã variè vſus eſt in primo Ἑλληνικῶν, Στρατεύσαντες εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τριήρεσι. Idem, Δυοῖν καὶ εἴκοσιν ἐτῶν τῷ πολέμῳ παρεληλυθότων. Idem in eodem, Διώκων ναυσὶν ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα. Rurſus, Ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα. Plutarch. de Virtutibus mulierum, Οὐ μὴν ὥς ἔνιοι μυθολογοῦσιν, ἀπέκτεινε ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτακοσίους πρὸς τοῖς ἑπτακισχιλίοις. Plato etiam variè in IIII. de Legibus, Γαμεῖν δὲ ἐπειδὰν ἐτῶν ᾖ τις τριάκοντα, μέχρις ἐτῶν πέντε καὶ τριάκοντα. Et paulo inferius, Μὴ γαμῶν δὲ ἔτη τριάκοντα γεγονὼς καὶ πέντε, ζημιούσθω. Syneſ. nouo modò, Σταδίους ἑκατόν που πρὸς τοῖς τριάκοντα. Idem alibi cõuenientius, Νομίσματα ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν. At verò infra numerũ vicenariũ Latini etiam variè vtuntur. Cicero pro Lege agraria, Iubet creari decẽ viros per tribus ſeptemdecem. quo modo etiã Cæſar locutus eſt, pro decẽ & ſeptẽ. Alibi tamen ſeptemdecim legitur in Verrem. Idem pro Roſcio, Decẽ & tres fundos reliquit. Et pro Cluent. In conſiliũ erant ituri iudices triginta & duo. ſententiis decem & ſex abſolutio cõfici poterat. Celſus lib. VII, Ex virilibus fiſtulis maxima decem & quinque eſt digitorũ: media, duodecim. Græci numerũ inferiorem hoc modo præponũt. Demoſth. Τρίτῃ ἐπὶ δεκάτῃ τοῦ σκιρροφοριῶνος ἥκομεν. Alibi, Ἐλαφηβολιῶνος ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα. Præponunt etiam aliàs inferiorem infra vicenarium. Τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα ἔτη

ἐνέμειναν αἱ σπονδαί, Thucydides inquit. Et alibi, Πέμπτῳ δὲ καὶ δεκάτῳ ἔτει. Syneſ. Ἐννεακαιδεκέτη. Idem δυοκαίδεκα ἀντὶ τοῦ δώδεκα dixit, Ναυτῶν ὄντων δυοκαίδεκα τῶν

*Ὀκτωκαιδεκέτης. Πεντεκαιδεκήρης.*

πάντων. Demoſth. Συνέβη γάρ μοι ὀκτωκαιδεκέτῃ γῆμαι. Diodor. Ὀκτωκαιδεκαπήχεις δοκοί. Δωδεκαέτης, & τεσσαρεσκαιδεκαέτης, Lyſ. Πεντεκαιδεκήρης ναῦς à Plutarcho dicta eſt in Demetrio. Πεντηκονταέτης à Platone, Τὸ ἀπὸ τούτου γυναικὶ τῇ

*Πεντεκαιπεντηκονταέτης.*

πόλει, μέχρι πεντεκαιπεντηκονταέτους, quod verbum ὑφ' ἓν legendum eſt, vt εἰκοσαέτις, τεσσαρακονταέτις γυνὴ in quinto τῆς πολιτείας, Γυναικὶ μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, ἀρξαμένῃ ἀπὸ εἰκοσαέτιδος μέχρι τεσσαρακονταέτιδος τίκτειν τῇ πόλει. In maſculino autē etiā πεντηκοντούτης dicitur. Idē in Timæo, Τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν.

*Ἑπτακαιεικοσαπλάσιος.*

ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσαπλασίαν. Idē lib. IX. τῆς πολιτείας, Οὐκοῦν ἐάν τις μεταστρέψας, ἀληθείᾳ ἡδονῆς τὸν βασιλέα τοῦ τυράννου ἀφεστηκότα λέγῃ, ὅσον ἀφέστηκεν ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις, ἥδιον αὐτὸν ζῶντα εὑρήσει τελειωθείσῃ τῇ πολλαπλασιώσει, ſeptingenties vicies nouies, vel nouies & vicies ſupra ſeptingenties. Theophraſt. in VII, Ἀλλὰ τὸ μὲν, ἐννεακαιδεκαταῖον φύεται, ἐνιαχοῦ δὲ εἰκοσταῖον, γήθυον δὲ δεκαταῖον.

*Τριημιχοίνιξ. Πενθημιχοίνιξ.*

Idem in eodem, Σημεῖον δὲ λέγουσιν, ὅτι οἱ μὲν ἀθληταὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τριημιχοίνικα μόλις ἀναλίσκουσιν, Ἀθήναζε δὲ ὅταν ἔλθωσι, πενθημιχοίνικα ῥᾳδίως, In Bœotia quidem ſeſquichœnicem vix abſumunt: at cum Athenas venerūt, facilè duas chœnices & ſemiſſem.

*Τριημιπόδιον.*

Sic τριημιπόδιον, ſeſquipes. Xenoph. Ἤδη τινὰ εἶδες βόθυνον ἐλάττονα ποδιαίου; οὐ μὰ Δί' ἔφην ἔγωγε τριημιποδίου. Tacitus

*Vnaetuiceſimani. Sextadecimani. Duoetuiceſimus.*

Græcorum imitatione dixit, Primani ſtratis vnaetviceſimanorum principibus, aquilam abſtulere. Alibi, Sextadecimanos duodeuiceſimanóſque læuum cornu compleſſe. Et rurſus alibi, Abduxit Alexandria duoetuiceſimanos tertianóſque. Inde illud, duoetviceſimo anno mortuus, ex annalibus Fabii, cuius meminit Gellius libro quinto. Plinius libro ſecūdo, Quātas enim dimetiēs habeat ſeptimas, tantas habere circulū duoetviceſimas, tanquā planè à perpendiculo menſura cæli cōſtet. Græci etiam dicunt, Ἐξῆλθον ἤδη ἔτος τρίτον, vt Demoſthenes, Ἐξῆλθον ἔτος τουτὶ τρίτον εἰς Πάνακτον. quod Latini dicunt, annum abhinc tertium. Idem, Ἔχοντος δέ μου οὕτως ὡς λέγω, κατέπλευσαν δεῦρο τρίτον ἔτος οὗτός τε καὶ Παρμένων. Cicero ad Atticum lib. VIII, Cum ille quintum iam diem Brunduſii eſſet. Idem in Prætu. vrb. Quæſtor Caio Papyrio Conſuli fuiſti abhinc annos quatuordecim. Plato in 2. de Legibus, de AEgypto loquens, Σκοπῶν δ' εὑρήσεις αὐτόθι τὰ μυριοστὸν ἔτος γεγραμμένα ἢ τετυπωμένα· οὐχ ὡς ἔπος εἰπεῖν, μυριοστόν, ἀλλ' ὄντως, τῶν νῦν δεδημιουργημένων οὔτε καλλίονα οὔτε αἰσχίω, τὴν αὐτὴν δὲ τέχνην ἀπειργασμένα, id eſt quæ reuera ante annorum decem millia picta erant aut ſculpta. vel, quæ abhinc decem millia annorum picta ſunt. Plautus, Plus iam ſum libera quinquennium. Idem, Hoc factum eſt ferme abhinc quinquēnium. Cicero in ſecundo de Diuinat. Demoſthenes qui abhinc annos propè CCCC. fuit, iam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat. Lyſ. Ἔδοξε δέ μοι, ὦ ἄνδρες, τὸ πρόσωπον ἐψιμμυθιῶσθαι, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριάκονθ' ἡμέρας, fratre poſt dies vix XXX. mortuo. Iſæus, Ὁ μὲν γὰρ Πύρρος πλείω ἢ εἴκοσιν ἔτη τετελεύτηκεν ἤδη. Cicero de Offic. At verò Aratus iure laudatur, qui cum eius ciuitas quinquaginta annos à tyrannis teneretur, profectus Argis Sicyona, vrbe eſt potitus. Dicunt etiam Græci hoc aliter. vt Syneſ.



Τοῦτο μὲν ἔτος ἤδη τρίτον ἐξήκει μετὰ τὴν διαλλαγήν, iam triennium eſt ex quo. Demoſth. Οὔπω δ' ἔτη ἐστὶν ἑπτὰ ἀφ' οὗ τὸ μὲν πλεῖν καταλέλυκα, μέτρια δ' ἔχων, τούτοις πειρῶμαι ναυτικοῖς ἐργάζεσθαι. Idem κατὰ Μειδίου, Ἤδη τῇ κρίσει ἐκείνῃ διαγεγονότα ἔτη ὀκτώ, Iam octo annos hæc lis protracta eſt. Eſt enim διαγίνεσθαι, durare, permanere, perennare.

*Διαγίνομαι.*

Plato in Apolog. ἆρ' οἴεσθέ με τοσάδε ἔτη διαγενέσθαι εἰ ἔπραττον τὰ δημόσια; id eſt tandiu vitā producere potuiſſe. Plut. Τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ πιστευομένῳ καὶ γραφομένῳ παρ' ἡμῖν, πλεῖον ἢ χίλια ἔτη διαγέγονε. Alibi, Ἐτῶν διακοσίων διαγεγονότων, ducentis annis interlapſis. Sic autem διαγίνεσθαι vt διαβιοῦν dicitur, hoc eſt vitā producere. Syneſ. in fine epiſtolæ cuiuſdam,

*Διαβιῶ.*

Ἐρρωμένος καὶ εὐδαίμων διαβιώης θεῷ κεχαρισμένε. Idem, Εὐθυμῶν διαβιώης, φιλοσοφίαν ἀδολώτατα μετιών. Διαγίνομαι etiam τὸ διὰ τέλους καρτερῶ, pertolero & tolero vitam. Plutarch. in Demetrio, Ἀπὸ τούτων τῶν τετρακοσίων χρυσῶν ἐπισιτιζόντες ἄχρι θαλάσσης διαγενήσεσθαι. id eſt vitam tolerare poſſe, quoad per loca ſylueſtria Tauri montis euaſiſſent. Διαγίνομαι, euado. Syneſ. Καὶ δέος ὑφώρμει οὐκ ἔλαττον, εἰ καὶ διαγενοίμεθα ἐκ κλύδωνος, οὕτως ἔχοντας ἐν νυκτὶ πελάζειν τῇ γῇ, etiam ſi ſuperſtites tempeſtati euaderemus.

*Σχῆμα ἑλληνικόν.*

Græci pro maſculino & fœminino, neutro eleganter vtuntur. Plato in primo de Repub. Οὕτως, ὦ Σώκρατες, ἰσχυρότερον καὶ ἐλευθεριώτερον καὶ δεσποτικώτερον ἀδικία δικαιοσύνης ἐστίν. Idem, Οὐδ' οἶμαι ἀδικίαν δικαιοσύνης κερδαλεώτερον. Syneſ. Τὰς πιθήκους γάρ φασιν ἐπειδὰν τέκωσιν, ὥσπερ ἀγάλμασιν ἐνατενίζειν τοῖς βρέφεσιν, ἀγαμένας τοῦ κάλλους. οὕτως ἐστὶν ἡ φύσις φιλότεκνον. Greg. Μέγα παρθενία καὶ ἀζυγία, καὶ τὸ μετ' ἀγγέλων τετάχθαι. Idem, Ἐμοὶ δὲ θαυμασιώτατον ἡ σύντομος τῆς σωτηρίας ὁδὸς, ἡ ῥᾴστη πρὸς οὐρανὸν ἀνάβασις. Xenoph. Ὡς χαλεπὸν ὁ βίος Ἀθήνησιν εἴη. Iungitur in hoc ſchemate plurale cum ſingulari. Idem Hipparch. Χρήσιμον δ' εἰς τοῦτο καὶ αἱ ψευδενέδραι. Habet autem hic modus emphaſim. Syneſ. Τοιοῦτον γὰρ οἱ πολῖται πρὸς ἅπαν εὐτυχοῦν. Theophraſtus σολοικοφανῶς vſus eſt libro tertio de Cauſis, Ἀλλὰ κουφότατον καὶ ἀσθενέστατον πάντων ἐστὶ μηλέα καὶ ἐλάα. καὶ γὰρ οὐ πολύρριζα, καὶ ἐπιφυῆς ἐλαφρᾶς δεῖται, καὶ ταχὺ γηράσκουσιν, ὥστε μὴ πολὺν χρόνον ἐνοχλεῖν. Plato in Apolog. de numine ſuo priuato loquens, ita vſus eſſe videri poteſt, Τούτου δὲ αἴτιόν ἐστιν ὃ ὑμεῖς ἐμοῦ πολλάκις ἀκηκόατε πολλαχοῦ λέγοντος, ὅτι μοι θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον γίγνεται φωνή, quòd mihi vox quædam priuatum eſt numen. Et infrà, Ἐμοὶ δὲ τοῦτό ἐστιν ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον, φωνή τις γιγνομένη, ἣ ὅταν γένηται, ἀεὶ ἀποτρέπει τοῦτο ὃ ἂν μέλλω πράττειν. Quintilianus libro vndecimo hac figura vſus eſt his verbis, Tutiſſimum ergo pœnitentiæ confeſſio, & ſatiſfactio culpæ, perducendúſque omni modo iudex ad iræ pudorem, ἀσφαλέστατον οὖν ἡ τῆς μετανοίας ὁμολογία. Simile illud Virgilii, Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres. Imitatus eſt etiam libro tertio Quintilianus illud,

*Non ſuſtineo eſſe conſcius, &c.*

σύνοιδα ἐμαυτῷ μὴ προσποιουμένῳ, de quo ſuprà diximus, Sed non ſuſtineo eſſe conſcius mihi diſſimulanti. id eſt omnino diſſimulationem animus meus ferre nequit. Helleniſmum etiam illum æmulari mihi viſus eſt,

*Οἱ περὶ Ἀρίστιππον, καὶ οἱ ἀμφὶ Σωκράτη.*

qualis eſt, οἱ περὶ Ἀρίστιππον, hoc eſt Ariſtippus. & οἱ ἀμφὶ Σωκράτη. Lucianus de elyſiis loquens, Οἱ μέντοι ἀμφὶ Ἀρίστιππόν τε καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο. Ipſe Quintilianus libro ſecundo, Deinde adiiciunt illas verborum cauillationes, Nihil quod ex arte fiat, ante artem fuiſſe. atqui di-

xiſſe homines pro ſe, & in alios ſemper: doctores artis ſerò iã & circa Tiſiam & Coraca primùm repertos: orationem autem ante artem fuiſſe, τῆς γὰρ τέχνης διδασκάλους ὀψέ ποτε καὶ τοὺς περὶ Τισίαν καὶ Κόρακα πρῶτον εὑρημένους. Id ita intellexiſſe Quintilianum, ex loco libri tertii liquet, vbi ſic ſcripſit, Artium autem ſcriptores antiquiſſimi Corax & Tiſias Siculi: quos inſecutus eſt vir eiuſdẽ inſulæ Gorgias. Ariſtot. in IIII. de Partibus animal. Οὐκ ὀρθῶς δ' ἐοίκασιν οἱ περὶ Αναξαγόραν ὑπολαμβάνειν ὡς αἰτίαν οὖσαν τῶν ὀξέων νοσημάτων. Herodot. in Terpſich. Εκ τῶν αὐτέων γεγονότες καὶ οἱ ἀμφὶ Κόδρον τε καὶ Μέλανθον, οἳ πρότερον ἐπήλυδες ἐόντες, ἐγένοντο Αθηναίων βασιλῆες. Plutarch. in Demetrio, Εν δὲ ἰσθμῷ κοινοῦ συνεδρίου γενομένου, ἡγεμὼν ἀνηγορεύθη τῆς Ελλάδος, ὡς πρότερον οἱ περὶ Φίλιππον καὶ Αλέξανδρον. Vſus eſt Homerus Iliados tertio, Οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον ἠδὲ Θυμοίτην. Dicitur & per obliquos caſus. Syneſ. τῷ ἀδελφῷ, Μαθέτω δὲ αὐτὸ παρὰ τῶν ἀμφὶ τὸν ἑταῖρον Παῦλον καὶ Διονύσιον, οὓς πρεσβευτὰς ᾑρῆσθαι πυνθάνομαι. Quoniã verò ſub voce plurali ſingulos ſignificat hic ſermo, ideo ſingularis numeri verbo iungi poteſt figuratè, quo modo Herodotus primo libro vſus eſt, his verbis, Καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ὡς ὁρμηθέντες ἐκ Μαραθῶνος, ἦσαν ἐπὶ τὸ ἄστυ ἐπὶ τωὐτὸ συνιόντες, ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Αθηναίης ἱερόν, καὶ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα. [Οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον ἀφικνεῖται.] Aliquando tamen pro homine & comitatu eius vel ſodalitate accipitur, vt apud Plutarchũ in eodem Demetrio, Αναρρηθέντων δὲ τούτων, οἱ μὲν πολλοὶ τὰς ἀσπίδας παραχρῆμα θέμενοι πρὸ τῶν ποδῶν, ἀνεκρότησαν, καὶ βοῶντες ἐκέλευον ἀποβαίνειν τὸν Δημήτριον, σωτῆρα καὶ εὐεργέτην ἀναγορεύοντες. οἱ δὲ περὶ τὸν Φαληρέα, πάντες μὲν ᾤοντο δέχεσθαι τὸν κρατοῦντα, ὅμως δὲ πρέσβεις δεομένους ἀπέστειλαν. Plato in Sympoſio circa finem de Iſocrate loquens, Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους, τὰ τῆς φύσεως, Mihi ille videtur præſtantiore ingenio præditus, quàm vt eius orationes Lyſiæ orationibus exæquentur. vel, quàm orationes Lyſiæ auctoris ingenium fuiſſe oſtendant. hoc eſt ἢ κατὰ τοὺς τῶν περὶ Λυσίαν. deeſt enim articulus, Attico more ſuppreſſus. Idem Quintil. lib. VII, Illi verò (inquit) quibus propoſitum quidem melius, ſed cura in proximo eſt, hæc velut innatantia videbunt, excuſatum eſſe ruſticum qui non interfuerit iudicio, nihil collaturus patri, & cætera. [Innatare.] Innatantia pro manifeſtis & in promptu poſitis dixit, Græcorum more qui ἐπιπολάζοντα dicunt. [Επιπολάζειν.] Columel. lib. V, Quid quòd repaſtinata humus dũ eſt recens, ſoluta laxatáque velut fermento quodam intumeſcit: cum deinde non longiſſimam cepit vetuſtatem, condenſata ſubſidet, ac velut innatanteis radices vitium ſummo ſolo deſtituit: ἐπιπολαζούσας. Επιπόλαιον etiã opponitur τῷ βαθεῖ, id eſt alto. [Επιπόλαιος.] vt ἔννοια ἢ νόημα βαθύ, ſententia acuta & altiloqua, & altæ intelligentiæ. cui ἐπιπόλαιος opponitur, quaſi triuialis, & ἡ τυχοῦσα, inaníſque. Hermog. ἐν τῷ περὶ δεινότητος, de orationibus Gorgiæ & ſophiſticis loquẽs, Τοῦτο δὲ τὸ εἶδος γίνεται μὲν τὸ πλεῖστον περὶ τὴν λέξιν, ὅταν τραχείας καὶ σφοδρὰς ἢ καὶ σεμνὰς συμφορήσας, εἶτ' ἐξαγγέλλῃ ταύταις ἐννοίας ἐπιπολαίους καὶ κενάς, id eſt οὐ περινενοημένας καὶ βαθείας, ſed inanes futiléſque & ſuperficiarias, in quibus nihil eſt ſenſus recõditi. Ariſtot. in III. Rhetor. Διὸ οὔτε τὰ ἐπιπόλαια τῶν ἐνθυμημάτων εὐδοκιμεῖ, οὔτε ὅσα εἰρημένα ἀγνοούμενά ἐστιν. ἐπιπόλαια γὰρ λέγομεν τὰ παντὶ δῆλα, καὶ ἃ μηδὲν δεῖ ζητῆσαι.





